


HERMANNI VENEMA
INSTITUTIONES
HISTORIAE ECCLESIAE
VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
TOMUS III.

SEU

NOVI TESTAMENTI, AUT ECCLESIAE CHRISTIANAE

PRIMUS.

A JESU CHRISTO, SALVATORE MUNDI, NATO AD SECULI TERTII FINEM.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM et JOHANNEM LUCHTMANS,
LEOVARDIÆ,
Apud GERARDUM TRESLING,
MDCCLXXIX.

PRIVILEGIE.

DE STAATEN VAN HOLLAND EN WEST-VRIESLAND, doen te weeten: Alzo Ons te kennen is gegeeven by *Samuel* en *Johannes Luchtmans*, Boekverkoopers en Burgers der Stadt Leyden, dat zy door het impendeeren van vry aanmerkelyke onkosten bereidts gedrukt hadden de twee eerste deelen van Hermanni Venema Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ Veteris & Novi Testamenti, in Quarto, en dat zy continueerden het vervolg van dat kostbaar werk, het geen in Zes deelen bestaat, verder afte drukken. Dan dat zy Suppljanten, niet zonder reede, bedugt waren dat de baatzugt andere zoude aansporen om het gemelde werk, dat hun Suppliänten nu reeds zo veele onkosten veroorzaakt hadde, en in 't vervolg nog meerdere veroorzaaken zoude, in Originali, 't zy voor 't geheel, 't zy ten deele na te drukken, of wel by *overzetting* in andere taalen, of onder een andere naam of Titul, of andere prætext van vermeerdering of verbeetering, 't zy hier te Lande, 't zy elders nagedrukt, te verkoopen, verruylen of in te voeren, 't welk alles zoude strekken tot merkelyke schade en nadeel zoo van de Boeknegotie in 't generaal, als van de Suppliänten in 't byzonder.

Redenen waarom de Suppljanten de Vryheid namen zich zeer Ootmoediglyk te keeren tot Ons, verzoekende dat het Ons gelieven mogte hun Suppljanten en hun Erven en Recht verkrygende, te verleenen Octroy en Privilegie om het voorschreeve Werk van Herm: Venema geintituleert Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ Veteris & Novi Testamenti, in Quarto, binnen de tyd van vyftien eerstkomende Jaaren, hier te Lande alleen te mogen drukken, doen drukken en uytgeeven, 't zy in 't geheel of ten deelen, en zulx in zodanige formaaten, en taalen, als zy Suppljanten zouden goedvinden, met interdictie aan elk en een iegelyk het meergemelde Werk onder eenig prætext van Vermeerdering of Verandering natedrukken, of elders nagedrukt zynde, hier te Lande te verkoopen, debiteeren, of verruylen, telkens op de verbeurte van alle de gedrukte, naagedrukte, verhandelde en verkogte Exemplaaren, en dat zoo dikwils en menigmaal als dezelven zullen werden agterhaalt, alles op verbeurte van Drieduyzend Guldens, ten laste van die geenen, welke zouden durven onderstaan deeze Onze ordres t'overtreeden.

Zoo is 't, dat Wy de zaake ende het voorn: versoek overgemerkt hebbende ende geneegen wezende ter beede van de Suppljanten uit Onse regte weetenschap, Souveraine Magt ende Authoriteit dezelve Suppljanten geconsenteert, geaccordeert, en geoctroyeerd hebben, consenteeren, accordeeren en octroyeeren hun by deezen, dat zy geduurende den tyd van vyftien eerst agtereenvolgende Jaaren het voorn. Werk van Herm: Venema, geintituleert Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ Veteris & Novi Testamenti, in dier voegen als zulks by de Suppljanten is versogt, en hier vooren uitgedrukt staat, binnen den voorn. Onzen Lande alleen zullen mogen drukken, doen drukken, uitgeeven ende verkoopen, Verbiedende daaromme allen ende een iegelyken het zelve Werk in 't geheel ofte ten deelen te drukken, naar te drukken, te doen naardrukken, te verhandelen, of te verkoopen, ofte elders naargedrukt binnen denzelven Onzen Lande te brengen, uit te geeven ofte te verhandelen en verkoopen, op verbeurte van alle de nagedrukte, ingebragte, verhandelde ofte verkogte Exemplaaren, ende een boete van Drieduyzent Guldens daarenbooven te verbeuren, te appliceeren een derdepart voor den Officier, die de Calange doen zal, een derdepart voor den Armen der plaatse daar het Casus voorvallen zal, ende het resteerende derdepart voor de Suppljanten, ende dit t'elkens zoo menigmaal als deselve zullen werden

[redacted]

PRIVILEGIE.


werden agterhaalt; alles in dien verstande, dat Wy de Supplianten met desen Onzen Octroye alleen willende gratificeeren, tot verhoeding van hunne schaaden, door het nadrukken van het Voorn. Werk, daar door in geenigen deele verstaen den innehouden van dien te auctoriseeren ofte te advoueëren ende veel min hetselve onder Onze protextie ende beschermingе eenig meerder Credit, aansien ofte reputatie te geeven, nemaar de Supplianten in Cas daar inne iets onbehoorlyks soude influeeren, alle het selve tot hunnen laste sullen gehouden weezen te verantwoorden, tot dien einde wel expresselyk begeerende dat by aldien zy deezen Onzen Octroye voor hetzelve Werk zullen willen stellen, daar van geene geäbrevieerde ofte gecontraheerde mentie zullen moogen maaken, nemaar gehouden wesen, het selve Octroy in 't geheel, en sonder eenige Ommissie, daar voor te drukken, of te doen drukken, ende dat zy gehouden zullen zyn een Exemplaar van het voorn. Werk, op Groot Papier, gebonden en wel geconditioneert, te brengen in de Bibliotheecq van Onse Universiteyt te Leyden, binnen den tyd van ses Weeken, na dat sy Supplianten het selve Werk zullen hebben beginnen uit te geeven, op een Boete van Zeshondert Guldens, na expiratie der voorn. ses Weeken by de Supplianten te verbeuren, ten behoeve van de Nederduytsche Armen van de plaats alwaar de Supplianten woonen, en voorts op pœne van metter daat versteeken te zyn, van het effect van deezen Octroye, dat ook de Supplianten, schoon by het ingaan van dit Octroy een Exemplaar geleevert hebbende aan de voorn. Onse Bibliotheecq, by so verre sy, geduurende den tyd van dit Octroy, het selve Werk soude willen herdrukken met eenige Observatien, Noten, Vermeerderingen, Veranderingen, Correctien of anders hoe genaamt, of ook in een ander Formaat, gehouden zullen zyn wederom een ander Exemplaar van het zelve Werk geconditioneert als vooren, te brengen in de voorn. Bibliotheecq, binnen den zelven tyd en op de Boeten en Pœnaliteyt als voorsz. Ende ten einde de Supplianten dezen Onzen Consente ende Octroye mogen genieten als naar behooren; Lasten wy allen ende eenen iegelyken dien het aangaan mag, dat zy de Supplianten van den inhouden van dezen doen, laaten, en gedogen rustelyk, vreedelyk ende volkoomentlyk genieten ende gebruyken, cesseerende alle belet ter contrarie. Gegeeven in den Hage onder Onzen Grooten Zegele hier aan doen hangen op den Agtiende Mey in 't Jaar onzes Heeren ende Saligmaakers Duyzent Zevenhondert Negen en Zeeventig.

P. van BLEISWYK.

Aan de Supplianten zyn nevens dit Octroy ter hand gestelt by Extract Authenticq, Haar Ed. Groot Mog. Resolutien van den 28. Juny 1715. en 30. April 1728. ten einde om zig daar na te reguleeren.


Ter Ordonnantie van de Staaten

C. CLOTTERBOOKE.



HISTORIA ECCLESIAE CHRISTIANAE

SECULUM PRIMUM.

§. I. Iſtoriam Eccleſiae antequam ordiar, de Jeſu Chriſto, ejus conditore, et Johanne Baptiſta, ejus praecurſore, agendum eſt. JOHANNES, a dignitate et munere adpellatus et Baptiſta, et praecurſor, ſeu Legatus Dei, ad viam Meſſiae parandam, e ſtirpe ſeu linea ſacerdotali fuit, non vero Pontificali Aaronis, ex Patre Zacharia ſacerdote, et Eliſabeta, tribus quoque Levi, utroque parente pietate et virtute inſigni, oriundus, nec ſine ſingulari Dei providentia, ac deſtinatione, haud uno ſigno conſpicua, in nativitatis ejus adnunciatione, ac nominis inpoſitione, per Angelum Gabrielem, incredulitatis Patris caſtigatione, qua mutus et ſurdus uſque ad nativitatem ejus fuit, (ſurditatis licet non expreſſa fiat mentio Luc. I. haud unum tamen ejus occurrit indicium, ut quod nutubus cum eo egerint,) eo ipſo quoque inpeditus, ne res, ab Angelo nunciata, intempeſtive, vel ante tempus, ab ipſo evulgaretur, indeque turbae orirentur, denique quod e matre ſterili, et utroque parente provectioris aetatis, fuerit prognatus. Quae omnia ex Luc. I. conſtant. Ceterum ſacerdotem, et non

Pontificem, uti Veteres opinati fuerunt, fuisse Zachariam, inde non solum elucescit, quod simpliciter *sacerdos*, et quidem *aliquis*, adpelletur, sed indubium facit, quod e classe Abiae fuerit, ac fortitione ipsi munus suffiendi in altari suffitus contigerit; quod utrumque a Pontifice, seu summo sacerdote, alienum est.

§. II. Sed de tempore nativitatis ejus adcuratius, respectu mensis et diei, nam de *anno* postea suo loco, aliquid monendum est, propter illos, qui mensem saltem definiri posse autumant. Veterum fuit opinio, Johannem Mense Septembr. circa finem fuisse conceptum, et novem Mens. post natum, falsa innixa hypothesi de Zacharia Pontifice, adeoque die 10 Tisri, die expiationis, in sancto sanctorum suffitum offerente, uti modo demonstravi: addatur, eum *super altari* id fecisse, non ergo in sancto sanctorum, sed sancto, ubi altare suffitus erat. Aliter instituit Ill. Scaliger, ingeniose magis quam solide, statuens, eum Julio exeunte conceptum, et exeunte April. natum, sese in ordinibus sacerdotum fundans, quos nunquam fuisse turbatos, et a temporibus Maccab. eosdem mansisse, putat; quo fundamento ponit, ordinem Jojaribi incepisse ann. P. Jul. 4549 die 2. Nov. adeoque Abiae, cujus erat Zacharias, ann. P. J. 4710 die 21 Jul. sed hypotheses sunt precariae et incertae, quibus innititur, ex. gr. ordinem non fuisse unquam interceptum, definiri posse ordinem, qui post repurgatum a Juda Maccab. Templum incepit, eundem, in quo cessavit cultus, et non novum. Denique cum unusquisque ordo bis functus fuerit singulis annis, fueritne haec Zachariae vicis prior an posterior, plane in incerto manet. Relinquendum itaque est praecisum nativitatis ejus tempus in obscuro, nec tanti foret haec disquisitio facienda, nisi inde Mens. et dies nati Christi fuisset derivatus, cum sex Mens. post conceperit Maria: de quo postea.

§. III. Majoris est, vitam Johannis publicam cognovisse, de privata enim nihil aliud fuit Luc. I: 80, traditum, ac

quod

quod *Deus* cum ipſo fuerit, et ipſe ſpiritu creverit ac corroboratus fuerit, ſimul ſeorſim in locis ſolitariis degerit, ad divinum opus praeparandus, donec, publice a Deo renunciatus propheta, ſeſe talem palam geſſerit, quam emphaſin habet vox ἀναδείξεως. Ad vitam vero publicam pertinet *habitus*, *victus*, et *muneris* functio: haud una ratione ſingularis, et Eliae haud diſſimilis. 1 Pallio uſus eſt ex hirtis camelinis pilis contexto, adeoque aſpero et vili, (id enim phraſis Matt. III. et Marc. I. ex *pilis camelorum*, et non pellem cameli piloſam, denotat,) et *cingulo coriaceo*; inſtar Prophetarum nonnullorum, in ſpecie Eliae 2 Reg. I: 8. Zach. XIII: 4. et ſcopo muneris, quo poenitentiam injunxit, convenienter. 2. Abſtinuit, inſtar Naziraei, ab omni *vino* et *ſicera*, ſeu potu inebriante, victu quoque communiter uſitato: quo ſenſu nec *edere* nec *bibere* dictus eſt Matt. XI. quatenus a lauto non tantum, ſed et uſitato alias tunc temporis, cibo et potu ſibi cavit, pro quotidiano cibo uſus *locuſtis* et *melle ſylveſtri*; locuſtis ſcilicet proprie dictis, ſicut in Oriente non fuit, praecipue vilioribus hominibus, inſolitum, uti nunc ſatis conſtat, adeoque non herbarum aut arborum extremis, uti nonnullis viſum, contra Gr. vocis intellectum et uſum: *Mel* vero ſylveſtre eſt, quod apes in nudo ſolo, in cavis arborum, aut fiſſuris rupium, conficiunt, vilius domeſtico, et minus dulce. Victus itaque ejus fuit facile parabilis, perſonae, quam praeferebat, et muneri, quo fungebatur, in deſerto verſatus, conſentaneus; non tamen imitandus, nec regno coelorum erecto, et civibus ejus congruus; ſicut in Chriſto ipſo adparuit; qui propterea *edere et bibere* dictus eſt, oppoſite ad Johannem Matt. XI. nec jejunium, tanquam actum religioſum, ſuis diſcipulis, uti Johannes, injunxit, Matt. IX.

§. IV. Muneris publici partes, convenienter ſcopo miſſionis, ad homines peccatores praeparandos, ut Meſſiam, jam praeſentem, et proxime regnum coelorum erecturum, adſumant, et regni ejus digni fiant cives Jeſ. XL. et Mal.

NI. de ipso praedictum erat, iramque populo corrupto jam imminentem, Matt. III. effugiant, fuerunt duplicis generis, aliae *orales* aliae *rituales:* egit enim publicum poenitentiae, et virtutis exercendae praeconem, ac baptistam. Conciones, scopo muneris congruae, eo spectarunt, ut 1. poenitentiam agant peccatores et resipiscant, 2. fructus quoque ea dignos dein ferant, in vera pietate, et virtute sociali, adeoque bonis operibus, sitos, pro singulorum statu, et officio, Matt. III. et Luc. III. 3. In praerogativis, semini Abrahae concessis, externis, aut ex foedere Sinaitico fluentibus, regnoque externo et terrestri congruis, similibusque rebus aut ritibus, fiduciam non collocent Matt. III. sed 4. Messiam, tanquam *agnum Dei*, qui *peccata mundi tollit*, Joh. I., regnique coelorum conditorem, adeoque novae OEconomiae spiritualis ac coelestis autorem, et regem, vera fide adsumant, et inter ejus discipulos ac cives nomen suum profiteantur, nec sibi, sed ipsi, in fide et amore adhaerescant, Joh. III. cum ipse sit Messia longe inferior Joh. I. et ad populum ipsi parandum unice missus. 5. Denique, ut in peccatorum, et pravorum facinorum, suorum notitiam veniant, cujusvis etiam sint ordinis et dignitatis homines, judiciumque Dei, populo corrupto jam incumbens, in totali excidio terminandum, effugiant, Matt. III. Qua parte censendus est a Deo constitutus publicus populi Judaei censor, accusator, et judicii Dei denunciator; alter Elias Mal. III: 23, 24. de quo exposui in Comm. ad Mal. Praestitit quoque sese talem, etiam Doctoribus populi ac Principibus, uti Pharisaeis et Zadducaeis Matt. III: 7. quos ad se venientes, non tam ut baptizarentur, quam in ejus instituti rationem inquirerent, et cum ipso disceptarent, acriter perstrinxit, nec non Herodi Antipae, quem reprehendit propter illicitum conjugium cum Herodiade, uxore fratris ejus, Matt. XIV.

§. V. Altera pars muneris ejus, in *baptizando* omnes sine discrimine, quotquot, peccata confessi, ejus doctrinae et dis-

ciplinae

cipsimae se credere et tradere declaraverint, sita, eo collineasse videtur, ut externo hoc ritu, a Deo nunc specialiter instituto, et antea insolito, Joh. I. et Matt. XXII. significaretur, et obsignaretur, a parte baptizatorum, confessionis peccatorum, et propositi ea omittendi, ac doctrinam Johannis admittendi, sinceritas ac constantia; a parte vero Dei remissionis peccatorum, et favoris ejus in Messia venturo, promissum: quo pertinet, quod baptizasse legatur in resipiscentiam, ad ejus fructus ferendos, a parte hominum, et remissionem peccatorum, a parte Dei. Quod verbo monuisse suffecerit, cum hic Theologica non tractem. Quare autem Christus ipse sese huic baptismo subjecerit, postea exponam. Ceterum, ut id obiter addam, cum Johannes directe non baptizaverit in nomen Christi, aut Patris, Filii, et Spiritus S., nec aut fidem in Christum requisiverit, jam consummatum servatorem, nec in regni coelorum, ejusque jam erecti praerogativarum, possessionem inmiserit, sed baptismus ejus vero suo conspectu ad id praeparatorius fuerit, recte colligitur, baptismum ejus cessasse, et irritum fuisse factum, ex quo, regno coelorum condito, baptismus Christi introductus est, adeoque baptismo Johannis eo tempore tinctos censeri debuisse tanquam illegitime baptizatos, et *Christi baptismo* tingendos esse: sicut ex Act. XIX: 5. manifestum est, ut opinor: cum inpositionem manuum non tantum, sed et baptismum in nomen Christi nacti fuerint a Paulo Johannis discipuli, non a Johanne suo tempore tincti, sed postea, regno coelorum jam vigente, et spiritu S. jam effuso.

§. VI. Incepit Johannes, ut de *locis* et *temporibus*, quibus munere suo functus est, aliqua proferam; publicum suum munus anno 15to Tiberii, non Pro-consulis, ante mortem Augusti, sed Caesaris, eo jam defuncto, uti in Hist. Romana habuimus, Luc. III. et versatus fuit maxime in *deserto Judae*, seu planitie circa Jordanem, baptizans in aquis Jordanis; magna hominum copia ad eum confluente, ubi

ipſe Chriſtus ab eo baptizatus eſt. Hic cum aliquandiu verſatus eſſet, incertum quamdiu, ſeptentrionalem oram Jordanis, haud procul mari Tiberiadis, petiit, poſt meſſem in Judaea aliquandiu finitam, cum aquarum abundantia, tempore meſſis copioſa, in circuitu Jordanis eſſet minor; tetendit itaque ad AEnon et Salim, loca vicina, et a mare Tiberiadis prope remota, ubi fontes et alia receptacula erant aquarum, unde loca quoque nomen acceperunt: αἰνων AEnon enim reſpondit Heb. עין *fonti*, et σαλειμ Heb. שלחים *effluviis* aquarum, Joh. IV: 23. Fuerunt autem, teſte Euſeb. in Onom., 8. milliar. (ſeu duabus horis) a *Scythopoli*, antea Bethſchean, ad auſtrum, in *campo magno* juxta Jordanem, et loca vicina. Huc etiam ſeſe cum diſcipulis contulit Jeſus, poſtquam primum *paſcha* celebraſſet Hieroſolymis, et munus ſuum jam auſpicatus quoque eſſet Joh. II: 13, 23. baptizans per Apoſtolos prope Johannem: Joh. III: 22, 23., verſatus eſt in Judaea aliquot menſes poſt primum illud paſcha, nam diſceſſit demum inde *quatuor* Menſ. ante novum paſcha, Joh. IV: 35. de quo poſtea ſuo loco. Hiſce in locis cum verſarentur Chriſtus et Johannes, cum diſcipulis, et baptizarent, contentione inter utriuſque Magiſtri diſcipulos orta circa purificationem baptiſmalem (legitur quidem Joh. III: 25. diſceptaſſe Johannis diſcipulos cum Judaeis, ſed pro Ιουδαιων, vel, ut alii Cod. habent Ιουδαιου; legi debere Ιησου Jeſu, pro diſcipulorum Jeſu, Bentlejus apud Wetſten. jam obſervavit, et ex verſ. ſequente confirmatur) Johannes praeclaram ad diſcipulos ſuos habuit concionem ib. v. 27.—qua ſuae et Chriſti perſonae verum conſpectum luculenter expoſuit, ſimul ſe a fine curſus ſui prope abeſſe inſinuat, ubi v. 29. dicit, ſuo gaudio jam eſſe ſatisfactum, et v. 30. ipſum *creſcere*, ſe *minui* debere: quo ipſe Euangeliſta v. 24. digitum quoque intendit, cum *Johannem nondum fuiſſe incarceratum*, obiter, ſed expreſſe, tradit, eo ipſo indicans, illud paulo poſt contigiſſe: ſicut factum quoque videtur. Johannes enim, hoc in loco magis ſeptentrionali

bapti-

baptizans, et multos ad se trahens, in ditione Herodis Antipae, in ejus venit notitiam, cumque, pro officio suo, ipsum ob illegitimas nuptias reprehendisset, in iram ejus incurrit, eo cum effectu, ut in custodiam ab Herode fuerit datus, ab Herodiade uxore etiam instigatus, accedente metu seditionis per Johannis conciones, conjugium illud palam damnantis. De quo in Historia Antipae mentem explanavi adcuratius. Quae si ita sese habuerint, Johannes, jam mox primo anno ministerii Christi ad finem vergente, oportet in custodiam fuerit datus. Quam diu in ea fuerit detentus adcurate definiri nequit, in genere probabile fit, diuturnam fuisse moram in carcere, cum Johannes in initio tertii anni ministerii Christi videatur fuisse decollatus: uti ex Matt. XIV. probabile fit; cum miraculum quinque panum hordeaceorum brevi post Johannis mortem factum ibid, c. XIV. haud longe praecesserit paschatis *tertii* festum Joh. VI. de quo postea. De occasione vero caedis Johannis, jussu Herodis factae, cum egerim in historia Herodis, ubi eam cum narratione Josephi quoque comparavi; hic nihil tradam.

§. VII. Superest tantum, ut de elogio, quo Christus eum ornavit, et judicio Josephi de Ipso, aliquid moneam. Cum Johannes in carcere a discipulis miracula Christi, durante custodia sua ingente numero patrata, intellexisset, duosque misisset discipulos, qui, non sui, sed eorum causa, interrogarent, sitne ipse Messias, nec ne? Christus, miracula sua memorasse contentus, tanquam personae suae sufficientia testimonia, auditores in veram duxit Johannis notitiam, ne ipsum in fide, ac testimonio antea de Christo prolato, vacillasse putaretur, eum non tantum inde absolvit, et defendit, sed verum prophetam, simul reliquis omnibus praecedentibus majorem ac excellentiorem, alterumque Eliam, quem venturum esse Mal. III. fin. fuit praedictum, ipsi quippe virtute, dotibus, et munere similem, excepto dono miraculorum, Christo reservato, declarat Matt. XI. Quod

Christi elogium cum in sermonibus, qui Belgice prostant, fusius exposuerim, verbo inde repetiisse suffecerit, eum excellentiorem fuisse, cum respectu nativitatis ejus mirabilium circumstantiarum, quarum supra memini, tum muneris, et veri ejus conspectus; quatenus non tantum nomine Dei novum instituit religionis ritum in *baptismo*, sed et ad novam prorsus oeconomiam, a legali longe diversam, et ea praestantiorem, stravit viam, populumque ad eam paravit, simul Messiam non praenunciavit, sed digito monstravit, et eum instar praecursoris antecessit, imo ipsum muneri per baptismum initiavit: adeoque Veterem inter et Novam OEconomiam medius incessit, prophetiarum de Messia numerum non auxit, sed earum inplementi initium fuit, ita ut *Lex et Prophetae ad Johannem usque fuerint.*

§. VIII. Elogium, quo Josephus Ant. XVIII: 5. eum ornat, satis pro Judaeo honorificum, et notabile, habet, eum fuisse *virum bonum, qui Judaeos ad virtutis studium excitavit, praecipiens, ut justi quidem inter se, erga Deum vero pie agentes, ad lavacrum accederent*, Deo quippe alias non placiturum. Addit, multos ad eum confluxisse, et ab ore ejus pependisse, ita ut Herodes populum ea ratione in se concitari posse metuerit, et propterea in vincula conjecerit, et occiderit, denique populum caussam cladis, Herodis exercitui ab Areta, Arabum rege, inflictae, ab illa caede, a Deo vindicata, repetiisse. In quibus nihil est, quod narrationi Euangelistarum repugnat, tantum reticetur primaria caussa, in reprehensione Johannis quaerenda; uti in historia Herodis exposui. Novi equidem Doctum aliquem virum in Diss. inserta libello Gallico, *Dissertations melees* etc. testimonium hoc non a Josepho profectum, sed a Christiano aliquo insertum esse, non sine specie disputasse; sed sine solida, ut opinor, ratione. Nihil enim hic sese offert, quod a Jos., tanquam historico, proferri non potuit; nihil, quod Christianum redolet autorem, contra potius quod ei repugnat, cum euangelicae historiae congruentius

tum

tum fuisset, utique vera causa caedis non silentio involuta. Denique ab Origene contra Cels. l. I. illud, tanquam Josephi testimonium de Johanne, fuisse citatum: ne de Eus. Hist. E. l. I. c. 11., aliisque Ecclesiasticis Scriptoribus, dicam. Ceterum quod de hominum ad Johannem confluxu, eorumque de Johanne favorabili judicio, tradit Jos., illud etiam ex Euangelica constat historia, quae, Johannis conciones insignem habuisse successum, multosque ad Christum adsumendum per Ipsum fuisse adductos, testatur, uti Matt. III: 5. Luc. VII: 29. Joh. X: 41. Quod etiam inter alia significatur Joh. IV: 36. inter eos enim qui *seminarunt*, et quorum laborum fructum collegerunt Apostoli, Johannes merito recensendus est. Ipsi sacerdotes et seniores populi fassi fuerunt Matt. XXI 26. populum agnovisse Johannem *prophetam* fuisse. Nec tamen omnes, qui Johannis familiae sese tradiderunt, Jesum pro Messia habuerunt, sed multi eum Christo vel aequipararunt, vel praetulerunt, Messiam nondum venisse opinati, qui postea *Johannitae* sunt adpellati. De quo legi meretur Cl. Barkey in Bibl. Hag. cl. II. qui etiam censet, quod expendi dignum est, Johannem eos in oculis habuisse in Euangelio, quo Jesum eo esse superiorem, et Messiam, demonstrat.

§. *IX.* *Succedat* nunc ipse Dominus, ante cujus faciem fuit missus Johannes, et viam paravit, Israeli eum, tanquam Messiam, notificando, et animos ad eum adsumendum flectendo, diu exspectatus et promissus Messias, novae OEconomiae spiritualis ac coelestis conditor, regnique Davidis, diu collapsi, nova forma, convenienter novae OEconomiae, instaurator, adeoque regni coelorum autor et rex, Dei aeque ac Davidis filius, quippe ex Deo ab omni aeternitate natus quoad spiritum, seu divinam personam, et in tempore ex Maria virgine, stirpis Davidicae per Nathanem, cui regnum Davidis, linea Salomonis, tanquam regia, exstincta, competebat, natus, licet per patrem putatitium Josephum eam quoque adtigerit, adeoque verus Israe-

lis Rex, simul ejus et gentium servator, ac Ecclesiae ex Israelitis ac gentibus conflatae, et in unum corpus redactae, caput, JESUS CHRISTUS, Dominus noster: cujus *ortus*, *vita* et *exitus*, ordine, sed succincte, quantum scopo sufficit, est enarrandus.

§. X. Cum ad ortum ejus inter homines notitia *parentum* et familiae, *loci* ac *temporis*, pertineat, ea adcuratius tradenda est. Parentes fuerunt Josephus et Maria, sed ille pater putatitius, haec vera mater et procreatrix sola, quae ipsum, antequam a Josepho fuit ducta et cognita, ei tantum desponsata, operatione divina supernaturaliter concepit, conceptum e sua carne fovit, et ordinario modo ac tempore peperit, Matt. I. et Luc. I. Emphasi vero non caret, ut id obiter observem, quod Matt. I. 25. Maria dicatur peperisse *filium suum* (seu sine ope viri ex se sola natum, quare ex *muliere* genitum dicit Paulus Gal. IV.) τὸν πρωτότοκον (seu *primo genitum illum*; non addito αὐτῆς *suum*, sed absolute et emphatice *primogenitum illum*; adeoque omni parte, absolute et eximie, *primogenitum omnis creaturae*, et in *omnibus primum*, Col. I. Denique Maria fuit aeque ac Josephus de tribu Juda, et e stirpe regia Davidis, sed ex alia linea, per Nathanem, cum Josephus fuerit per Salomonem, utroque quidem nomine haeres regni Davidici, sed veriore et propiore *matris* nomine: Salomonis enim linea regia in Jechonia fuit finita, et successio Nathanis, filii quoque Davidis, stirpi, in Zerubbabele, per Dei declarationem Hagg. II., in fin. adsignata; uti jam olim Davidi erat promissum 2 Sam. VII. 16. sicut in historia Davidis et Zerubbabelis supra suis locis observavi. Quae ratio est, quare Josephi non tantum genealogia, sed et Mariae, fuerit ab Euangelistis in lucem producta, ac scripto consignata, e tabulis apud posteros Davidis studiose conservatis, *illius* a Matt. I. *hujus* a Luc. III. Quae duae distinctae sunt recensiones, et diversae, quoad posteros Davidis, quippe apud Matt. ex Salomone, apud Luc. ex Nathane.

thane.

thane. Quae hypothesis et eo se commendat, quod duas illas genealogias facili via secum conciliet, cum illa Matth. sit Josephi, altera Luc. Mariae, unicae progenitricis Christi, quippe e *muliere* sola, sine ope viri, nati, quare Paulus Gal. IV: 4. eum emphatice adpellat *filium Dei*, *genitum e muliere*. Quod ipse Luc., genealogiam texere incipiens, c. III: 23. haud obscure significat, modo verba recte disponantur et capiantur, vocibus, *sicut putabatur filius Josephi*, secum junctis et parenthesi inclusis, praeterea υἱὸς filius, vel, ut nonnulli Cod. habent, cum ὢν *existens* connectatur, vel ante τοῦ Ἠλὶ *Eli* repetatur, maxime emphasis verbi ὢν, opposite ad ἐνομίζετο *reputabatur*, adtendatur: adeoque hac ratione explanetur sermo: *existens*, vere, *filius (sicut putabatur Josephi) Eli*, *filii Matthati* etc. h. e. vere erat non ex Josepho, putatitio tantum patre, sed ex Eli, nec tanquam patre, sed avo, adeoque per ejus filiam Mariam: quae ratio est, quare non Ἠλὶ sed τοῦ Ἠλὶ dixit Lucas, ut significaret, sobolem Eli intercessisse, unde Jesus natus fuit, sicut illud τοῦ in seq. contextu ita sumi solet. Masc: τοῦ, et non τῆς, usus est, licet per filiam Eli ex ipso sit Jesus, quia ad rem ipsam magis, quam genus respexit Lucas, et Maria viri aeque ac foeminae instar fuit in Christo producendo. Aliter paulo expedivit hunc locum Cl. Fr. Burman. Harmon. Euang. t. I. ad Luc., ubi late et docte de eo disserit, et, quoad rem ipsam, satis in mentem nostram, qui conferri meretur. Ceterum, quid moverit Matthaeum ad genealogiam Josephi contexendam, hic non inquiram, nec num ipse an alius eam euangelio praefixerit, de quo disputari potest, potuit enim vers. 18. narratio incepisse euangelica.

§. XI. *Locus*, quo Jesus lucem adspexit, sicut Bethlehem secundum Mich. V: 1. esse debebat, et haeredi regni Davidici, cum civitas Davidis audiebat, conveniebat, ita fuit, sed, per singularem Dei directionem, occasione descriptionis Augusteae, qua cives Judaeae civitates, stirpi suae pro-

prias, adierunt, ut infcriberentur, adeoque et Jofephus, fed fecum fumta uxore defponfata, Bethlehemum venit, quando Maria peperit Jefum: Luc. II. Bethlehem, ut ejus notitiam, ex Relando in Palaeft. et aliis facile petendam, paucis, et in genere, dem, antiquitus *Ephrata* dicta Gen. XXXV. a פרית *Piriat*, *foecunda*, fita quippe in agro amoenifſimo, et fertiliffimo, unde et *Bethlehem* ביתלחם *domus panis*, et Bethlem Ephrata Mich. V. nec non Beth. Judae Jud. XVII. et 1 Sam. XVII. adpellata eft, ut diftingueretur ab alia ejus nominis urbe in tribu Zabulon Jof. XIX., urbs haud magna, uti Mich. V etiam indicatur, attamen principum virorum, ipfius Davidis, natalis, ac familiae fedes originaria. Sita fuit ad auftrum Hierofolymae in colle, fex millium paffibus inde diftans. Cujus cum nulla occurrat mentio, Jof. XV. ubi urbes Judae recenfentur, in textu Hebraeo, fed folo Graeco v. 59. nefcio cafune an data opera fuerit omiffa; utique, Judaeos de ea filere folere, notum eft. Vid. Ligtfot. Chorogr. Matt. praemiffa, c. 51.

§. XII. Cum vero vaticinium Michae v. 1. fuerit, tefte Matth. II: 5, 6., a Judaeis de loco nativitatis Meffiae intellectum, et id illuftre fit, illud uno alterove illuftraffe obfervato, non fuerit abs re alienum. *Primum* habet, non fine ratione *Bethlehem Ephrata*, et non *Judae*, uti alias, et etiam Matt. II: 6., ubi loco γῆ Ἰούδα legi cum aliis Cod. debet τῆς Ἰουδαίας, adpellari, cum eo titulo non tantum ad antiquiffima ducamur tempora, antequam Jacobi pofteri in tribus fuerunt divifi, fed in primis digitus ad Jef. XI: 1. intendatur; eft enim inter Jefaiam et Micham haud una convenientia. Verba Jef. de Meffia funt: ויצא *et egreditur virga e trunco excifo Ifai*, *et furculus* נצר *ex radicibus ejus* יפרח *excrefcet*, et *fructum feret*; quibus, fenfu penitiore, ficut in נצר ad *Nazareth*, ita in יפרח ad Bethlehem *Ephrata*, refpici videtur; adeoque et ad locum nativitatis Ephrat, et educationis *Nazareth*, unde *Nazarenus* dictus eft. 2. *Secundum* eft, voces צעיר להיות *minor es*, *quam ut fis inter*

Chiliadas

Chiliadas Judae, vel *minima es inter eas*, per interrogationem esse capiendas, et fortem continere negationem, sicut LXX., et Matth. quoque, expresserunt; vera enim lectio est, μὴ ἐλαχίστη ᾖ *an minima es?* interrogative; cum autem interrogatio negare soleat, hinc librarius ad marginem, explicationis ergo, posuit οὐδαμῶς, quo interrogationi quasi respondebatur, 3. Vox אלף, quod *tertium* est, quascunque in genere fraternitates ac *societates* significat, a primaria *adsuefiendi* potestate radicis originaria, unde ad varii generis transiit copulationes, in specie ad definiti numeri praefecturas, vel classes civiles, aut militares, singulis ducibus subjectas, ἡγεμονίας; quae, cum passim ex mille hominibus constarent, pro *chiliadibus* coepit usurpari; etiam pro civitatibus, quae vicos et pagos sub sua habebant ditione, et mille milites producere poterant: uti Jud. VI: 15. Hoc vero loco urbem *designat*, praefectura insignem, quare Matt. II. dicitur ἐν τοῖς ἡγεμόσιν.

§. XIII. 4. Denique, per *egressus ejus ab antiquo*, nec aeterna ejus generatio ex Patre, nec variae a Patre missiones in orbem, jam ab initio mundi, sub titulo Angeli Jehovae, intelligendae sunt, cum Dei nomen fuisset additum vel Jehovae, ut de germine Jehovae aeque ac Davidis cogitaremus, inproprius etiam valde sit egressus, quo Angelum Jehovae egit, nec hoc nomine venire soleat, denique *egredi Bethlehemo*, et *egressus ab antiquo*, sibi manifeste respondeant, nec diversa ratione exponi queant; sed *egredi* hic est in mundum prodire ad inperium capessendum, et *egressus* denotat hoc loco scaturiginem ac fontem egressus, stirpem et originem, unde per multas generationes *egressus* est Messias. *Egressus* itaque ejus sunt, ex quibus prodiit, sicut familia alicujus aeque dicitur *unde* quis est, ac quae ex ipso est. Sic et vox מוצא pro *vena* et *fonte* usurpatur Job. XXVIII: 1. et pro loco scatente herbis ib. XXXVIII: 27. et *egressus mane ac vesperae* sunt Ps. LXV: 9. unde oriuntur. Egressus itaque Messiae sunt, unde ipse ortus

 est,

est, scaturigines ejus *ab antiquo*, et quidem in plur. numero, quia multae praecesserunt generationes, in specie duplicem habuit Messias stirpem, aliam alia antiquiorem, Davidis scilicet et Abrahami; quare et filius, germen, Davidis, ac surculus ex Isai trunco exciso Jes. XI. et Abrahami semen eximie adpellatur. Ad quam duplicem respicitur originem, cum in fin. additur, *ab antiquo a temporibus seculi*, h. e. ab anterioribus non tantum temporibus, quod קדם denotat, sed antiquissimis simul, seu *diebus seculi*. Plura de singulari hoc vaticinio, ejusque nexu cum superioribus et sequent., dixi in comment. MSS. ad Prophet. min. quare in dictis acquiesco, quae hic sufficiunt.

§. XIV. Occasionem hic nascendi cum *descriptio* Augustea praebuerit, a Luca propterea scripto consignata est, non tam ut tempus nati Christi innotesceret, quod per eam non nisi vage et in genere cognoscitur, quia annus Augusti non definitur, quam, cum, ne cui mirum aut dubium videatur, Jesum, cujus parentes in urbe Galilaeae Nazaret habitabant, in urbe tam remota Bethlehemo narrari ab Euangelistis natum, tum, ut publico constaret instrumento, parentes ejus e tribu Juda esse, ac ad stirpem Davidicam pertinere, quippe ad *propriam* civitatem quoque, cum aliis, profectos, ut nomina sua profiterentur Luc. II: 3. Quo itaque fundamento Apostolicus vir, Heb. VII: 14. dicere potuit, πρόδηλον esse, seu *publice constare*, Jesum e tribu Juda esse. Sed dignus est hic casus, satis singularis, et a nemine, nisi a Luca, memoratus, qui nonnullis illustretur observatis, ut, qualis fuerit descriptio, cognoscatur. 1. *Primum* sit, eam non fuisse, ut videtur, universalem, totius orbis Romani, sed solius regni Herodis, seu Palaestinae, vel forte Judaeae tantum. Quem restrictum sensum, sicut phrasis πᾶσα οἰκουμένη *tota terra* pro terra Israelitica admittit, uti a Keuchenio et aliis satis comprobatum est, ita partim sequens textus requirit, ubi *omnes* dicuntur urbem suam petiisse, utique omnes *totius terrae* modo memoratae, partim

partim comparatio cum alia descriptione vers. 2., omnium consensu particulari, sub Quirino, post Archelaum relegatum Act. V., confirmat. 2. *Secundum* est, descriptionem non fuisse inperatam, et institutam, bonorum causa, ad censum inponendum, sed personarum, ut de incolis, et eorum fidelitate, constaret, sicut *breviarium* habuisse Caesarem testatur Tacit. Ann. l. I. et Suet. in Aug. in fin., Jos. vero Ant. l. XVII. c. 2. tradit, *universum nationem Judaicam*, circa finem regni Herodis, adeoque circa hoc ipsum tempus, *jurasse, se Caesaris regisque*, Herodis, *rebus fautures* esse, exceptis 6 millibus Pharisaeorum, qui id recusarunt. Census utique a regno Herodis, quippe regis et amici Caesaris, alienus omnino erat, nec nisi in Provinciis Romanis institui solebat; qui etiam postea, Archelao relegato, et Judaea in provinciae formam redacta, legitur factus Act. V. Vid. Cl. Perizon. in peculiari de hac Descriptione Dissert.

§. XV. 3. *Tertium* habet, inter hanc, et Act. V. memoratam descriptionem, ingens esse discrimen, adeo ut diversus utriusque scopus fuerit, et longe diverso in statu Judaeae peracta, diverso etiam tempore. Haec enim sub Herode M., illa 10 ann. post, Archelao in exilium misso, *et Judaea jam* facta provincia Romana, haec personarum, illa bonorum, causa; haec denique salva libertate, illa servilis conditionis expressionem adferens. Ex quo simul elucescit, descriptionem Luc. II. nequidem censeri posse usque ad Archelai finem continuatam, uti nonnullis visum; cum natura et scopo diversae sint, ne dicam, ab omni abhorrere probabili, descriptionem tam diu durasse; quid? quod Jos. Ant. l. XVIII. referat, posteriorem *uno* anno fuisse absolutam. 4. *Quartum* tenet, Cyrenium, seu Quirinum, hoc tempore non peregisse descriptionem, sed postea alteram illam; cum quod Praeses Syriae nunc non fuerit, sed Saturninus, vel Quintilius Varus, ut supra vidimus, ubi de praesidibus Syriae, nec extra ordinem censeri possit

missus, de quo vid. Cl. Perizon. l. c., tum Syriae Praesidi nullae fuerint partes in Judaea administranda, vivo Herode, nec Judaea facta Provincia.

§. XVI. Sed quid, hoc admisso, fiet vers. 2. *Haec descriptio prima facta est Praeside Syriae Cyrenio?* Si verba genuina sunt, nec instar glossae ab inperito autore primum in margine posita, quod non adeo est rejiculum, cum series sermonis per ea videatur turbata, nec ratio adpareat, quare Luc. ea inseruisset, denique inter Veteres non defuerint, qui erronee putarunt descriptionem hanc et nativitatem Christi in tempus Quirini incidisse, uti Just. Mart. Apol. I. §. 61. ed. Grab. imo, num in omnibus Cod. MSS. hic versus locum habuerit, dubitari possit, utique Greg. Naz. Orat. IX. p. 256 non videtur legisse, Chrys. oper. t. X. p. 821 non nisi haec verba, *haec est descriptio prima*, ut et autor Hom. ad Luc. II: 1. inter spuria Chrys. opera tom. II. p. 803 ed. nov. si, inquam, sint a Luca profecta, alio sensu intelligi non debent, ac quo significatur, hanc descriptionem fuisse ab altera sub Cyrenio diversam, eamque praecessisse, sive littera β. pro δευτερα exciderit, adeoque legatur, *haec descriptio prima* est, *secunda facta praeside Cyrenio*, sive vertantur verba, *haec descriptio prior facta est ea Cyrenii Praesidis*, vel Cyrenio Praeside, ita ut vel πρωτη sit pro προτερα *prior*, subintellecto, vel addito, προ τε ἡγεμ, uti Cl. Periz. exemplis illustrare conatus est, quibus alia addi possent: uti Luc. XI: 38. πρῶτον προ ἀριςυ Aristoph. Avib. ἦρξε δε προτερων πρῶτον Δαρειυ Herod. l. VI. p. 343 fin. Athen. l. XIV. p. 630 quod facilius foret, si, nonnullorum codicum fide, legeretur, ἐγενετο, πρώτη ἡγεμονευοντος etc. vel ante ἡγεμ. exciderit τῆς aut προ τῆς *prior* illa Praeside Cyrenio. Posset etiam legi, *haec descriptio* πρώτη ἧς ἐγεν. etc. prior *illa*, *quae facta est* etc. Alias conjecturas mitto.

§. XVII. *Annus*, quo Christus natus est, ut, de *tempore* nativitatis ejus acturi, inde incipiamus, non nisi in aliqua latitudine definiri potest, si characteres temporis, in Historia

ria Euangelica conſignati, tantum adtendantur. Sunt autem tres, 1. *Primus* eſt, accidiſſe ſub finem vitae Herodis M. Matt. II., abſque ut aut anni regni ejus numerentur, aut, quantum ſpatium inter Chriſtum natum et Herodem mortuum intercesſerit, fuerit additum. 2. *Secundus*, qui Auguſto, et tempori deſcriptionis terrrae, epocham nati Chriſti adnectit, Luc. II. multo adhuc eſt generalior; cum de anno nihil addatur. 3. *Tertius* eſt paulo adcuratior, cum initium miniſterii Johannis adligatur Luc. III. 15*to* Tiberii, et Chriſtus circiter 30 annos natus ab eo legatur baptizatus: ſed nec iſte rem praeciſe definit, cum *circiter* 30 ann. habeatur, et principium Johannis in 15*tum* Tiberii conjiciatur, non annus 30*mus* vitae Chriſti, inter quos terminos aliquod ſtatui poteſt intervallum; ita ut Joh. ante aliquandiu auſpicatus fuerit munus, quam Chriſtus ab eo baptizatus ſit. Quod ſi Ipſe tunc praeciſe 30 annos habuiſſet, et ipſo illo anno, quo incepit Johannes, baptiſmo fuiſſet tinctus, ſtatui poſſet natus ann. Aug, 41*mo*, cum a primo conſulatu, unde anni ejus repeti ſolent, regnaverit ann. 56. Conferamus nos nunc ad traditionem Veterum, et opiniones Recentiorum. Veteres primorum quatuor ſeculorum, in loco Luc. III. ſeſe praecipue fundantes, uti *Irenaeus*, *Tertull.*, Clem. Alex., Euſeb., alii, epocham nativitatis Chriſti fixerunt in ann. 41 Auguſti: ſed cum illud fundamentum, ut vidimus, non ſatis ſolidum ſit, in eo acquieſcere non licet, minus, quia Herodes M. eodem anno Auguſti, in ejus initio, jam fuerit mortuus, ut mox patebit. Longius a vero anno natali recedit aera, ſic dicta, Dionyſiana, quae deinceps univerſaliter fuit recepta, inde adpellata *aera Vulgaris*, quae habet, Chriſtum eſſe natum anno Auguſti 43, qui eſt Julianus (a calendario per Jul. Caeſarem emendato) 45, et anno ſequente incipit, adeo ut primus annus aerae Chriſtianae ſit Aug. 44, Jul. 46, U. C. 754, Olymp. 197 ann. 1., Period. Jul. 4714, Cycl. Sol. 10, Lun. 2. Ind. 4, Coſſ. Cajo Caeſare et L. AEmilio Paulo.

Quod probe advertendum est ad aerarum comparationem instituendam. Adpellatur aera Dionysiana a Dionysio Exiguo, vulgo, licet male, dicto Abbate, quasi fuisset Abbas Romanus, sine fundamento, de quo suo loco, qui Sec. VI. floruit, et hanc aeram non quidem instituit, sed a Pandoro Monacho, qui Arcadii tempore vixit, usurpatam, seu concinnatam, transtulit ad Latinos; ut ex Georg. Syncell. patet. Vid. Pagi de Periodo Graeco Romana. Progressu tamen temporis usus ejus demum invaluit, donec vulgata et universalis facta sit sub Eugenio IV Papa Sec. XV*to*. Est itaque haec aera *duobus* annis serior Veterum, secundum quos annus natalis Christi est, ut dixi, ann. 41*mus* Augusti, Julian. 43., nec ullo modo cum morte Herodis M., quae Christo jam nato accidit, consistere potest: accedit, cum ea connexum fuisse aeque falsum, Christum 25*to* Decembr. natum esse, de quo mox.

§. XVIII. Scinduntur quoque Recentiores in partes. Alii ut Jll. Scaliger, quem Calvisius, Langius et alii sequuntur, antiquissima recepta traditione, Herodem M. decessisse statuunt ann. Jul. 45, et Christum natum ann. Jul. 43. Alii, uti recentiores Jesuitae, Joh. Dekerus in thesibus, Bucherius in canon. paschalem Victorii, et Seneschallus apud Henschenium ac Papebrochium in diatrib. praelim. ad Act. Sanct. Mens. April., et alii periti Chronologi, ipse quoque Usserius, natales Christi rejiciunt in ann. Augusti 39, Julian. 41, longius ante mortem Herodis, nisi Herodem mortuum ante pascha ann. Jul. 42 statuatur, uti faciunt. Hac ratione aera Dionysiana erit 4 ann. posterior vero natali Christi. Denique aliorum fert sententia, Christum ipso anno emortuali Herod. M., vel antecedente, esse natum, adeoque ann. Augusti 40, Jul. 42. Est in hac quaestione, ut sententiam expromam, aliquid certi, aliquid magis dubii. Prius ad tempus mortis Herodis pertinet, omnino referendum ad anni Augusti 41mi initium: ante pascha enim eum decessisse ex Jos. Ant. XVII: 8. B. Jud.

I: 21.

I: 21. et II: 1. clare patet: narrat enim, Archelaum post exsequias Patris, et 7 dierum luctum, splendidum amicis paralle convivium, ipsoque illo die post meridiem fuisse suscitatam seditionem, eo magis, quod *pascha* instaret. Mortem Herodis eo anno contigisse 1. ex eo constat, quod Josephus duplex initium regni Herodis adcurate definiverit, *prius*, a quo designatus est ab Augusto et Antonio, Coss. Cn. Domitio Calvino et C. Asinio Pollione, Aug. 4. et Jul. 6, *posterius*, a quo regno actu est potitus, superato Antigono, Coss. M. Agrippa Vipsanio, et L. Caninio Gallo, Aug. 7. et Jul. 9. A priore termino cum 37, et posteriore 34, ipsi det Jos., oportet ann. 41. Aug. obierit. 2. Archelaus, teste Dione Cass., relegatus est ann. Aug. 49, et 9 ann. post mortem Herodis; quae ergo Aug. 40 fin. vel 41 init. accidit. 3. Herodis Antipae Tetrarchiae annus 43 connectitur cum Caji Caes. 3tio in nummo, apud Noris. Ep. Syr. Maced. Diss. I. in Adpendice, qui est aer. Vulg. 40: incepit itaque Herodes Antipas 3 ann. ante illam aeram post mortem Herodis M. quae tunc ergo contigit. 4. Denique Philippus, filius quoque Herodis M., obiit, secundum Jos., ann. 22*do* Tiberii, postquam 37 ann. praefuisset; incepit mox mortuo Herode, adeoque ann. *41mo Augusti. Posterius*, ad tempus spectans, quod inter natum Christum et mortuum Herodem fluxit, unde praecisus annus natalis Christi pendet, pro certo quidem determinari nequit, sed probabile tamen est, non fuisse magnum, nec annum excessisse, cum casus intermedii, Matt. II. narrati, longius non requirant; licet etiam non longe brevius, maxime, cum a biennio et infra infantes Bethlehemiticos jusserit Herodes occidi. Annus ergo natalis probabiliter conferri potest, cum ann. 40*mo* Aug., adeoque 3 ann. ante aeram Vulg.

§. XIX. Longe incertior est *Mensis* et *dies* ejus natalis, quem tamen nonnulli definire ausi sunt: de quo propterea nonnulla restant proferenda. Antiqua Veterum traditio

Mensem et diem illum constituit 8 Kal. Jan., seu diem 25*tum* Decembr.; incertum quando invaluerit; nisi quod ante Sec. IV*tum* non obtinuerit, cum Ecclesia Orientalis Christi natalitia celebraverit 6*to* Jan., et Occidentalis Sec. IV*to* demum 25*to* Decembr., origine festi, ut mox dicam, quod occasionem praebuit, aliunde repetenda. Est itaque traditio a temporibus Apostolicis longissime distans, nec universalis, adeoque minoris autoritatis, eo magis, quo rationes, quibus firmatur, sint ineptae. Ne dicti Johannis baptistae, Joh. III., de Christo et se, *ipsum oportet crescere, me decrescere*, mentionem faciam, quod inepte ad utriusque nativitatis tempus adplicuerunt, relate ad Solis *decrementum* d. 24 Jun., confecto solstitio aestivo, quo Johannes fuisset natus, et *incrementum*, finito hyberno, d. 25 Decembr., quo ergo Christus; praecipuum fundamentum in eo est, quod Zacharias, pater Johannis, tanquam Pontifex sacra fecerit in Sancto Sanctorum. Quod cum 10*mo* Mensis Tisri fieri soleat, Johannes eo mense statuitur conceptus, Christus vero 6 Mens., teste Luca, post censetur Mens. Decembr., die 25*to* natus. Quod quam sit subtilestum, et falsum, ex superioribus, ubi de Johanne, satis constat. Quod vero ad festum nati Christi 25 Dec. adtinet, illud ex hac hypothesi non fuit ortum, sed ejus potius praebuit occasionem: originem enim suam debet instituto Romanorum, quo hoc die *solis invicti* natalem, quia tunc cursum suum vertere incipit, celebrarunt; qua occasione arrepta, Christiani, ob convenientiam Christi cum Sole, et ut superstitionem in religionem Christianam converterent, inceperunt Christi, veri Solis mundi, natales celebrare: quod Sec. IV*to* factum est, uti a Cl. Graevio ad Lact. de *mort. Persec.* jam est observatum. Vid. etiam Cl. Beausobr., ad Luc. III., ubi a Julio IV., Papa Romano, id derivat. Sed fundamento non tantum destituta est haec hypothesis, verum cum historia Euang., quae tempore nati Christi descriptionem fuisse factam, incolas itaque Cananaeae singulos ad proprias ivisse

civitates

civitates, pecora quoque cum pastoribus sub dio pernoctasse, tradit, conciliari nequit, cum hi casus a tempestate hyemali, etiam in Judaea, sint alieniores.

§. XX. Nec solidior est Cl. Scaligeri, quam ingeniosa etiam, hypothesis, de Christo, circa fin. Dec. concepto, et 9 Mens. post nato, circa finem Sept. anni sequentis, seu Augusti 41*mi*, quippe unice sublesto fundamento innixa, Johannem fuisse conceptum circa finem Julii; quem Christi conceptio 6 Mens. post secuta est. De Johanne enim illud unice derivavit ex ordine hieratico Ephemeriarum Sacerdotalium: quod supra jam suo loco refutatum est: hic addo, Magnum virum in anno nati Christi, ut ex superioribus etiam patet, a vero aberrasse. Plausibilior forte est Cl. Tillii, in peculiari tractatu de hac quaestione, opinio, utique nonnullorum meruit adplausum, nec tamen, me judice, verior, et fundatior: cum fundum ejus praestet opinio de Christo 40*mo* nativitatis die in Templo oblato, Luc. II., post reditum ex AEgypto, et Herode 7 Chasleu, seu 25 Nov., secundum Judaeorum traditionem, in lib., cui titulus, Megillath Taanith., qui dies *luctuum* et *gaudiorum*, Judaeis usitatos, continet, mortuo; unde colligit, Christum 35 dies ante, seu 21*mo* Octobr. natum esse; cum 5 dies sufficiant itineri ex AEgypto Hierosolymam, adeo ut 40*mo* die in Templo, mortuo jam Herode, offerri potuerit: factum autem illud esse post reditum ex AEgypto inde colligit, quod Christus Luc, II: 39. tunc adductus legatur Nazaretham in Galilaea. Hae omnes hypotheses precariae, et inprobabiles, sunt, nec 40 dierum spatium, a nato Christo ad ejus reditum ex AEgypto, sufficit casibus, Matt. II. narratis.

§. XXI. 1. Christum, in Templo oblatum, tradit quidem Luc. II: 34. fuisse in Galilaeam translatum, sed non, illud *mox* fuisse factum, nihilque aliud intercessisse; adeoque nihil inpedit statuere, illud aliquandiu post contigisse, post fugam in AEgyptum, et reditum: cujus cum Luc. nullam

mentionem fecerit, potuit oblationem Hieroſolymis peractam connexuiſſe cum reditu in Galilaeam. Nec id exemplo caret. Utique ipſe Luc. IV: 14. connectit eodem modo reditum Chriſti in Galilaeam cum tentatione Satanae finita, licet, ut ex Joh. I—IV. liquet, nonnullos, forte vel octo, Menſ. adhuc triverit in Judaea, antequam redierit in Galilaeam., De quo poſtea. Praeterea cap. XXIV: 50. ſublationem Chriſti in coelum ſubnectit apparitioni Chriſti; Diſcipulis factae, in principio reſurrectionis; licet multi dies interfuerint. Sic et Act. IX: 26. Lucas Paulum, Damaſco elapſum, Hieroſolymam profectum fuiſſe tradit, licet non mox, ſed diu poſt demum, id factum, conſtat ex Gal. I: 17, 18. 2. Parentes ab AEgypto reduces, Hieroſolymam adiiſſe, et Chriſtum in Templo repraeſentaſſe, Matthaeo directe adverſatur, cum ipſe referat, Joſephum, audito, Archelaum regnare, et eo tendere veritum, divinitus fuiſſe admonitum, ut Galilaeam peteret, eoque etiam ſeceſſiſſe, Hieroſolyma utique praeterita, cap. III: 22. 3. Mariam a partu tam recentem, cum tenello Jeſu, recens circumciſo, mox AEgyptum verſus aufugiſſe, iter quoque tam feciſſe feſtinum, ut 5 dies tantum fuerit inſumti, ne alia memorem incommoda, cui non accidat inprobabile? 4. Herodem die *7mo* Chaſleu, ſeu 25 Nov., vita fuiſſe functum, praeterquam quod libello Judaico, haud magnae autoritatis, unice nitatur, Joſepho, qui prope Paſcha illud contigiſſe tradit, directe adverſatur.

§. XXII. Denique ſpatium 35 dierum, a nato Chriſto uſque ad ejus diſceſſum in AEgyptum, caſibus Matt. narratis, non ſufficere, legenti, et ad rem adtendenti, hypotheſios iſtius amore non faſcinato, in oculos incurrere autumaverim. *a.* Herodes, quo tempore Magi venerunt Hieroſolymam, et *Bethlehemum* tetenderunt, repraeſentatur ibi degens, et ſanus, utique gravi morbo non laborans, uti ex Matt. II. facile colligitur, in primis, quod dixerit, ſe, ut novum regem adoret, Bethlehemum rediturum: quod in-

paucos

paucos illos dies a morte, secundum hanc hypothesin, remotos, non quadrat, cum teste Jos. Ant. XVII. diuturno, et lethali, ac dolorifico, morbo laboraverit, et Hierichunte, ac alibi, se detinuerit. *b*. Iter Magorum, Christo jam nato, cujus indicium stella ipsis praebuerat, demum susceptum, e loco remotiore, sive Persia, sive Chaldaea, sive Arabia, adventus Hierosolymam, convocatio sacerdotum ac scribarum, consultatio cum illis de loco nativitatis Messiae, ac Magorum mora Hierosolymis, dein Bethlehemi, et eorum reditus ab Herode exspectatio, aliique casus, majorem postulant temporis latitudinem quam 35 dierum. *c*. Denique, cum tempus nati Messiae, per stellae adparitionem adnunciatum, adcurate inquisivisset, et a Magis intellexisset Herodes, Matt. II: 7. quid opus habuisset, si ante Mensem natum fuisse percepisset, infantes a biennio natos occidere?

§. XXIII. Missa itaque, et indecisa relicta, quaestione de mense et die nati Christi, quae magni non est momenti, quare Euangelistae etiam ejus mentionem facere neglexerunt, alias nativitatis Christi singulares quasdam circumstantias ex Matth. et Luca ordine recenseamus; quantum nostro scopo, et Euangelistis secum conciliandis, sufficit. Statim ac Jesus esset natus in diversorio Bethlemitico, ac in *stabulo*, prae viliore parentum conditione, ac multitudine hominum, ibi degentium, repositus, 1. ea ipsa nocte nunciata est ejus, tanquam *servatoris*, ac *Christi*, adeoque promissi Messiae, et regni Davidis renovatoris, nativitas *pastoribus*, sub dio cum gregibus versatis, per Angelum, divina gloria, seu luce splendida, vestitum; non, sine praegnantibus rationibus, sapientiae Dei congruis, quarum aliquae nobis etiam sese offerunt; uti, quod origo Messiae ex Davide *pastore*, munus quoque ejus pastoritium, Joh. X., eo modo demonstretur, simul a regno externo et terrestri animi abstrahantur: nec adnunciata tantum est, sed et ab ingente Angelorum exercitu in laudes Dei celebrata canticis Angelicis;

 quorum

quorum haec ſumma erat: *Gloria in excelſis Deo et in terra*: (hae enim voces conjungendae ſunt, Deumque per hunc filium in coelo et terra eſſe glorificandum, ſignificant) *pax in hominibus beneplaciti Dei*, (legi enim debet cum aliis Cod. εὐδοκίας, et cum *pace* conſtrui, ut ſenſus ſit, pacis verae regnum eſſe ab hoc filio erigendum in illis hominibus, in quibus Deus ſibi complacet, veris credentibus, et Deo placentibus quoque: quales viri חסד nobiliore benignitatis vena fluentes, Jeſ. LVII. adpellantur,) et *terra* חפץ *beneplaciti* Mal. III. 12.

§. XXIV. 2. Deinde, *octavo* die circumciſus fuit, et Jeſus יהושע *Jehova ſervator*, cui reſpondet *Immanuel* Deus nobiſcum Jeſ. VII. adpellatus, in ſignum ſubjectionis legi, Gal. IV. et futurae paſſionis, qua exſcinderetur caro ejus e terra viventium, credentibusque fieret cauſa circumciſionis ſpiritualis, ſeu ſanctificationis, et ſalutis aeternae: oblatus porro 40 dies natus in Templo, et Deo, inſtar primogeniti, in ſacrificium offerendi, qui verus erat conſpectus eorum oblationis, conſecratus; in quo credentes, ſeu fratres ejus, ſunt Deo ſacri futuri, qua occaſione a Simeone et Anna agnitus eſt, ac celebratus, tanquam Judaeorum ac Gentium ſervator et conſolator. 3. Quibus peractis, redierunt parentes ejus cum Jeſu Bethlehemum, eo forte animo, ut ſedes figerent, miſſa Nazaretha, in loco natali regis Davidis, filio huic congruo, quem regni ejus fore inſtauratorem, ex paſtorum relatione, et Simeonis declaratione, intellexerant, ipſa Maria antea per ſpiritum S. quoque declaraverat Luc. I. Quae conjectura et inde firmatur, quod Bethlehemum non niſi divinitus admonitus deſeruerit Joſephus, quodque ex AEgypto redux eo ſe recipere voluerit, denique non niſi a Deo juſſus repetierit Galilaeam. Unde etiam ratio patet, quare Matth. c. II. fin. adſerat, Jeſum Nazarethae educandum eſſe, ut *prophetiae* inplerentur de ipſo *Nazareno* adpellando. Cum enim, filium Davidis, et regni ejus haeredem, in ſolo natali ejus, *urbe Davidis* dicto

dicto ab ipſo Angelo Luc. II: 11. cenſeri poſſet, et Parentes quoque exiſtimarunt, elevandum eſſe, non obſtante Nazaretha loco habitationis parentum, Matth. obſervat, Deum ſua directione expreſſe curaſſe, ut Nazarethae degeret Jeſus, quod quoque *dicto per prophetas, eum Nazarenum* eſſe adpellandum, erat conſentaneum. Videtur autem illud dictum, ut id obiter obſervem, per traditionem propagatum, tanquam a Prophetis prolatum, anſam traditionis praebente Jeſ. XI: 1. ubi נצר *ſurculus* vocatur, in ejus nominis loco ſurrecturus, ſenſu penitiore: quare etiam *prophetarum*, et non *prophetae*, fit mentio; quia a Prophetis illud eſſe praedictum in genere habebat traditio.

§. XXV. 4. Ex quo colligi quoque poteſt, adventum Magorum, ejuſque conſequentia, non ante, ſed poſt, oblationem in Templo contigiſſe, eoque inter alia ſpectaſſe, ut Parentes Bethlehemum relinquerent, et alio ſeſe conferrent cum infante Jeſu. Quamdiu enim omnia, *ſecundum legem peragenda*, inter quae erat haec oblatio, non eſſent facta, Bethlehemi recte manebant parentes, Luc. II: 39. ſed cum poſtea adhuc Bethlehemi haererent, et ſedes quoque figere vellent, per Herodis pravam intentionem, ex Magorum adnunciatione ortam, compulſi ſunt, divinitus admoniti, *primum* AEgyptum, dein Nazaretham, petere. Praeterea, ut alias quoque ſingularis hujus adventus Magorum Hieroſolymam rationes proferam, ſicut a paſtoribus, divinitus inſtructis, fuit in agro Bethlehemitico tanquam *paſtor* populi, et ſervator, adnunciatus Jeſus, ita Deus curavit, ſeſe ad artes et inſtitutiones humanas adcommodans, ut Magi, ſeu ſapientes aſtrorum obſervatores in Oriente, per *ſtellam*, extraordinarie ortam, tanquam illuſtris perſonae imaginem, verſus coelum Judaicum ſpectantem, accedente revelatione divina, admoniti de rege Judaeorum nato, properaverint Hieroſolymam, eumque promulgaverint; ut ea ratione quaquaverſum, etiam per Orientem, ſingularis hic caſus nati regis Judaeorum divulgaretur. Quod quoque

factum fuisse, nonnulla indicia, in historia obvia, demonstrant; utique hinc videtur ortum, quod Pharisaei tale quid promiserint uxori Pherorae, sub finem regni Herodis, ut in ejus vita notavi, quodque per orbem percrebruerit, regem, ex Oriente oriundum, orbis fore Dominum; cujus Jos. et alii meminerunt historici, ut ibi quoque observavi. Reliqua ad illum casum, ejusque consequentia, in specie infanticidium Bethlehemiticum, per Herodem, pertinentia, nunc mitto, cum hujus fori non sint: de vaticinio Jer. XXXI. huic casui adplicito a Matthaeo, mentem in comm. ad Jer. exposui, illud adtigisse contentus, nemini mirum accidere posse, qui Herodis indolem et facinora, maxime circa finem vitae, noverit ex Josepho, eum ad infantes Bethlehemiticos neci dandos fuisse compulsum, ut regem Judaeorum e medio tolleret ad suum regnum firmandum, saltem seditionem, ex opinione de eo nato facile oriundam, hac ratione praeveniret. Utique, ut illud ab hoc casu non alienum memorem, cum Pherorae conjugi praedixissent ex *adflatu divino*, inquit Jos., *ut credebantur*, Pharisaei, Herodis regnum in posteritate ejus abolendum, et ad alium regem, cujus potestati omnia forent subjecta, Messiam itaque, transferendum esse, Herodes nocentissimos Pharisaeorum interfecit, ex sua quoque familia omnes, qui cum Pharisaeorum dictis consenserant, Jos. Ant. l. XVII: 2. Praeterea, a morte proximus, ut *totam gentem*, verba sunt Jos. l. c. cap. 6. *in luctum et charissimorum desiderium conjiceret*, jussit, *unum aliquem e singulis familiis neci dari* etc. ipsum quoque filium Antipatrum occidi curavit. Infanticidii vero expresse non meminit, quod forte clam missis carnificibus illud fuerit peractum, nec in vulgus mox emanaverit, aut generali crudelitatis ejus narratione, modo memorata, comprehendi potuerit, nec tamen ab aliis scriptoribus, non Christianis, fuit neglectum; uti ex Macrob. Saturn. l. II. c. 4. constat: cujus verba sunt: *cum audisset* Augustus, *inter pueros, quos in Syria Herodes, rex Judaeorum, intra bimatum*

tum

§. XXVIII. Vita Christi *publica*, praeclaris gestis, simul continuis insidiis, praecipue a Pharisaeis, ac periculis, plena, *filium hominis*, vilioris ac pauperioris conditionis, nec vulgarem, sed eximie sic dictum, ad magna destinatum, spiritu Dei plenum, ac cum Divina natura, seu persona, intime unitum, adeoque simul *filium Dei*, *seu sermonem Dei carnem factum* Joh. I. *et inter homines habitantem*, *effulgescentiam gloriae Dei*, *et characterem hypostasios* ejus Hebr. I: 3. in forma Dei existentem, adeo ut non tanquam quid raptum, sed sibi proprium, censuerit Deo esse aequalem, hominem servilem et obnoxium factum, repraesentat, qui instar Legati, a Deo missus, ejusque arcanorum, et voluntatis intimae conscius, supremum, ac infallibilem, egit Doctorem, seu prophetam verba Dei proferentem, salutarem, quin Messiam promissum, et diu exspectatum, seseque multis signis miraculosis, ad sufficientem convictionem omnibus, comprobavit; praeterea sese servatorem, ac summum benefactorem, praestitit, miseris succurrendo, et quosvis aegrotos sanando, mortuos quoque subinde in vitam revocando, denique perfectum pietatis ac virtutis exemplum exhibuit, sine ulla macula aut defectu. Iniit hanc vitam, seu munus auspicatus est 30 annos natus, anno 15*to* Tiberii, et per *tres annos* ac dimidium fere peregit ac gessit. De quibus omnibus paulo fusius et accuratius disserendum est.

§. XXIX. Muneri fuit a Johanne solenniter per baptismum, signo divinae complacentiae honoratum, inauguratus anno Tiberii 15*to* vel circumcirca, cum 30 fere haberet annos Luc. III: 1, 23. qui versus 23*tius* connectendus est cum initio vers. 21. ἐγένετο *accidit*; et pericopa ita vertenda; *accidit vero*, *cum baptizatus esset omnis populus* (tunc praesens) *et Jesu baptizato ac orante apertum esset coelum*, *descendissetque spiritus sanctus*, *corporea specie instar columbae*, *super eum*, *et vox e coelo audita esset*, *dicens*; *tu es filius meus dilectus*, *in quo acquiesco:* accidit, inquam, *ut Jesus initium sumeret* (scilicet praedicandi) *annos quasi* (*plus minus*

πλέον ἔλαττον Graecis, cui respondet ὡσεὶ quasi circiter) *triginta natus etc.* Stilo Lucae verba καὶ αὐτ. ἦν ἀρχόμ. pendent ab ἐγεν., et vertenda: *accidit* — — *ut etc.* Sic cap. V: 1, 17. VIII: 1. IX: 51. X: 38. et alibi. Illustrat egregie nostram interpretationem verbi ἀρχόμ. locus Act. I: 21, 22. qui conferendus est. Ex quo patet, initium publici ministerii ejus a baptismo ejus esse repetendum, ipsumque, occasione et medio baptismi, ab ipso Deo fuisse solenniter proclamatum *filium* Dei, quippe a Deo *sanctificatum et in mundum missum*, Joh. X: 36. adeoque jure filium Dei, et verum Messiam, spiritu quoque *unctum;* Jes. LXI: 1. *ad laetum nuncium adferendum mansuetis* — — — *et annum complacentiae Jehovae promulgandum.* Ceterum *baptismo*, a Johanne collato, intercedente illud factum est, *ut ita impleretur omnis justitia* Matt. III: 15. seu voluntati ac institutis Dei sese conformem praeberet Christus, cum *baptismus* iste a Deo esset, praeterea testimonium praeberet Johannis baptismo, tanquam a Deo orto, denique per baptismum passionis ac mortis se esse consummandum Matt. XX: 22. eaque ratione *justitiam* Dei illustrandam esse, significaret.

§. XXX. Cum vero Johannis ministerium a 15*to* Tiberii repetatur, dubium manet, num eodem anno Christus fuerit initiatus, an sequente? quod tanti non est, nec definiri pro certo potest: probabile tamen fit, ex anno 40*mo* Augusti, quo eum fuisse natum supra disputavi, anno 16*to* Tiberii Christum fuisse baptizatum, qui plus minus 30 annos natus erat, seu 31*mum* ingressus: tot enim sunt anni inter Augusti 40*mum*, et Tiberii 16*tum*. Anni itaque Tiberii non sunt a Proconsulari ejus inperio, sed Augusteo, post mortem Augusti, supputandi, ut supra demonstravi, secus ac multis videtur, etiam viris doctissimis, uti Usserio, Pagi, Schelstratio, et Norisio in Cen. Pis.; sed ante omnes eam jam fovit sententiam Braumbom. comment. Lutheranus in Apoc.: de quo vid. Bayle in Lex. Placuit Viris Doctis ea sententia in primis, quod nonnullae difficultates per eam optime

optime et facile e medio tollantur, 1. enim hinc recte intelligitur, Christum *circiter* 30 annos habuisse, cum 15*tus* Tiberii Pro-cons. sit 12*mus* Augustei inperii: alias jam 31 ann. natus fuisset: sed modo notavi illud *ὡσεὶ quasi* aeque plus ac minus exprimere, et latitudinem admittere. 2. Patrum constans traditio de Christo mortuo Tiberii 16*to*, Coss. duobus Geminis, sarta tecta manet; quae alias falsa foret. Sed illa nititur hoc fundamento, Christum per *annum* tantum in munere fuisse; de quo mox, adeoque non requirit aliud Tiberii initium. Ceterum sententiam de annis Tiberii a Pro-cons. inperio petendis jam refutarunt Petavius, Basnagius in Ann. Pol. Eccles., et Masson. in Hist. Crit. reip. Litt. t. XII.

§. XXXI. De *duratione* vitae publicae et muneris Christi, diverse, et antiquioribus, et recentioribus, temporibus, censuerunt Doctores Christiani. Inter primorum trium seculorum Doctores fuerunt, qui *uno* anno ministerium Christi fuisse terminatum autumarunt, uti praeter Gnosticos, quibus illud tribuit Iren. adv. Haer. l. II. c. 36. et habet autor Clementin. fin. hom. XVII., ipse Clem. Alex. Strom. I: 21. ubi in not. et alii citantur. Unde est, quod Christus fuerit censitus passus Coss. duobus Geminis, Tiberii 16*to*, *AEr.* Vulg. 39, sed alii eorum rectius senserunt, uti Ignatius, qui epist. 2*da* Christo dat 3 annos, Tertull. adv. Marcion. l. I. qui eum quidem 15*to* Tiberii adserit esse mortuum, sed et 12*mo* ejus incepisse, Origenes, qui in Philocal. c. I. *unum* ann. et aliquot Mens., sed contra Cels. l. II. *tres* fere ei dat, sicut et in Comm. ad Matth. XXIV.; tres et dimidium, Anonymus ad Job. ad calcem Oper. Orig. ed. nov. cap. 2. Omisi Irenaeum nimis paradoxum, qui l. cit. 16. vel plures annos ei adsignat, ab August. de Doctr. Christ. c. 28. jam refutatus. Euseb. vero et Epiph. *duos* annos, quos secutus est Petavius, sicut J. G. Vossius Veterum de *uno* anno opinionem adoptavit: Scaliger, Casaub. et Calvisius 4 annos numerant. Nobis, cum aliis, verior vi-

detur sententia, *tres* minimum annos solidos esse admittendos, et *quatuor* paschata in ejus vitam incidisse, ita ut *quarto* fuerit occisus. Quae opinio, sicut Luc. XIII: 33. ubi Christus declarat sese adhuc *hodie* et *cras* debere operari, et *tertio* die *abire* et consummari, seu mori, recte convenit, dies quoque emortualis anno illi apte respondet, de quo postea, ita ex *tribus* festis paschatis, quae, tanquam doctor publicus celebravit, *quarto* paschate consummatus, clare demonstratur. 1. *Primum*, quocum incepit, memoratur Joh. II: 13. 2. *Secundum* exstat Joh. V: 1. ubi *festum* Judaeorum, ita absolute dictum, de paschate sumendum est; sicut confirmatur ex cap. IV: 35. ubi 4 menses ante Messem superesse traditur, nec non ex Luc. VI: 1. ubi sabbatum δευτερο πρῶτον *secundo-primum* omnino est, quod paschati adnexum est, quacunque ratione phrasis etiam explicetur: mihi, cum St. de Brais in peculiari dissert. ad calcem paraphr. Epist. ad Rom., videtur, esse pro πρῶτον τῆς δευτέρας primum ante diem, adpellari eximie solitum τὴν δευτέραν seu postridie Sabbati, quo die spicae offerebantur, ante quem eas sumere, aut edere, nemini licebat per legem Mosis: quo respicit exemplum Davidis, panem propositionis edentis, a Domino adlegatum. Conferri meretur Cl. Fr. Burm. Harm. Eu. t. I. ad Luc., ubi fuse et docte de eo disserit, variis quoque examinatis sententiis. Hoc vero pascha, sicut diversum est ab eo Joh. II., uti facile patet, etiam ex eo, quod ante illud Lucae varia patraverit miracula, sed ante illud Joh. II. non, ita quoque ab eo Joh. VI: 4. quod posterius est; uti ex multiplicatione miraculosa quinque panum elucescit, facta enim est ante pascha Joh. VI. uti ex v. 4. et seq. liquet, sed post pascha Luc., uti sequens narratio c. IX. docet. Fuit itaque medium inter duo illa, Joh. II et VI., adeoque secundum. 3. Succedat *tertium* Joh. VI: 4. memoratum, quod Vossius male confudit cum emortuali, cum illud secuta sint duo alia festa Tabernaculorum Joh. VII., et encoeniorum c. IX. 4. *Quar-*

tum

tum ergo eſt, quo crucifixus fuit, de quo poſtea. Cum itaque a primo paſchate in primis publicam Doctoris et Legati Dei perſonam agere coeperit, et ultimo fuerit e terra viventium ablatus, *tres* annos completos muneris functioni inſumſerit, neceſſe eſt. Quod ſi initium ejus repetatur a baptiſmo ſuſcepto, quo divinitus eſt inauguratus, aliquantum temporis tribus illis annis addendum eſt, quod a baptiſmo ad primum paſcha, quo Hieroſolymam rediit, Joh. II: 13. fluxit, incertum quantum.

§. XXXII. Intermedio autem illo tempore, ut ordine ejus fata et geſta, ſed paucis, enarrem, 1. Spiritu in deſertum abductus 40 dies ibi trivit, a Satana tentatus, ſed non ſuperatus, quin ejus victor, et abactor: ita ut ab ipſo ſupplantando deſiſtere debuerit, poſtea majore vi ipſum adgreſſurus, ſicut fecit tempore paſſionis; quare Luc. IV: 13. Satanas *ad tempus* ipſum dereliquiſſe dicitur. Quae tentatio, ſi non in viſo ecſtatico, quod nonnulli non ſine ſpecie diſputant, ſed proprie et corporaliter, quod mihi videtur verius, et communiter admittitur, propter narrationis hiſtoricae ſimplicitatem, duo tamen, forte minus vulgata, non poſſum quin obiter, ad ſingularem hunc caſum recte capiendum, proferam obſervata. *Unum* eſt, Satanam, adſumta *perſona Angeli* boni, ſeu, ut 2 Cor. XI: 14. de ipſo traditur, *lucis*, cum Chriſto egiſſe, et ab ipſo tractatum eſſe, donec ultima tentatione malignitatem detexerit, et a Chriſto, titulo Satanae inuſtus, repulſus ſit, et diſcedere debuerit. Ex quo ſimul liquet, ordinem tentationum eſſe perturbatum Luc. IV., ubi *ſecundum* locum tenet tentatio de regnis mundi Chriſto dandis, quae vere tertia fuit et ultima, ut Matt. IV. habetur, et ex eo confirmatur, quod Satanas jubeatur diſcedere. Geſſit itaque ſeſe erga Chriſtum, ſecundum Adamum, ſicut cum primo egerat in Paradiſo, non in et ſub ſerpente, ſed in forma angeli lucis; uti, poſt Amyraldum, a C. Vitringa P. ad Ap. XII. et F., in peculiaribus diſſertationibus, abunde eſt evictum. Quem utrumque caſum

Paulus l. c. in oculis habuit. *Alterum* eſt, Chriſtum non fuiſſe corporaliter in pinnaculum Templi, aut altum montem, abductum, ipſique omnia regna orbis oculis corporeis viſenda monſtrata, quae nimis paradoxa ſunt, ſed a Satana tantum admonitum, ut eo ſe conferret, illudque, quod dixit, ageret, acſi dixiſſet Satanas; ecce, ſi filius Dei et Meſſias velis haberi, adſcende pinnaculum Templi, et inde te, coram omnium oculis, dejice, ut angelorum manibus ſuſtentatus, et ſalvus, ab omnibus agnoſcaris filius Dei; ita quoque capiendus eſt v. 8. Quod itaque dicitur, Satanam eum *prehendiſſe* etc. de ſuggeſtione, ſuaſione, et juſſione, intelligendum eſt, ita ut cogitatione, et mente, ipſum eo adduxerit, et ire ſuaſerit. Plura de hac tentatione, ejuſque ſcopo, dixiſſe nihil adtinet: cum id hujus non ſit loci.

§. XXXIII. Ceterum, licet tentationis in deſerto expreſſa tantum fiat mentio ab Euangeliſtis, qua hiſtoricis, geſta tantum memorare ſolitis, ejus tamen ſolius cauſa non autumaverim eum in deſertum abductum, ſed et, ut ibi in loco ſolitario totius muneris, cui modo inauguratus erat, notitia a ſpiritu inbueretur qua homo, adque illud rite obeundum praepararetur, ac corroboraretur, ſimul per Satanae tentationem ejus aptitudo et conſtantia exploraretur, adeoque, ea ſuperata, dignus et aptus declararetur ad illud perficiendum. Huc enim ducere videtur 1. quod a *ſpiritu* eo fuerit ductus, imo, ut Luc. IV. plenus ſpiritu, et ἐν τῷ πνεύματι *in ſpiritu*, argumento, eum in ipſo deſerto fuiſſe totum in ſpiritu, ſpiritualibus exercitiis meditationis ac precationibus occupatum, et a ſpiritu inſtructum: quae phraſis etiam de viſis ecſtaticis uſurpatur Ap. XVII: 3. XXI: 10. ſicut *in ſpiritu* eſſe c. I: 10. 2. *Quadraginta* ibi dies fuerit verſatus, ſine cibo et potu; utique cum adluſione ad Moſen in monte Sinai, et ad ejus exemplum, adeoque ſimilem in finem, ut totius muneris et oeconomiae condendae ideam inbiberet, ſicut Moſi in monte contigit. 3. Tentatus ſit, non toto illo tempore morae in deſerto, ſed

sed circa finem demum, cum *esurire* inceperit, ut ex Matt. manifestum est, argumento, ni fallor, eo spectasse tentationem, ut, muneris partibus nunc plenissime, et in omni complexu, perceptis, et toto animo susceptis, exploraretur, num satis aptus sit ac animatus ad eas exsequendas, simul, hoc specimine edito, Satanae declararetur victor ac triumphator futurus. *Quadraginta* itaque *dies*, Luc. II: 2, non, cum seq., sed praeced. proxime connectendi sunt, ut sensus sit, Christum, in spiritu actum in desertum, ibi *quadraginta dies fuisse*, et tentatum esse a Satana, scilicet circa finem, ut ex Matt. et Luca ipso patet. 4. Addatur, accidentia et fata, cum glorioso et victorioso eventu, ipsi in muneris exercitio fuisse ob oculos posita, quatenus ferorum hominum, ac Satanae instrumentorum, oppositionibus, insidiis ac periculis vitae exponeretur, varieque tentaretur, etiam, dum pauperem, et vilem, ageret vitam, ad opes, gloriam, jactationem sui, diffidentiam, regnumque terrestre capessendum; donec, omnibus illis superatis, consummatus fuerit per passiones servator hominum, ac rex coelestis, cui Angeli se submitterent et inservirent. Quo, praeter ipsam tentationem, tendere videtur, quod expresse addatur ipsum *inter feras* in deserto fuisse versatum, Marc. I: 13. et *tentatione* finita, angelos ipsi ministerium exhibuisse; quo dictum Christi ad Nathanaelem quoque spectat. Joh. I: 52.

§. XXXIV. 2. Muneri inauguratus, tempore baptismi, et in eo confirmatus, ac ad illud digne gerendum et perficiendum probe instructus, aptusque comprobatus, per moram in deserto, ac Satanae tentationem, rediit ad Johannem, juxta Jordanem adhuc versatum, et illustri ab eo fuit ornatus testimonio; cujus duo discipuli se ipsi adjunxerunt, quos mox duo alii secuti sunt, Petrus ab Andrea fratre, uno discipulorum illorum Johannis, admonitus, alter Philippus ab ipso Christo vocatus, denique Nathanael, a Philippo instructus, et mox a Christo ipso convictus, postquam se

ab ipſo, nec cognitum nec viſum, pro vero Iſraelita, ſincero ac pio Dei cultore, eſſe agnitum intellexiſſet, ſecundum proprium, ex Judaeorum opinione, criterium Meſſiae, quo inter ſinceram ac fucatam Dei reverentiam, bonoſque inter ac malos, diſtinguere novit, ex Jeſ. XI: 3. petitum. Vid. Luc. VII: 39. Quae omnia Joh. I: 29—52. narrata, contigiſſe, non ante, ſed mox poſt moram in deſerto, inter alia ex eo elucеſcit, quod diſceſſus in illud inmediate a Matt. et Luc. connectatur cum baptiſmo; Chriſtus quoque jam antea baptizatus fuiſſe legatur Joh. I: 31— quam redierit nunc ad Johannem. 3. Profectus dein in Galilaeam, cum diſcipulis interfuit epulo alicui nuptiali in *Cana*, Galileae urbe tribus Aſcher, ut ex Euſ. in Onom. et Hieron. patet; ſuamque gloriam primo miraculo, *aquae in vinum* mutatae, manifeſtavit, Joh. II: 1. Ceterum epulum nuptiale ſua praeſentia honorando, et vini quoque copiam miraculoſe ſuppeditando, demonſtravit, conjugium eſſe per ſe honorabile quid, relate vero ad ſe et Eccleſiam quoque *ſanctum* inter fideles et pios, Epheſ. V. denique non Johannis auſteram vitam, ſed laetam potius et jucundam, ſalva moderatione, regno ſuo eſſe conſentaneam. Nihil itaque in eo eſt, quod carpi, eſt potius, quod laudari debeat, cum inde pateat, *ſingularitatem*, ut adpellatur, a Chriſto non captatam, nec diſcipulis ejus convenire, qui in ejuſmodi rebus, ad communem morem ſe adcommodare debent. Ipſe dicit Matt. XI. *ſe veniſſe edentem et bibentem* h. e. communi vivendi more utentem: ſicut et poſtea epulis interfuit.

§. XXXV. Quibus peractis, quae tanquam praeparatoria ad publicam muneris functionem conſiderari poſſunt, ac *triennium* illud, quod Chriſtus in ea trivit, praeceſſerunt, ipſum munus, e Galilaea in Judaeam reverſus, circa tempus Paſchatis, Joh. II: 13. publice exercendum auſpicatus eſt, et ſpatio *trium* annorum explevit; ut ex ſuperioribus conſtat. Acta et geſta una et continua ſerie ex quatuor Euangeliſtis,

angelistis, in harmoniam aliquam redactis, enarrare ac illustrare, cum hujus loci non sit, ab aliis quoque, ut Richardsono in Annalibus Usserii, et Tillio ad Matt. succinctius, Chemnitio, cum sociis, fusius, et cum egrègio ad Euangelia Comment., Fr. Burmanno accuratius, subinde subtilius, et coactius nimis, ne plures memorem, abunde praestitum, dicta et acta ejus per singulos annos, ordine digesta, levidensi brachio perstrinxisse, hic illic, ubi opus fuerit, aut paucis fieri poterit, additis observatis, contentus ero, et suffecerit, ut prolixitatem vitem. *Primo* anno, qui est, aer. Vulg. 29, cujus narratio exstat, a Joh. IV: 14. ad c. V: 1. et Luc. IV: 14. ad c. VI: 1., festo paschatis Hierosolymam redux Templum, forum mercaturae factum, purgavit, eoque signo cum divinam exseruit autoritatem, et potestatem, tum se missum esse demonstravit, ad religionem reformandam, et magis spiritualem reddendam, postquam corporis sui Templum, a Judaeis destructum, triduo esset a se instauratum, seu ipse e mortuis resurrexisset. Dein, multis patratis miraculis, varios sibi in fide adsociavit, et ipsi Nicodemo, Pharisaeo, et Judaeorum principi, ac Doctori, semina fidei euangelicae instillavit, postea in lucem prodìtura, colloquio prorsus singulari cum ipso habito: *quo ipsi* exposuit, opus esse, si regnum Dei velit intrare, ut, baptismo aquae suscepto, non tantum *publice* profiteatur fidem, sed etiam et praecipue (emphasis enim verborum, *nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu*, residet in *ex spiritu*; quod observo) per baptismum Spiritus, seu regenerationem, a carnalitate vitiosa non solum, sed et legali ac rituali Mosaica, liberatus, *novum* induat hominem, ac spiritualis et coelestis evadat, adeoque *terrestria* non tantum, faciliora perceptu, quorum summa est, non nisi animo et vita in melius mutatis aditum ad communionem Dei et vitam aeternam patere, sed et *coelestia*, quae Filius hominis, e coelo missus, et non Johannes, novit, et adnunciat, mente comprehendat, ac toto animo adsumat, et

vita exprimat, quae modum, in Euangelio revelatum, continent, quo peccator Deo reconciliatur, et a Satanae dominio, ac peccati macula ac reatu, liberatur, ſcilicet per mortem filii hominis, quo omnem vim Satanae ac peccati crucifixione ſua delebit, ſicut per ſerpentem aeneum olim in deſerto expiĉtum eſt, et fidem in Ipſum vivam et efficacem: quam doĉtrinam dein clarius explicuit et inculcavit, Joh. III: 14. et ſeq. Qua admiſſa hypotheſi ſenſus verborum, et totius ſermonis nexus, adtendenti ſe clarius forte prodet.

§. XXXVI. Hinc, Hieroſolyma dereliĉta, in Judaeam profeĉtus cum diſcipulis, ibi, variis in locis, moras 8 menſium traxit, cum inde diſcedens 4 tantum menſes ſupereſſe dicat uſque ad meſſem, ſeu Paſcha. Haeſit aliquandiu in vicinia Johannis baptiſtae, prope mare Tiberiadis verſantis in AEnon; a quo, occaſione diſceptationis diſcipulorum Johannis, novo, et ſingulari, teſtimonio honoratus eſt: uti in hiſtoria Johannis narravi. Inde, 4 Menſ. ante meſſem, ut modo dixi, diſcedens, juxta Samariam, in Galilaeam, offendit mulierem Samaritanam religione, prope Sichar, quacum colloquium inſtituit, ipſi et aliis civibus urbis ſalutare, eo quippe cum ſucceſſu, ut illa cum aliis civibus crediderit tradatur. In qua narratione illud adverti meretur, ut alia mittam, quod Chriſtus ſeſe aperte *Meſſiam* declaraverit, quod alias ſeditionis, ex perverſa Judaeorum de Meſſia, rege externo, opinione oriundae, ergo vitavit, quia talis hic non erat metus, praeterea, religionem magis ſpiritualem, ubique locorum ſine ritibus legalibus exercendam, a ſe eſſe introducendam, expoſuerit, denique et illud pateſcat, Samaritanos, aeque ac Judaeos, exſpeĉtaſſe Meſſiam, cujus officium foret et praerogativa occulta proferendi, et dubia decidendi, quod Judaei ex Jeſ. XI., Samaritani ex Deut. XVIII. videntur hauſiſſe. Biduo hic exaĉto, movit reĉta in Galilaeam, Johanne jam in cuſtodiam ab Herode Antipa, ut in ejus vita obſervavi, dato, Matth. XV: 12.

XV: 12. cujus ſenſus eſt, Chriſtum Galilaeam petiiſſe, non obſtante incarceratione Johannis tunc audita, ſimile quippe fatum non veritum, quia Herodem propter peculiarem rationem, nec ſua ſponte, aut ex animo male in Johannem, qua praeconem juſtitiae, adfecto, ſed ab Herodiade inſtigatum, id feciſſe noverat: praeterea Judaeam, quam diu ſatis ſua praeſentia honoraverat, eo magis reliquit, quod Phariſaei, ſicut Johanni fecerant, ipſi nunc inſidias ſtruere incipiebant, tanquam qui plures quam Johannes fecerat diſcipulos; uti Joh. IV: 1. indicatur.

§. XXXVII. Trivit in Galilaea reliquum primi hujus anni tempus, quatuor menſium, quot ſupererant uſque ad paſcha, Joh. IV: 34. Vertit autem ſeſe, relicta Nazaretha patria ſua, quippe ei, ſicut ſors prophetae in ſolo natali eſſe ſolet, minus acceptus, et honoratus, Joh. IV: 44. ad remotiora Galilaeae loca ſeptentrionalia verſus occaſum, haud procul Tyro et Sidone, ubi *Cana* jacet Joſ. XIX. quo in loco cum verſaretur, ſanavit verbo filium *baſilici* alicujus, ſeu aulici, aut miniſtri regii, qui *Capernaumi* ad mare Tiberiadis, adeoque in loco inde remotiore decumbebat Joh. IV. Inde varia loca totius tractus Galilaeae peragravit, Capernaumi tamen ſede fixa, Nazaretha quidem *adita, ſed, poſtquam* in ſynagoga docendo, ac tecte perſtringendo, eos irritaſſet, ita ut eum de rupe praecipitare vellent, mox derelicta, Galilaeam ſua doctrina, et miraculis illuſtravit, quaquaverſum in ſynagogis docens, et daemonia ejiciens, morboſque ſanans. Praeterea diſcipulos, quos antea ſibi acquiſiverat, Joh. I. qui piſcatum iverant, ad mare Genezareth reperit, ac inde ad piſcaturam hominum vocavit, ſibique in perpetuum adjunxit comites, et Apoſtolos conſtituit: adjunctis Jacobo et Johanne, Zebedaei filiis, Matt. IV: 21. quibus dein addidit Levin, non eundem, ut putatur, ac Matthaeum publicanum, ex ipſo telonio vocatum, apud quem una cum publicanis convivatus ſeſe contra Phariſaeos, eum tanquam peccatorum

socium reprehendentes, defendit e scopo missionis suae, ad *peccatores*, non ad *justos*, vocandos et convertendos, praeterea discipulos suos non jejunantes, a Pharisaeorum, et Johannis quoque discipulorum, criminatione ea ratione excusat, Luc. V. quod, se praesente, jejunia ipsis non conveniant, luctum postea tempore passionis suae acturos et jejunaturos; sicut fecerunt, licet ex ignorantia rationum passionis, cum et tunc laetari debuerint; uti postea melius edocti fecerunt, Joh. XVI: 20. Duas addit parabolas, quarum *una*, quae, novum pannum vetustae vesti non adnectendum esse, habet, Pharisaeorum instituta de jejuniis et precibus ostendit esse nova, et hominum male sanorum inventa, praeterea, ne quidem nova illa cum antiquis recte cohaerere, sed praecipua et antiqua legis praecepta abolere; *altera* vini novi, non in veteres utres mittendi, eo tendit, ut discipulos ante renovandos esse declaret, quam euangelicam disciplinam spiritualem cum salutari effectu admittere queant. De quibus parabolis exposui in concionibus, Comm. ad Matt. XXIII: 1. subjectis.

§. XXXVIII. Ceterum cum Christus per doctrinam, et miraculosas sanationes, per Galilaeam ubique sese manifestum faceret, et secuti fuerint ipsum magna turba ex Galilaea, Decapoli, Hierosolymis, Judaea, et tractu Orientali Jordanis, Matt. IV: 25. habuit excellentem illam concionem de monte aliquo Galilaeae, incertum ubi sito, et quo tempore, ad discipulos directam quidem, sed coram maxima illa hominum multitudine Matt. V—VII. quam sermonibus, Belgice editis, fusius exposui. Complectitur internam externamque justitiam, pietatem et virtutem, Ecclesiae Christi, per se et natura sua consideratae, qua regno coelesti et spirituali, unice congruam, justitia Pharisaica, et littera quoque legis longe superiorem, et praestantiorem, quam omnes regni ejus cives habere ac praeferre debent, Apostoli vero majore emphasi praestarent. Quod verbo tetigisse nunc suffecerit. Pronunciatum fuisse hunc divinum sermonem,

nem, *primo* muneris publici anno, in Galilaea, forte circa finem ejus, cum mox in Judaeam tempore Paschatis se conferret, ut quasi valedictoriae instar sit concionis, autumaverim, serie narrationis Matthaei, quam pro adcurata habeo, secus ac communiter putatur, nixus. De quo hic disputare non licet.

§. XXXIX. Anno *secundo*, aer. Vulg. 30, a secundo paschate usque ad tertium, ut supra vidimus, secundum narrationem Joh. V et VI. Luc. VI—IX: 17. brevem, mox in initio, die ipsius festi, fecit excursum Hierosolymam ad festum, ut solebat, celebrandum, Joh. V. tantum memoratum; quando aegrum et infirmum, seu paralyticum, ad piscinam Bethesdae in *porta ovium* προβατικῇ, scilicet πύλῃ vel gregis, versus ortum urbis et Templi, decumbentem, ac aquarum commotionem, stato tempore extraordinario modo per Angelum, ut credebatur, (si verba illa non sint ab alia manu intrusa, utique in MSS. nonnullis non reperiuntur) fieri solitam, exspectantem, sed diu frustra, cum nemo in tempore eum in eam deferret, verbo sanavit; ita ut lectulum suum sustulerit, jussu Christi, et abierit sanus et integer. Quod cum sabbato factum esset, et a Pharisaeis condemnaretur, Christus sese luculento sermone defendit exemplo Dei, quem Patrem suum esse declarat, semper benefaciendo operantis; quam suam relationem tanquam filii ad Deum Patrem suum, quae Judaeos adeo offendit, ut necem ei intenderint, claris ac certis argumentis demonstrat; Judaeosque severe reprehendit, tanquam incredulos, nec Deo nec Mosi obsequiosos. Quae summa est, Joh. V. Quo facto, inde mox discessit versus Galilaeam, Sabbato, proxime praecedente diem, quo spicae erant offerendae, quod *secundo primum* adpellat, Luc. VI: 1. de quo supra exposui: quo die cum Discipuli in itinere fruges carperent ac comederent, quod ante *postridie Sabbati* non licebat, nec Judaei ipso Sabbato, qualicunque alio, licitum superstitiose putabant, Christus eos contra Pharisaeos, illud

carpentes, luculenter defendit, exemplo Davidis, et ex scopo Sabbati, propter hominem, et in ejus commodum, instituti, cujus Dominus etiam est *filius hominis*, Luc. VI: 1.— Quod dein alio Sabbato, quo virum, aridam habentem manum, sanavit, renovatum est: ibid.

§. XL. Haud diu post, cum noctem in monte piis meditationibus ac precibus trivisset, ex discipulorum multitudine elegit *duodecim*, et apostolos adpellavit, qui ipsum perpetuo comitarentur, et deinceps ad regnum coelorum promulgandum ab ipso mitterentur. Antea quidem ei fuerant adsociati, nonnulli etiam arctius, ut supra habuimus, sed non indivulsi comites, nec hucusque duodecim numero; quod nunc demum factum fuisse, ex Luc. l. c. patet, ubi etiam nomina recensentur: sicut et Matt. X. Quo in eodem monte, ubi pernoctaverat, peracto, inde cum iis descendit, inquit Luc. VI: 17. in *locum campestrem*, ubi, postquam multos eorum, qui undequaque ad eum confluxerant, a Daemonibus, aliisque infirmitatibus, liberasset, ad recenter electos Apostolos sese vertens, singularem habuit sermonem, audiente quoque populo circumstante Luc. VI: 20. fin. quo primum Apostolos, dein eorum hostes, denique omnes, qui audiebant, et cives regni coelorum esse cupiebant, adloquitur: depingit itaque, duorum priorum generum hominum respectu, et ad eos sermonem vertens, diversam et oppositam conditionem externam discipulorum suorum, et hostium euangelii; *illorum* pauperum, lugentium, et ab hostibus vexatorum, *horum* divitum, luxuriantium, gaudentium, et vulgo bene audientium, eamque diversam sortem *illis* non obesse quin salutarem futuram, *his* non prodesse, quin male cessuram esse, declarat. Denique auditoribus reliquis, salutis cupidis, praescribit officia patientiae, charitatis, modestiae, et erga hostes, et socios suos.

§. XLI. Ceterum, quod probe adverti velim, hic sermo, licet in nonnullis similis concioni de monte Matt.

V—VII.,

V—VII., omnino ab ea est distinguendus, nec eodem tempore habitus; secus ac vulgo putatur. Utique hic sermo pronunciatus est, 1. in loco campestri, in quem Christus de monte descenderat, Luc. VI: 13. alter in monte Matt. V: 1. 2. hic adloquitur suos apostolos, eorumque hostes, sed ibi tertia persona utitur, et de hostibus silet, 3. hic *esurire* et *lugere* ad externam refertur conditionem, sed illic ad animi qualitates morales, quare ex. gr. hic *pauperes*, ibi *pauperes spiritu*, adpellantur. 4. Nonnulla hic aliter proferuntur, longe plurima, ibi memorata, hic reticentur: ut sola lectio quemvis docere potest. 5. Addatur, hanc concionem, teste Luca, habitam esse anno *secundo*, illam, ut supra notavi, anno *primo* publici Christi muneris. Qua ratione Matt. et Luc. conciliandi sint, quoad concionis consequentia, mox tradam, postquam ex Marc. III: 10.— monuero, inter illa, quae apud Matt. et Luc. connectuntur, intercessisse nonnulla, quae *domi* peracta sunt. Ex Marco enim discimus, Christum, hoc sermone habito, *domum* petiisse, et ibi, congregata multitudine ante fores, inter alia refutasse calumnias Pharisaeorum atroces conspirationis cum principe Daemonum, dein a matre et fratribus, qui, fama de Christo extra se rapto, et defecturo, sparsa, uti *Marc. III: 21.* expresse dicitur, eo venerant, ut inde deducerent Christum, quaesitum, respondisse, se pro matre et fratribus veris agnoscere eos tantum, qui *voluntatem Dei fecerint.*

§. XLII. Hisce peractis, Capernaumum se contulit; ubi ministrum Centurionis paralyticum, ad ejus petitionem, absens et verbo sanavit, posteaquam in via Capernaumum purgasset leprosum, Matt. VIII. et Luc. VII. Connectit quidem Matt. illud cum descensu Christi, habita concione, de monte; sed non necesse est, ut illud de inmediato capiatur nexu, cum stilus Euangelistarum, uti supra in historia nativitatis Christi ad Luc. II. 39. observavi, latitudinem admittat, nec aliqua intermedia excludat. Praeterea socru Petri a febri liberata, et daemoniacis multis sanatis, pro-

fectus est Nain, urbem Issacharis, ad austrum montis Taboris, termini septentrionalis ejus tribus, unius diei itinere distantem Capernaumo, probe distinguendam a vico Nais, in *magno campo* Jitzraelis, in finibus Samariae, Josepho Ant. XX: 5. memorato: cum hic legatur *Nain*, נעים nomine ab *amoenitate* situs tracto, et urbs adpelletur, uno die a Capernaumo, ubi primum patravit resuscitationis mortui miraculum in filio viduae, in lectulo ad sepeliendum deportato, vitae restituendo Luc. VII. Cujus fama longe lateque propterea fuit disseminata ad Judaeam usque ib. 17.; imo ad Johannem baptistam quoque delata., in castello Machaerunte, juxta Joseph., custoditum trans-Jordanem, prope mare mortuum, in confiniis Arabiae. Missi utique haud diu post sunt a Johanne duo discipuli ad Christum, postquam omnia illa magna miracula intellexisset, Luc. VII. 18. rogatum, non Johannis sed discipulorum causa, *sitne ipse Christus Messias?* quibus, pro responso, miraculis suis monstratis, et ita dimissis, in luculentam Johannis descriptionem se effundit, et Judaeis obstinatam exprobrat incredulitatem, et perversionem, simul gravissimum civitatibus, quas praecipue visitaverat sine fructu, judicium Divinum denunciat, etc. Luc. VII. et Matt. XI. Quam pericopam sermonibus quoque, belgice editis, illustravi.

§. XLIII. Subnectit Luc: VII: 36.— historiam mulieris peccatricis Christum, in domo Simonis accumbentem, ungentis, et ab ipso contra hospitem suum, qui illud cum persona prophetae, quam Christus praeferebat, quem latere non poterat, foeminam illam esse infamem, conciliare non poterat, praeclare defensae. Qui casus, ab altero simili Bethaniae Matt. XXVI. et Marc. XIV. omnino distinguendus, ubi contigerit, incertum est, nec Luc. memoravit: *urbis* quidem meminit, v. 37. sed eam non nominat; de Hierosolyma cogitari cum viro Docto non licet, cum nulla de ratione id fieret, et Christus in Galilaea repraesentatur. Tradit deinde Luc. VIII. Christum per urbes et vicos cum Apostolis,

Apostolis, regnum coelorum adnunciantem, ivisse, absque ut aliquos casus in eo itinere memoraverit. Forte locus hic illis dari poterit, quos Matt. XII. refert, unum in discipulis spicas Sabbato carpentibus, alterum in viro cum arida manu Sabbato sanato; si, casus hosce ab illis, qui Luc. VI et VII. occurrunt, fuisse diversos, statuere liceat; quod non est absonum, et ad Euangelistas subinde aptum conciliandos. Messis itaque tunc, non hordeacea, uti Luc. VI. sed triticea, paulo serior, intelligenda erit.

§. XLIV. Majorem meretur adtentionem sermo Christi, ad calumnias conspirationis cum Beelzebul, principe Daemonum, cui Pharisaei miracula Christi adscribebant, nunc occasione sanationis muti et surdi renovatas, retundendas Matt. XII. prolixe narratus, et a nobis etiam in sermonibus citatis expositus: quare hic nihil observo. Deinde ad mare Tiberiadis profectus, et ingente multitudine ad littus congregata, ipse e navigio prolixum habuit Sermonem, e solis parabolis constantem, et a Matt. XIII. fusius rursus enarratum. Quibus partim concionum euangelicarum varia effecta, a diversa auditorum indole et qualitate, repetit, uti in parabola sementis, partim malorum cum bonis in mundo conjunctionem, ad finem seculorum duraturam, a malo derivat Spiritu, in parabola de Zizaniis, partim stupendum euangelii in orbe progressum, parabolis de *fermento*, et *grano sinapi*, praenunciat, partim abnegationem sui in veris civibus regni coelorum, parabolis mercatoris, magni pretii margaritam ementis, et viri thesaurum in agro invenientis, ob oculos ponit; partim denique mixturam verorum et falsorum civium regni coelorum parabola retis, bonos et malos concludentis pisces, praedicit.

§. XLV. Finito hoc sermone trajecit cum discipulis, eo ipso die, circa vesperam, Marc. IV: 35. mare Tiberiadis, quando ingente exorta tempestate fluctus verbo compescuit, et in regionem oppositam Gadarenorum, seu Gergesenorum, adpulsus, duos saevos daemoniacos liberavit, dae-

[illegible] porcos intrare, ac cum iis in mare praeci- [illegible] Marc. V. et Luc. VIII. Quem casum [illegible] loco enarrat, nulla praecisi tempo- [illegible] vero Gadara, etiam Gerasa dicta, [illegible], teste Josepho, porcorum gregem [illegible]. Eorum invasionem ac praecipita- [illegible], ut regio illa a daemonibus, quo- [illegible] copia, liberaretur; daemonibus in *abys-* [illegible] deprecati erant Luc. VIII: 31. sed ip- [illegible] eorum petitionem. Ex quo observato [illegible] magis quam malum cessisse Gadarenis, [illegible] Domino nostro indignum. Redux Ca- [illegible] a Jairo, Archisynagogo, rogatus, ut filiam [illegible] mulierem sanguinifluam, oram pallii [illegible], eaque ratione se ejus *protectioni* commit- [illegible] plenam fidei, cui sanatio tribuenda est, [illegible], et filiam Jairi jam mortuam, cum in [illegible] venisset, resuscitavit Luc. VIII. Marc. V. [illegible], patriam suam, tendens, et in Synagoga [illegible] nonnullorum, sed aliorum contem- [illegible] conditione, sibi peperit, Matt. XIII. et [illegible] vero ibi traditur, Christum *non potuisse* [illegible] *exercere potentiam*, defectum potestatis [illegible], sed *fidei* in ipsis, ut expresse additur, [illegible] ad eum non detulerint aegrotos, nec fi- [illegible] destinatione passim requirebatur, fue- [illegible] *posse* hic idem dicat, ac non ha- [illegible], uti alibi sumitur, et mox Marc. VI: 19. [illegible] vellet, non *potuisse* occidere Johannem [illegible] deficiebat.

[illegible] cum versaretur misit *duodecim* Apostolos [illegible] Galilaeam, ad regnum coelorum adnun- [illegible] potestate patrandi quasvis miraculosas [illegible] mortuorum resuscitationem; Marc. VI. [illegible] illam connectit cum mora in confiniis Nazarethae,

Nazarethae, et Luc. IX. ſed Matth. c. X. citius id narrat, ac inſtructionem Apoſtolorum longe prolixius, una cum relatione ad ſequentia tempora, poſt mortem Chriſti: cujus expoſitionem etiam in *ſermonibus* citatis dedi. Quod vero citius memoraverit, illud cum reliquis Euangeliſtis facile in concordiam redigitur, modo advertatur, Matthaeum non actualem miſſionem, ſed inſtructionem, tradere. Miſſis Apoſtolis, et Chriſto inde diſcedente, forte Capernaumum, ut mox patebit, et euangelium adnunciante, Johannes baptiſta decollatus eſt, ut in ejus vita habuimus, et Herodes, fama de Chriſti miraculis ad eum delata, et opinione de Johanne reſuſcitato in Chriſto ipſi ſuſcitata, eum videre deſideravit: Marc. VI. et Luc. IX. Morte Johannis audita, et diſcipulis Chriſti ad eum reverſis, ſeceſſit cum ipſis in locum deſertum prope Bethſaidam, uſus *navigio;* ergo, ut videtur, Capernaumo eo venit per mare. Quae locis cit. et Matt. XIV. narrantur. Bethſaidam ſeſe contulit, ut ditionem Herodis Antipae, qui Johannem modo occiderat, deſereret, et in eam Philippi ſecederet. Urbs enim illa Philippo ſuberat, ab ipſo etiam ornata ac munita, et Julias, ſecundum nomen Juliae, filiae Auguſti, Joſ. Ant. XVIII. adpellata, ſita quoque fuit *trans Jordanem*, ubi in mare Tiberiadis influit, ad oram aquilonarem ejus, verſus ortum Joſ. B. Jud. l. II et III. Chriſtus vero navigio uſus eſt; ſed ingens multitudo eum ſecuta eſt pedibus; quod utrumque Capernaumo, in tractu Genneſaret, ad oram occidentalem maris iſtius Bethſaidam tendenti licet.

§. XLVII. Hoc in loco deſerto cum 5 millibus hominum, mulieribus et infantibus non numeratis, verſatus, tantam turbam 5 panibus ac duobus piſcibus, miraculoſe, Domino benedicente, multiplicatis, cibavit. Quo facto, Apoſtoli juſſi ſunt mari ſe committere, et Capernaumum reverti, ipſe manſit, et turbam dimiſit: ſed cum, exorta tempeſtate, navis in ſummo eſſet periculo, Chriſtus quarta

noctis vigilia aquas calcans ſubito iis adparuit, juſſitque, ut bono ſint animo. Quo audito Petrus, venia a Chriſto impetrata, ſuper aquas etiam ambulare coepit, ſed metu correptus, et fide vacillans, cum demergi inciperet, a Chriſto eſt correptus, et in navem ſecum ductus; quando, vento et aquis increpitis, ſumma mox orta eſt tranquillitas, ſtupentibus diſcipulis, et Chriſtum adorantibus. Ceterum hic Petri caſus pro omine haberi poteſt lapſus ejus in aula Cajaphae, ubi ſe temeraria fiducia periculo abnegationis Chriſti expoſuit, ſed, Chriſti miſericordia et ope, reparati. Adpulſi autem ſunt, ut Matt. XIV: 34. dicit, *in terram Geneſaret*, ſed Joh. VI: 17, 24. *Capernaumum*; unde patet intelligi occidentalem tractum maris Tiberiadis, et ibi ſitum fuiſſe Capernaumum. Haud diu poſt, turba, hoc intellecto, navigiis, quae praeſto erant, Joh. VI: 23. trajecerunt quoque lacum, et Chriſto ſeſe adjunxerunt; ut Joh. VI. narratur. Qua occaſione, per modum colloquii cum turba illa, praeclarum habuit ſermonem, ibi recenſitum, quo Judaeos tanto ſtudio eum ſecutos reprehendit, quod, panes edere contenti et ſaturari, ad miraculoſam illam cibationem, tanquam ſignum divinae ſuae perſonae, a Patre, ad ſalutem aeternam adferendam, miſſae, patriſque approbatione, et autoritate, tanquam inpreſſo ſigillo, in miraculis utique ſito, munitae, non rectius adtenderint, hortaturque, ut non tantum, nec tam, cibum terreſtrem, uti faciebant, quam coeleſtem, et in aeternum ſaturantem ad vitam aeternam, quem ipſe habebat, et dabat, quaererent, quem panem, occaſione eorum interrogationis et objectionis, declarat ſuam eſſe *carnem, quam daturus eſt pro vita mundi*, v. 51. ab omnibus itaque ſalvandis comedendam, ad ſalutem, non carnaliter, ſed ſpiritualiter, v. 63. nec in typo aut ſacramento, ex. gr. euchariſtiae, uti nonnullis viſum, ſed in fide vera et viva, quae hominem unit cum Chriſto, tanquam pane vitae, et omnia ejus merita adfert, v. 35., 47., et 48. Cujus ſermonis effectus fuit, quod a multis, qui

qui mentem Domini non capiebant, fuerit desertus, Aposto-li vero ei arctius adhaeserint, tanquam Christo, filio Dei vivi, qui verba vitae habet et profert; v. 68, 69.

§. XLVIII. Sequitur annus *tertius* publici Christi muneris, qui est aer. V. 31. a tertio paschate Joh. VI: 4. memorato, usque ad ultimum seu emortuale. Quo paschate non tantum Hierosolymis non fuit, ut antea solebat, sed longo tempore post sese in Galilaea detinuit, nec in Judaeam venit, nisi festo Tabernaculorum, Joh. VII. ubi etiam v. 1. expresse dicitur, Jesum Galilaeam perambulasse, nec voluisse per Judaeam, quia *Judaei ipsum occidere* conabantur. Dicta autem et gesta Christi usque ad illud festum, silentio involuta a Johanne, ex reliquis euangelistis petenda, haec fuerunt praecipua. Haud diu post festum paschatis, cum Christus non comparuisset Hierosolymis, sed sese in tractu Galilaeae, in vicinis Capernaumi locis, occupatum teneret sanandis miserabilibus, qui undequaque ad eum confluebant, Scribae et Pharisaei, qui cum ad eum, animo coram populo prostituendi, ac occidendi, uti jam a primoribus populi decretum erat, Joh. VII: 1. ex ipsa metropoli accedentes, discipulos illotis manibus cibum capientes deprehendissent, illud mox adripuerunt, et reprehenderunt, tanquam institutis majorum contrarium. Quam criminationem cum Dominus in eos retorsisset, demonstrando, eos suis traditionibus praecepta Dei infringere, uti ex. gr. de honorandis parentibus, simul eos tanquam hypocritas, Deum labiis tantum colentes, corde ab eo alieno, dicto Jes. XXIX. iis adplicito, depinxisset, reliquos auditores vero inpuritatis moralis intellectu inbuit, denique discipulos secreto accuratius instruit, et coecos illos coecorum duces vitandos esse docet; cum et doctrina et vita sint planta, a Patre coelesti non plantata, sed eradicanda, Matt. XV. et Marc. VII.

§. XLIX. Hinc ad confinia Tyri et Sidonis discedens, notusque factus, filiam mulieris Syro-Phoeniciae daemonia-

cam, fide matris ante explorata, et valde laudata, sanavit. Ibid. apud Matt. et Marc. Ubi obiter notetur, dictum Christi, *se non nisi ad perditas*, vel sine pastore oberrantes, oves Israelis esse missum, restringendum esse ad muneris sui publicam functionem, responsum vero mulieris, *canes* quoque *micas*, de mensa Dominorum decidentes, comedere, a Domino laudatum, tanquam fidei insigne documentum, pro hypothesi habere, et involvere, Deo licere, et propositum esse, micas gratiae ac benedictionis extraordinarie concedere Gentibus, sicut antea fecit, nunc magis faciet sub euangelio. His oris brevi relictis sese per fines Decapolios contulit ad mare Tiberiadis; ut Marc. tradit. *Decapolis*, a 10 urbibus, quas continebat, nomen trahens, et a Graecis maxime inhabitata, a Scythopoli, cis Jordanem ad austrum Maris, sese porrexit Damascum et Caesaream Philippi usque, vid. Ligtf. ad Marc., eratque Philippo tetrarchae subjecta, adeoque extra ditionem Herodis Antipae, quam vitare ad tempus voluit. Hic ad oram orientalem maris Tiberiadis versatus, et a magna hominum turba visitatus, cujus miserabiles sanavit, miraculose altera vice 4 millia, sine mulieribus et infantibus, cibavit septem panibus, ac paucis piscibus. Hinc per mare trajecit ad confinia Magdalae, Matt. XV. vel Dalmanutae Marc. VIII. ad oram australem maris trans Jordanem: adeoque prope Antipae ditionem; ubi a Pharisaeis et Sadducaeis rogatus, ut signo, coelo dato, sicut olim Mosi contigerat, divinam missionem demonstraret, respondit, eos non esse dignos, quibus, post alia jam edita, novum aut aliud detur, praeter *Jonae* prophetae: de quo Matt. XII. fuit actum. Mox, nulla facta mora tractum illum deseruit, Judaeis renuncians, et ad ripam maris *ulteriorem* navigavit, vel ut Marc. VIII: 22. habet, *Bethsaidam*, ad septentrionalem oram maris trans Jordanem. Quando discipulos expresse admonuit, ut sibi a fermento Pharisaeorum ac Sadducaeorum caveant; non pane, ut illi perverse opinabantur, quia panes neglexerant se-

secum

cum ſumere, ſed *doctrina* et *inſtitutis* eorum, uti ipſis, non ſine inſipientiae exprobratione, expoſuit clarius. Ceterum, ubi Sadducaeorum loco Marcus habet Herodianos, notandum eſt, Sadducaeos Herodi maxime adhaeſiſſe, tanquam politicos, et cum ipſo Romanis faviſſe contra Phariſaeos. Bethſaidae cum coecum per gradus, illito ſputo, ac manibus inpoſitis, ſanaſſet, Marc. VIII. profectus eſt, cum ſolis diſcipulis Caeſaream Philippi, et in ejus confiniis verſatus eſt; adeoque prope Gentilium ditionem, ad radicem montis Libani, et in vicinia Sidonis. Urbs, antiquitus *Lais*, dein *Dan* Jud. XVIII. poſtea *Paneas*, denique *Caeſarea*, de Caeſare, a Philippo Tetrarcha, ut habet Joſ. Ant. XVIII., in cujus ditione erat, adpellata, addito *Philippi* epitheto, ut ab alia Caeſarea, quae et *turris Stratonis dicitur*, ad mare mediterraneum, diſtingueretur.

§. L. Hic, in loco ſolitario ac remotiore, in confiniis quoque Gentilium et Judaeorum regionum, cum degeret cum ſolis Apoſtolis, inſtantem ſuam paſſionem Hieroſolymis aperte, clariſque verbis, *prima* vice manifeſtavit Apoſtolis: Matt. XVI. Marc. VIII. Antea quidem hunc exitum ſuum, cum ſalutari ejus eventu et fructu, tectius et involutius indicaverat, uti ex. gr. ubi templum corporis ſui deſtructum mox triduo poſt eſſe reaedificandum Joh. II. filium hominis eſſe inſtar ſerpentis aenei in deſerto exaltandum, Joh. III. carnem et ſanguinem ſuum eſſe fide ſumendum, c. VI. denique filium hominis inſtar Jonae triduo in corde terrae futurum, Matt. XII. declaravit; ſed nudis verbis id nondum fecerat, tempore quippe nondum opportuno. Sed cum nunc paſſio inſtaret, ne Apoſtoli offenderentur, eos de ea certiores fecit, ſed prudenter, ne nimia corriperentur conſternatione. Quo facit, quod ante ipſis elicuerit verae fidei de Jeſu, filio Dei ac Chriſto, confeſſionem, ſponte factam, et ore Petri, e devina revelatione, prolatam, declaraverit quoque, Eccleſiam, ſuper ea veritate fundatam, fore perpetuam ac aeternum duraturam, et Apoſto-

 los

los in ea fundanda ac gubernanda praecipuas habituros partes, clavibus quippe iis commiſſis, illud, inquam, omne ante fecerit, quam violentam ſuam mortem expoſuit, ſimul reſurrectionem, intra triduum futuram, addidit. Cum autem ne ſic quidem hanc declarationem ferrent, Petrus ſe opponeret, viarum Dei nimis adhuc ignarus, Dominus, Petro increpito, partim ob oculos poſuit, quantopere ſe abnegare debeant, ſi diſcipulos ſuos ſeſe praeſtare velint, partim eos erexit ſpe remunerationis, et gloriae ſuae poſt mortem ſuam. Quae omnia fuſius quoque in ſermonibus cit. pertractavi.

§. LI. Qua in fide et ſpe ut corroborarentur Apoſtoli, eorumque animi erigerentur, Chriſtus, tribus ſecum ſumtis diſcipulis, Simone, Johanne et Jacobo, montem in vicinia conſcendit, et in eo coram ipſorum oculis divino ſplendore circumfuſus eſt, Moſes et Elias, de coelo miſſi, cum eo locuti ſunt, et voce coeleſti proclamatus eſt filius Dei *dilectus*, ſeu primogenitus, in quo Deus ſibi complacet. Quem ſingularem caſum tres Euangeliſtae, Matt. XVII. Marc. IX. et Luc. IX. litteris conſignarunt, et Petrus ſub vitae finem teſtimonio ſuo confirmavit, 2 Pet. I. Mons, quo contigit, non eſt Tabor, ut antiqua fert traditio, et communis opinio, quippe in campo Jizreelis in media fere Cananaea ſitus, et a loco, ubi Chriſtus verſabatur, longe remotior, verum Libani potius pars, utique in vicinia. Accidit ſex tantum diebus, poſtquam de ſua paſſione, eamque ſecutura gloria, locutus fuerat prima vice aperte et nude; adeoque eo recte ſpectaſſe cenſetur, ut gloria illa Chriſti, illuſtri aliquo ſpecimine, conſpicienda praeberetur, et Apoſtoli in ejus fide ac ſpe confirmarentur, omneque crucis offendiculum e medio tolleretur. Adparitio vero Moſis et Eliae, cum Chriſto de *exitu* ejus Hieroſolymis, ut Luc. tradit, ſeu morte, ejuſque conſequentibus, loquentium, ſicut Moſen, vel in coelum tempore mortis ſublatum, vel reſuſcitatum, arguit, ita Chriſtum, tanquam prophetarum

phetarum principem, novae ſeu coeleſtis oeconomiae conditorem, ſeu Veteris reformatorem, inſtar Moſis et Eliae, in coelum quoque, praeſentibus diſcipulis, inſtar Eliae, elevandum, repraeſentat, ſimul Chriſtum ipſum, qua hominem, intuitu paſſionum ſubinde perturbatum, corroborare ac animare potuit. Ceterum cum Eliam tam cito vidiſſent diſparentem, quem Judaei putabant inter vivos diutius verſaturum, ac viam Meſſiae paraturum, Chriſtum de eo rogarunt, et reſponſum tulerunt, veniſſe jam Eliam, et officio probe functum eſſe, ſed rejectum et multa paſſum, ſicut et filio hominis eveniet. Unde de Johanne baptiſta illud intelligendum eſſe collegerunt.

§. LII. De monte ad reliquos diſcipulos reverſus, magna jam hominum turba cinctos, qui, fama Chriſti per ea loca ſparſa, eo confluxerant, Lunaticum, qui *multa paſſus* erat, ſcilicet a Daemone, quem diſcipuli liberare non poterant, ſanavit, poſtquam fidem Patris ejus elicuiſſet, et a diſcipulis interrogatus, quare ipſi non potuerint, *fidei* defectum in cauſa fuiſſe declarat, addens, apud Marc. IX: 29., unde ad Matt. XVII: 21., ubi locum non reperit commodum, eſt tranſlatum per librarios, *hoc genus daemonum non exire niſi precibus et fide*; qua diſcipulos caruiſſe modo dixerat: (*pro* νηϛεια enim leg. videtur πιϛει; ν enim et π, ut et η ac ι facile permutantur, α ex ſequente voce, cum ea littera incipiente, orta eſt.) Sicut preces cum fide quoque copulantur Matt. XXI: 22. quibus omnis petitio inpetratur. Hinc per Galilaeam ſuperiorem, ſeu ſeptentrionalem, tendens, paſſionibus ſuis, ad Apoſtolorum triſtitiam, repetitis in itinere, venit denuo Capernaumum, et a didrachmatis collectoribus per Petrum rogatus, num non tributum illud ſolveret, juſſit, ut Petrus, piſce capto, et *ſtatere* ibi invento, illud pro ſe et Petro faceret, licet qua *filius* regis, ad id non eſſet obligatus. Matt. XVII: 24.— Didrachma, ſeu Semi-ſiclum, intelligi, Jehovae, in uſum Templi et Sacrorum, ab omnibus Iſraelitis offerri quotannis ſolitum, et

non censum Romanis solvendum, quod Camero jam observavit, et Cl. Burmann. in Harmon. t. I. ad Matt. docte et multis demonstravit, equidem non dubitaverim, cum, ne alia memorem, ratio, quare Christus id non necesse habeat solvere, a *filiatione* ejus petita, non concluderet, nisi tributum ad Jehovam, cujus *filius* erat, spectaret. Attamen hinc pro certo colligere non ausim, casum hunc contigisse uno mense et aliquot diebus ante ultimum Christi pascha, adeoque omnia, quae tres Euangel., Matth., Marc. et Luc., narrant ab eo tempore accidisse, intra tam breve spatium, unius aut duorum mensium, facta esse: ut Cl. Burman. contendit, et in eo totam suam fundat harmoniam istius anni. Traditio Talmudica, quae Mensi Adar, proximo ante Nisan, in quem Pascha incidit, census collectionem unice adligat, nescio quam vera sit, quantaeque autoritatis: fieri potuit, ut eo mense Semi-siclus fuerit Hierosolymam translatus a collectoribus publicis, ad id constitutis, cum pascha, primum anni festum, instaret, sed antea, et per totum annum, variis vicibus eum non potuisse seponi, aut colligi, non ausim adfirmare, sed, si vel vera foret traditio, nondum liquet, Christum eo mense fuisse de eo admonitum; cum variis enim in locis degeret, collectores, eum nunc Capernaumi offendentes, quocunque anni tempore eam quaestionem facere poterant; maxime cum non directe ab eo exigant, tanquam tempore fixo nunc solvendum, sed rogent in genere num non solvat? dubitantes num id unquam fecerit. Potuerunt itaque rogasse, num non suo tempore aliquando id fecerit? Qua de re quicquid sit, nimis magna mihi videtur itinerum et gestorum, ab Euangelistis, in primis Luca, narratorum, copia, quam ut tam breve spatium iis sufficiat. Praeterea oportet, jam bis, festo Tabernaculorum, et Encaeniorum, ut ex Joh. patet, ante adscenderit Hierosolymam, quam hic casus Capernaumi contigerit: quod cum Matth. et reliquis Euangel. vix conciliari potest, quippe qui Christum

ad

ad hoc tempus usque in Galilaea versantem repraesentant.

§. LIII. Sed mittamus hanc disquisitionem, quae non est hujus fori, et in praecipuis Christi gestis ordine, quantum fieri potest, recensendis pergamus. Est enim difficile nimis, omnia exacte ordinare, nec etiam necesse est. Capernaumi cum domi versaretur, eo ab itinere, per remotiora Galilaeae loca instituto, redux, ab Apostolis, qui in itinere de primatu in regno coelorum, cuinam eorum competat, secum contenderant, de ea quaestione rogatus, elegante et prolixiore sermone respondet, primatum inter ipsos nullum esse, cum omnes sint aequales, et, instar puerorum a Magistro, ipsi a Christo solo dependeant, adeoque ipsos tanquam primarios Christi ministros aequalitatem et pacem secum observare debere. Quam concionem, ad solos Apostolos directe pertinentem, fusius in sermonibus Belgicis exposui, Matt. XVIII. Marc. IX. Deinde, cum festum Tabernaculorum ante fores esset, Hierosolymam petiit, non mox, cum fratribus et comitatu aliorum ad festum euntium, nec ut se per miracula ostentaret, quod fratres ab ipso volebant, sed quasi in occulto, seseque primum *medio* festo demum manifestavit, ac variis modis procerum Judaeorum consilium de se necando exposuit, et castigavit, simul se verum esse filium Dei demonstravit; dein ultimo festi die, praeclaros et salutares fructus a se exspectandos, et in eos, qui in se crediderint, conferendos, exposuit; emblemate *aquae* usus, quam qui, a se datam, biberit, in se credens, in ventriculo suo, seu corde et animo, sit habiturus fontem salientem in vitam aeternam, Spiritum indicans a se effundendum post glorificationem suam, passiones secuturam, et ad aquae, ex fonte Siloam haustae, effusionem, die *octavo* festi fieri solenni ritu solitam, alludens, et phrasibus ex Jes. XII, XLIV et LV. usus. Joh. VII. sequente die, primo mane, de monte Oliveti, ubi pernoctaverat, reversus Hierosolymam, populum do-

cuit, ſeſe *lucem mundi* adpellavit, lucem ſalutis credentibus adferentem: unde lite cum Phariſaeis nata, eorum objectiones fortiter refellit, hypocriſin et malitiam in lucem profert, ſeſeque verum eſſe a Deo miſſum Doctorem et filium Dei luculenter demonſtrat, Joh. VIII. Omiſi pericopam de muliere adultera, v. 3—11. quia eam cum Beza et aliis pro ſpuria habeo. De quo hic non eſt agendi locus. Templo egreſſus, et hoſtium, qui ipſum occidere volebant, manibus ſubductus, novo miraculo *coeci nati* ſanati, per lutum e ſputo ſuo oculis illitum, et ablutionem aquis fontis Siloam, Sabbato facto, Phariſaeos ad incitas redactos, et pudore confuſos, magis adhuc irritavit, adeo ut coecum illum e ſynagoga ejecerint, qui Chriſtum mox vera fide agnovit, Joh. IX. Phariſaei vero rurſus offenſi, quod pro *coecis* ducibus haberentur, et cum Chriſto expoſtulantes, denuo novo ſermone ab eo proſtituti ſunt, quo ſe tanquam verum paſtorem ovium, eos lupos et raptores, depingit: Joh. X.

§. LIV. Feſto Encaeniorum, cujus mox mentionem fecit Joh. X: 22. denuo ſeſe ſtitit Hieroſolymis, ſed poſtquam in Galilaeam reverſus, inde ultima vice Hieroſolymam tendens, varia in itinere habuerit fata, et ediderit miracula; a reliquis Euangeliſtis narrata; et quae inter duplex illud feſtum Tabernaculorum ac Encaeniorum contigerunt, adeoque duorum menſium et nonnullorum dierum ſpatio. Encaeniorum enim, ut notum eſt, poſt medium Decembris incidit, ſicut Tabernaculorum in Menſ. Octobr. Incipit hanc narrationem Matt. XIX: 1. et Luc. IX. 51. Chriſtum, officio in Galilaea perfunctum, ubi diuturnam fecit moram ſeptem vel octo tertii hujus anni menſium, brevi excurſu Hieroſolymam, feſto Tabernaculorum, excepto, ut ex Joh. patet, Judaeam repetendi ſumto propoſito, eo tetendiſſe per tractum Tranſ-Jordanenſem, in genere tradit Matth., ſed Luc. cauſam migrationis, occaſionem tranſitus per illum tractum, et nonnulla geſta in itinere,

nere, adcuratius refert. *Caussam* memorat fuisse, quod tempus ἀναλήψεως *readsumtionis suae*, et in coelum translationis, ante fores esse perceperit, (vox enim Gr., prout ex ἀνὰ vel ἀνω censetur composita, et receptionem in statum pristinum, et adsumtionem in coelum denotat: qui dives sensus hic recte admittitur; Joh. XIII: 1. et XVII: 5.) quae Hierosolymis fieri debebat. Pauci utique menses restabant ante pascha emortuale. *Occasionem* vero transitus Jordanis praebuit inhospitalitas Samaritanorum, liberum transitum recusantium, uti Luc. IX: 52.— narratur. Ratio erat, quod cum discipulis per tractum eorum Hierosolymam, cultus gratia, tendere voluit, ut diserte additur: quippe quem locum adorationis non Hierosolymam, sed montem Garisin, esse contendebant, Joh. IV. Unde tumultus et pugnae nonnunquam ortae sunt inter Samaritanos et Judaeos, Hierosolymam petentes. Jos. Ant. XX: 5. B. Jud. II: 11. Duo quoque discipuli Christi, Jacobus et Johannes, injuriam hanc, per ignem coelo mittendum, vindicatam volebant, sed a Christo objurgati; quare *Boanerges*, filii tonitru, adpellari meruerunt, ut ab omni violentia in regno Christi propagando absterrerentur Discipuli Christi, qui humanum genus salvatum, non perditum, venit.

§. LV. *Flexit* itaque iter versus Jordanem, quem circa Scythopolin, ubi celebris erat ejus trajectus, transiit; venit enim, teste Matth. l. c., trans Jordanem in Judaeam. Tres viros qui ipsum comitari volebant, forte e tractu Samaritano, ubi non deerant in eum credentes, Joh. IV. duo sponte, unus a Christo vocatus, adcuratius instruxit, quantopere se abnegare debeant comites Christi, Luc. IX: 57. sicut antea simile quid contigerat, Matth. VIII. Jordane trajecto, et iter per tractum trans-jordanensem suscepturus, praemisit 70 discipulos, qui urbes et vicos, seu loca, quae ipse erat ultima sua honoraturus praesentia, per Judaeam, et Galilaeam, adirent, et, regnum coelorum adnunciando, incolas pararent ad Christum digne recipiendum, repetitis

etiam instructionibus, antea Apostolis, quaquaversum missis Matth. X. datis. Luc. X. Subjungit quidem Luc. v. 17. reditum eorum ad Christum, et monita ea occasione ipsis facta, sed in incerto reliquit, ubi et quando illud acciderit: quare de eo nihil definiri potest: tantum probabile mihi sit, Christum adhuc in itinere fuisse Hierosolymam versus, sive in tractu transjordanensi adhuc, sive potius in vicinia Hierichuntis jam fuerit versatus; quo nos casus cum Legisperito, et parabola Samaritani, nec non adventus in Bethaniam, ibid. cap. X: 25. et seq. haud obscure ducit. Jordane e regione Hierichuntis trajecto, nonnulla narrantur, Matt. XIX et XX. nec non Luc. X: 25.— quae eodem fere tempore contigerunt, sed praecise ordinari nequeunt; innuo colloquium Christi cum Legisperito, Luc. X. et Pharisaeis de divortio Matt. XIX et XX: 11—16. Statim ac Christus in confinia Judaeae venerat, et morbis sanandis operam dabat, Pharisaei, inquit Matth., ipsum ibi convenerunt, et quaestionem de divortio proposuerunt decidendam: ad quam cum Christus responderat, hanc materiam cum Discipulis suis domi uberius tractavit; mox infantibus piorum parentum ipsi oblatis benedixit, talium esse regnum coelorum declarans, denique viro primario, ac diviti, secundum legem justo, quaerenti de bono opere ad vitam aeternam consequendam praestando, respondit, ipsum, bonis in pauperes collatis, sese Christo comitem adjungere debere. Quo contristatus responso a Christo tunc sequendo abstinuit. Qua occasione cum discipulis de hac ipsa conditione adcuratius egit, ad eos instruendos ac consolandos, Matt. XIX: et XX. Quam totam pericopam etiam in sermonibus Belgice editis fusius exposui. Connectit quidem, Matt. c. XX: 17. cum eo casu adscensum Christi Hierosolymas, sed haud parvo temporis spatio post demum peractus est, et varia intercesserunt, ex Luc. IX. et seq. repetenda. Quae strictim recensebo.

§. LVI. Legisperitus, de via ad vitam aeternam Christi

mentem

mentem quaerens, et ad legem ablegatus, cum recte reſpondiſſet, eam in amoris Dei et proximi obſervantia ſecundum Legem eſſe ſitam, ſed definitionem *proximi* a Chriſto poſtulaſſet, exemplo Samaritani, Judaeum a latronibus vulneratum, a Sacerdote et Levita neglectum, ſublevantis, quouſque amor proximi, ne ſectae quidem aut religionis diſcrepantiae habita ratione, ſe extendat, audivit a Chriſto, et ad imitandum excitatus diſceſſit. Unde haud inepte colligitur, Chriſtum, jam ſuperato Jordane, in via verſus Hierichuntem fuiſſe, cum hominem in parabola ſiſtat Hieroſolyma Hierichuntem deſcendentem. Quod ſequens caſus Luc. X: 38. memoratus ulterius confirmat. Narrat enim mox, Chriſtum veniſſe Bethaniam, prope Hieroſolymam, et a Martha fuiſſe hoſpitio exceptum: qua occaſione Chriſtus, eam multis negotiis et curis, ad Chriſtum laute tractandum, diſtractam admonet, parvo contentum eſſe poſſe hominem, et melius agere ſororem ejus Mariam, quae, Chriſtum ſecum habens, ejus inſtructionem audiebat et inbibebat. Hinc cum Dominus diſceſſiſſet, et in ſecreto aliquo loco, forte montis Oliveti, Bethaniae adjacentis, precibus ſeſe occupatum tenuiſſet, ab aliquo Apoſtolorum rogatus, ut modum precandi ſuos doceat, ſicut Johannes fecerat, *repetit orationem*, ſic dictam, *Dominicam*, jam antea in ſermone de monte, Matt. VI. praeſcriptam, ad eam confirmandam, et commendandam, non tam, ut inſtar *formulae* eſſet, quam ut *formam* daret, et materiae, et brevitatis, reſpectu, ad quam preces ſunt conformandae; clauſula tantum omiſſa, quia ad ſcopum, modo memoratum, non adeo pertinebat. Quid? quod clauſulam illam ne quidem Matt. VI. eſſe genuinam, ſed ex Liturgiis ortam, veroſimile ſit, uti a Doctis jam eſt comprobatum. Qua occaſione de neceſſitate ac utilitate precum, et parabolice et ſimplici ſtilo luculenter diſſerit, uſus quoque rationibus antea Matt. VI. productis; quod in hac ultima circumitione haud infrequenter fecit, ut adtendenti et admonito

facile in oculos incurret, nec est nullius, illud in harmonia euangelica concinnanda probe advertisse, cum ex factorum et sermonum convenientia subinde ordo temporis, et rerum, confundi soleat. Cujus observati veritas mox novo et illustri exemplo confirmatur, per pericopam inmediate subnexam, Luc. XI: 14. cum Matt. XII. comparatam. Narratur enim, Daemoniacum surdum a Christo esse sanatum, et a malitiosa Pharisaeorum calumnia, de Christo cum Beelzebule conspirante, vindicatum; eodem modo ac antea Matt. XII. nonnullis etiam additis, quae antea quoque, alia occasione dixerat, Matt. V. Tantum inseritur acutum Christi dictum v. 27, 28. ad mulierem, ejus sermonem intempestive interrumpentem, per inportunum elogium matris Jesu secundum carnem, quo, non matrem propterea, sed omnem eum beatum praedicat, qui Christi sermonem animo conceperit, et eum per exactam observantiam tanquam foetum excluserit, Luc. XI: 28. sicut alia occasione antea quoque fecerat, Matt. XII: 48.— Magna mox turba ad eum confluente, repetit quoque dicta de signo huic generationi dando, non quale petebat, sed ei conveniebat, et alia, sicut antea Matt. XII. et V.

§. LVII. Quibus enarratis Luc. XI; 29—36. inmediate subjungit Euangelista v. 37. Christum a Pharisaeo aliquo ad optandium invitatum, apud eum, sed una cum aliis Pharisaeis ac Legisperitis accubuisse, inter convivandum vero, occasionem praebente hospite, Christum illotis manibus adcessisse aegre ferente, et cum eo propterea expostulante, acrem habuisse sermonem, invectivum ac interminatorium, quo hypocrisin, superbiam, avaritiam, ac spiritum persecutionis, aliaque prava facinora, eorum acriter perstringit, nihil veritus eorum indignationem: cujus sermonis partes fere omnes postea sub finem vitae repetiit, Matt. XXIII. Ceterum, ex ipso hoc sermone, et ejus consequente, v. 53, 54. facile elucescit, haud bono animo Christum fuisse a Pharisaeo invitatum, et merito cum reliquis convivis a Christo

Christo increpitum. Quo facto, inmensa hominum multitudine congregata, admonet discipulos, ut sibi ante omnia a *fermento* Pharisaeorum, seu hypocrisi eorum in doctrina et institutis, caveant, doctrinam salutarem palam et libere adnuncient, nihil metuentes illorum oppugnationes, repetitis ex Matt. X. nonnullis, Luc. XII: 1—12. Quo ipso tempore ab aliquo de turba, qui Christum pro eximio forte propheta, aut futuro rege externo, habuit, rogatus, ut haereditatis divisionem inter se et fratrem procuraret, illud a persona sua non tantum alienum esse declaravit, sed, ea arrepta occasione, elegantem habuit sermonem, primum ad turbam, quo omnes ab avaritia, seu bonorum terrestrium studio, addita quoque parabola coloni, fructibus suis abundantibus fidentis, mox e vivis sublati, absterruit, dein ad discipulos, eo etiam spectantem, ut, cura rerum terrestrium deposita, toti incumbant regno coelorum, et Deo fidant, nec segnes in eo sint opere, sed vigilantes ac fervidi, adjuncta quoque parabola servorum, domum Domini absentis curantium, et ejus adventum vigilanter, ac in opere diligenter versantium, exspectantium, simul modeste ac pacifice cum conservis agentium, denique rursus ad turbam, eam admonens, ut ad signa temporum adtendat, sibique a *litibus mutuis* caveat, pacemque colat, multis antea dictis quoque renovatis Luc. XII: 13—59.

§. LVIII. Deinde, cum ipsi, in vicinia adhuc Hierosolymae versanti, nunciaretur, Galilaeos aliquos jussu Pilati inter offerendum esse necatos, forte quod, principiis Judae Galilaei inbuti, in Templo coitiones fecerint, vel seditionis semina sparserint, Christi, tanta turba cincti, tanquam futuri regis, uti falso opinabantur, in vicinia versantis, praesentia quoque animati. Quo etiam ducere videtur, quod Christo illud in specie mox nunciaverint, sive ut ejus judicium eo de casu expiscarentur, sive ut eum ad inde discedendum, tanquam eandem sortem alias subiturum, permoverent. Qua occasione Christus [illegible] sortem Judaeis,

nisi resipiscant, tanquam seditiosis a Romanis trucidandis, manere declaravit, simul singulari parabola ficus per tres annos, quot ipse jam inter eos triverat, infrugiferae, et ad preces hortulani unum annum tolerandae, ac curandae, sed tum, si fructus non ferat, exscindendae, illustrat, Luc. XIII: 1—9.

§. LIX. Cum Luc. XIII: 10. hisce narratis subjungat, Christum *docuisse in aliqua synagoga sabbato*, absque ut locum aut tempus designet, deinde v. 22. eum *urbes ac vicos pertransiisse docendo*, eo scopo, ut Hierosolymam ea ratione perveniat, statuere forte liceat, Christum ab hoc tempore iter rursus in Galilaeam suscepisse, et postea per urbes et vicos docendo perrexisse Hierosolymam, circa tempus paschatis. Quod antequam adgressus est Dominus, brevem videtur Hierosolymam fecisse excursum festo Encaeniorum, seu repurgationis Templi per Judam Maccabaeum, quod in Mens. Decembr., circa fin., incidit, cujus mentio est 1 Macc. IV. Fuisse utique ipsum eo tempore Hierosolymis, ex Joh. X: 22. constat; nec aliud videtur commodius tempus, quam hoc ipsum, quo in vicinia Hierosolymae fuit versatus, et nunc reditum in Galilaeam moliebatur: nisi quis velit, eum, hoc itinere confecto, primum Hierosolymas festo Encaeniorum adiisse, et dein in tractu Jordanensi mansisse usque ad festum Paschatis: quod ex Joh. X: 40., aliquid roboris acquirit. De quo quicquid sit, alterutrum enim videtur admittendum, Christus, referente Joh. l. c. Hierosolymis festi causa versatus, ut sese verum esse domus Dei renovatorem quoque demonstraret, rogatus a Judaeis, ut palam et aperte se profiteretur *Christum*, seu Messiam, respondit, se id satis, sed frustra, fecisse, et ad opera sua provocare; sed eos non esse de numero ovium suarum, quia non credunt; sed cum addidisset, oves suas certo servandas, quod in manu sua, et Patris sui, sint, seseque ac Patrem esse unum, Judaei eum lapidare voluerunt ob blasphemiam: quam cum a se clare removisset, et dictum de

se

se defendisset, adprehendere eum nihilominus conati sunt. Quando, manibus eorum elapsus, secessit trans Jordanem, in locum Bethabara, ubi Joh. I: 2. initio baptizaverat; *ibique mansit*, scilicet ad aliquod tempus, sive ad paschatis festum, sive brevius, donec novum iter per Galilaeam et Judaeam instituit Hierosolymam usque, ad quam circa pascha rediit. Forte utrumque rectius conjungitur, ita ut Christus inde circumambulationem susceperit, eaque finita eo redierit, et manserit usque quo Bethaniam ad Lazarum suscitandum venerit: in quo acquiesco.

§. LX. Sequamur nunc Christum nostrum, *urbes ac vicos* docendo transeuntem, ut Luc. XIII: 22. habetur, donec in Judaeam redierit. Statim ac iter illud ultimum per Judaeam ac Galilaeam inceperit, in Synagoga aliqua, incertum quo in loco, docens, mulierem, 18 annos jam a Satana ligatam, ita ut *συγκύπτουσα in pectus procumbens*, (hunc enim sensum adfert verbum Graecum) se non potuerit erigere, manibus inpositis erexit, et sanavit: factumque suum a sabbato non abhorrere contra Archisynagogum, qui illud reprehenderat, justificavit, adversariis confusis, sed turba praesente laetante. Qua ansa arrepta repetiit duas parabolas, antea prolatas, uti Matt. XIII. *grani* sinapi, in arborem proceram excrescentis, ac fermenti, totam massam elevantis, eo tendentes, ut progressus euangelii, suo tempore futurus, praediceretur, occasione scilicet gaudii populi super gloriosis Christi factis, ringentibus adversariis, Luc. XIII: 10-21. Deinde cum aliquis, prae nimia curiositate, rogaret, num *pauci sint salvandi?* aliud non retulit a Domino responsum, quam *certandum*, si quis salvari velit, *esse*, *ut per angustam portam intret*, scilicet in tempore, quod mente est intelligendum, cum multi nimis sero, januis coeli jam clausis, id conaturi sint sine successu, nec debite parati, quippe qui cum professione euangelii, et aliis praerogativis, vitam conjunxerint inprobam, seu virtute cassam, verbis Matt. VII. quoque repetitis; addit tamen salvandorum

esse ingentem numerum, sed e toto terrarum orbe magis, quam ex Gente Judaea, collectorum ibid. 23—30.

§. LXI. Haec cum Christus, in ditione Herodis Antipae jam versatus, elocutus fuisset, a nonnullis Pharisaeis ad discessum fuit excitatus, ut mortem, ab Herode ipsi intentatam, effugeret. Quae ficta erat relatio, secus ac vulgo putatur, eo tendens, ut Christus, in ditione Herodis satis tutus, in Judaeam sese conferret, ubi necem ejus quaeri satis constabat. Quam eorum versutiam sibi probe esse perspectam, Dominus ipsis significat, ubi iis injungit, ut *vulpi huic* referant, sibi probe notum esse, quando et ubi sit morte adficiendus, non in Galilaea, sed Hierosolymae, sanguine prophetarum a longo tempore foedatae; et propterea quoque, cum nullis mediis emendari possit, destruendae. Luc. XIII: 31—35. Ubi itaque Herodi, *vulpis* nomine adhibito, illud significandum vult, se eum pro tali habere non indicat, sed a Pharisaeis traduci insinuat, cum ipsi illi sese *vulpes* demonstrent, dum astute Christum in Judaeam adliciant, ut ibi occidatur. Deinde, incertum quando et ubi, in domo principis Pharisaeorum, sabbato cum aliis adcumbens, eos convincit *superstitionis* in sabbato observando, dum hydopricum sanat, exemplo quoque ipsorum, qui asinum vel bovem aquis eripere solebant, nec non *superbiae*, in primo semper loco in conviviis sibi vindicando, dum potius infimum deberent, ut extollantur, si digni judicentur, *contemtus* quoque pauperum, dum ad convivia eos tantum invitent, qui remunerari queunt: denique, cum aliquis beatum praedicaret, qui cibum in regno coelorum sumere potest, iis ob oculos ponit, adhibita parabola epuli ab aliquo instructi, bona regni coelorum, non tam a Judaeis, qui terrestria praeferent, coelestia spernent, quam a Gentibus undiquaque colligendis, etiam *cogendis*, hoc est, ita docendis, ut blanda necessitate ad adsensum quasi *cogantur* (id enim hic denotat verbum ἀναγκάζειν *cogere*; uti egregie etiam docuit Cl. Valckenarius, ad Eurip. Hippol. v. 951.)

esse

esse sumenda, Luc. XIV: 1—24. Tandem, cum ingens turba ipsum comitaretur, tempestive docet, veros suos discipulos eos tantum esse, qui Christi causa parati sunt, omnibus personis et rebus, ei contrariis, quam dilectis alias, renunciare, adeoque opus esse, ut quis animum suum ante exploret, quam Christo nomen det, ne postea pudore confusus eum deserat; instar ejus, qui turrim, seu domum splendidam aedificare, aut bellum gerere, vult, ante inquirere debet, num sat opum, vel virium habeat, quam propositum incipiat exsequi.

§. LXII. Quo tempore, cum ad Ipsum publicani ac peccatores confluerent ingente numero, et Pharisaei illud aegre ferrent, Dominus tribus parabolis, ovis unius perditae et inventae, ut et drachmae unius, ac filii prodigi et ad Patrem reversi, ad summam laetitiam, exposuit, in coelo summum esse gaudium super uno peccatore resipiscente, magis etiam quam super justis, seu resipiscentiae, sive verae sive imaginariae, non indigis, eaque ratione haud obscure Pharisaeis insinuavit, graviores peccatores, ipsos etiam Gentiles, ipsis esse praeferendos, adeoque Dominum, cum illis conversantem, recte, et missionis suae scopo convenienter, agere. Luc. XV. Addit praeterea cap. XVI., in publicanorum *forte* instructionem, opibus et divitiis fallacibus (eas enim designat phrasis *Mammonis injustitiae*) saepe etiam male partis, non esse fidendum, sed eas in pauperum usum erogandas, et legem charitatis observandam esse, ut ea ratione saluti suae consulant, ad exemplum oeconomi injusti, a Domino deponendi, debitores sibi devincientis; qui eum dein sustentent: praeterea, in posterum ut officio fidelius fungantur, admonet, ut et Dei cultum cum bonorum terrestrium nimio studio consistere non posse. Quem sermonem Domini cum Pharisaei, opum corradendarum studiosi, naso suspenderent adunco, Dominus eos hypocrisios, violationisque legis, in specie divortiorum quoque respectu, arguit. Tandem subjungit parabolam Divitis et Lazari, non

eo ſcopo, ut praemiorum et poenarum poſt mortem diſpenſatio in genere illuſtretur contra Sadducaeos, quibuſcum ipſi hic res non eſt, ſed in ſpecie, ut ſubjecta, eorumque qualitates et actiones, in hac vita, quibus praemia et poenae evenirent poſt mortem, in lucem proferantur, contra Phariſaeos; qui propterea ab Abrahamo, in inferis divitem adloquente, ad Moſen et Prophetas ablegantur, ut inde, non quid de ſtatu poſt hanc vitam credere, ſed facere ac vitare debeant in hac vita, diſcant. Dives vero hic introducitur, poſt mortem miſer, non tam quod laute vixerit, ſed vitam in bonorum ſuorum fruitione triverit totam, charitatis erga miſerabiles nulla habita ratione; adeoque omnem felicitatem in bonis terreſtribus, eorumque uſu, poſuerit.

§. LXIII. Deinde cum Chriſtus Apoſtolos de ſcandalis, vel variis obſtaculis, iis in regno coelorum propagando occurſuris, admonuiſſet, et ad pacem ac aequalitatem inter ſe conſervandam excitaſſet, adeoque iis ſupra dicta, cum de primatu contenderunt, Matth. XVIII. in memoriam revocaſſet, forte quod ab illo fermento ſuperbiae, et adfectati principatus, nondum ſatis eſſent purgati; Luc. XVII: 1—4. illique paucis hiſce verbis, in recordationem totius ſermonis ante habiti, Matt. XVIII. ducti, ac in ſpem praeclarorum operum, a ſe, tanquam honorariis Chriſti miniſtris in regno ejus propagando, patrandorum, erecti, ab eo petiiſſent augmentum *fidei*, qua maxime opus habebant; Chriſtus reſponſo ſuo praeſtantiam fidei, quam petebant, extollit, ſed ita, ut petitionem illorum ſibi placere, ipſiſque concedendam eſſe ſuo tempore, haud obſcure ſignificet, tum quod tam praeclara opera ab ipſis praeſtanda ſint, *eadem* quippe *quae ipſe fecerat, et majora* Joh. XIV: 12. quae ſine illa fide fieri non poterant, Matt. XVII: 20. tum, quod non tanquam inutiles ſervi, qui expreſſe juſſa tantum faciunt, nec liberale aliquod praemium expectandum habent, uti ſub oeconomia legali, ſtricte ſumta, ſed generoſioris indolis

indolis ministri, zelo gloriae Dei, et regni ejus promovendi, incitati, sint tractandi, et honorandi a Domino Luc. XII: 37. Joh. XV et XVI. Pericopa enim de *servis inutilibus* non ad Christi discipulos sub gratia, sed Mosis sub lege, omnino pertinet, et eo, quo dixi, tendit.

§. LXIV. Omnibus, quae in ultimo hoc Domini itinere agenda erant, peractis, quorum exstantiora quaedam specimina retulit Lucas, flexit iter Hierosolymam, ubi cursum finiret, per confinia Galilaeae et Samariae, Jordanem versus, quo trajecto prope Scythopolin, tractum Transjordanensem peragravit, et sedes pro tempore fixit in Bethabara, seu loco, ubi Johannes in principio baptizavit. Luc. XVII: 11. traditur, eum *per medium Samariae et Galilaeae* transiisse, adeoque per vallem Jizreelis, *campum magnum* stilo Josephi, a monte Carmel ab occasu sese porrigentem ad Jordanem, ubi trajectus erat celebris prope Scythopolin; unde, Jordane superato, venit in tractum Transjordanensem, sicut prima vice antea fecerat, Matt. XIX: 1. et venit in locum, ubi Johannes in initio versatus erat; ibique moratus est, Joh. X: 40. In itinere autem ei mox decem leprosi occurrerunt, ab ipso sanati, sed quorum unus tantum, Samaritanus, se purgatum sentiens, ad Christum rediit, *Deo gloriam* dans: quod expresse in Judaeorum pudefactionem adnotatur, Luc. XVII: 12—19. Dein a Pharisaeis, communi opinione de externo, et terrestri, Messiae regno imbutis, rogatus, *quando regnum Dei sit adpariturum*, forte ex Christi, tanta hominum turba cincti, pomposo itinere Hierosolymam versus, conjicientibus, illud tempus in procinctu esse, iis simpliciter et oblique respondit, regnum illud cum externo Majestatis splendore (id enim est μετὰ παρατηρήσεως) non venire, ita ut ex vero dici queat, *hic aut illic* sese ostentat, imo adesse jam illud in *medio ipsorum*, (quod hic est ἐντὸς ὑμῶν non *intra* vos, seu *in* vobis, seu animis vestris, sed *inter vos*, in medio vestrum; quatenus illud per Christum tanta cum efficacia sese exserebat;) op-

 posite

posite ad vanas eorum opiniones de regno terrestri; sed, sermone ad discipulos verso, distinctius exponit, civitatem Israelis esse ante destruendam, quam regnum Christi sit manifestandum, additis ejus signis, et multiplici miseria, quae eam comitaretur.

§. LXV. Mox ex vulgari exemplo injusti judicis, viduam oppressam, post diuturnas preces querulas, tandem vindicantis, sumta parabola, Discipulis injungit adsiduitatem in precibus ad Deum, justum et suorum amantem judicem, addito promisso tempestivae liberationis ab oppressoribus, cum Deus, *longanimitate* abrupta, (leg. enim videtur μὴ μακροθυμῶν, uti Sirach. XXXII: 18.) *cito eos sit vindicaturus*, Luc. XVIII: 1—8. Quae pericopa, licet generalem contineat doctrinam, tacite forte insinuat, Ecclesiam, a Judaeis vexandam, brevi, ad fidem et preces fidelium, esse a Deo vindicandam, hostesque, ut cap. praecedente praedictum erat, destruendos; qua ratione etiam adparet, quam apte superioribus subjuncta sit. Sequitur parabola Pharisaei, externis suis justitiae et religionis operibus fidentis, ac gloriantis, reliquos prae superbia spernentis, ac condemnantis, in oculis Dei, et regno gratiae, longe minoris habiti, quam vel ipsius publicani, peccata sua confitentis, dolentisque, et gratiam Dei implorantis serio ac humiliter, in eos directa, qui se justitia sua propria extulerint, et alios contemserint, ibid. 4—14. Cum vero in itinere nonnulli infantes a piis offerrentur parentibus, ut a Christo benedictionem acciperent, eam, reprehensis ipsis discipulis se opponentibus, gratiose dedit; ib. 15—17. altera vice ostendens, quam grati sibi sint infantes fidelium, qualesque sese discipuli sui praestare debeant: antea enim simile quid contigerat, quum prima vice per has oras tetendit; cujus mentio est, Matt. XIX. cum hoc casu non confundendum: quo etiam facit, quod hic palam, et in via, sed ibi contigerit *domi*, ut ex Marc. X: 10 et 17. secum collatis, liquet. Quod idem num de colloquio Christi cum praefec-

to

to aliquo Judaeorum, respectu viae ad vitam aeternam consequendam, indeque orto cum discipulis et Apostolis, quod apud Luc. ibid. 18—30. sequitur, adfirmare liceat, definire non ausim, cum nimia videatur esse convenientia inter hanc Lucae et Matt. XIX. ac Marc. X. narrationem, quam ut pro diversis casibus haberi possint. Cum tamen non desint exempla, supra quoque notata, et in hac ipsa pericopa Luc. de Infantibus, uti mox de coeco v. 35., casuum et sermonum similium, qui diversis acciderunt temporibus, hic quoque aliqua dissimilitudo sese offerat, in ipso colloquio cum Praefecto et Discipulis, nec non in eo, quod hic *ἄρχων praefectus* expresse adpelletur, rem in medio reliquerim. Quod si pro uno eodemque casu haberi debeat, oportet, vel alienum locum occupet apud Luc. aut Matt. et Marc., vel Matt. XVIII. et Marc. X. posterius Christi iter per tractum Transjordan. enarrare statuantur, secus ac supra statui: a quo nunc minus abhorreo, cum prioris itineris nulla apud eos fiat mentio.

§. LXVI. Cum Dominus iter suum persequeretur, Jordane trajecto, et in tractu Hierichuntino jam versaretur, Hierosolymam ut adscenderet, Apostolis, seorsim in via abductis, passiones suas denuo praedixit, Matt. XX: 27. Marc. X. et Luc. XVIII., absque ut illi mentem ejus fuerint adsecuti, uti Luc. diserte adnotavit v. 34. Cujus stupiditatis, ex praejudiciis de Messia ortae, mox etiam luculentum dederunt specimen duo filii Zebedaei Jacobus et Johannes, cum a Christo praerogativam ad dextram et sinistram ejus in regno ejus sedendi, instar primariorum ministrorum in throno regis terrestris, petierunt; quibus Christus respondit, non solum nullam praerogativam in regno suo concedi, nisi illis, qui ad martyrium subeundum parati sunt, adeoque regnum suum non esse hujus mundi, sed et vicariam potestatem in regno suo non huic aut illi inter Apostolos dandam esse, sed omnibus, quibus ea a Patre est destinata, (hunc enim sensum praeferunt verba Matt. XX: 23.)

Quam superbam et temerariam postulationem, cum reliqui Apostoli aegre ferrent, Dominus omnibus declarat, omnem qualemcunque dominatum a regno suo, a terrestribus regnis longe diverso, esse alienum; eumque inter ipsos, quippe aequales, fore majorem honore, qui plus laboraverit, et sese submiserit, ac humiliaverit, Matt. XX. et Marc. X. In viciniam Hierichuntis cum Christus venisset, urbem nondum ingressus, visum restituit coeco alicui, ad viam sedenti, et mendicanti, Luc. XVIII: 35., quod mox urbe egressus iterum duobus aliis fecit, Matt. XX: 30. et Marc. X. qui unius nomen expressit, et ejus tanquam notioris solius meminit. Qua ratione Euangelistae facile conciliantur.

§. LXVII. Sed, antequam in itinere enarrando pergam, historia Lazari, a Christo resuscitati, a solo Joh. c. XI. tradita, adtingenda est, quam ante susceptum hoc iter Hierosolymam contigisse, secus ac alii opinantur, omnino existimo, cum, quod iter sine interruptione, ut reliqui Euangelistae referunt, fuerit peractum, adeoque hic casus inseri nequeat; Lazaro enim resuscitato Christus, metu Judaeorum rediit in alium locum, prope *desertum*, unde Bethaniam postea venit, Joh. XI: 54. tum, quod hoc iter suscepturus, necem suam Hierosolymis ante praedixerit Discipulis, sed ad Lazarum suscitandum profecturus iis metuentibus declaraverit, nullum sibi inminere periculum, cum hora ejus nondum venerit, Joh. XI: 8, 9. tum denique in Judaea nondum fuerit, quum Bethaniam Lazari causa petiit, ib. v. 7. Addatur, Christum sine ullo alio comitatu, cum solis Apostolis, Bethaniam venisse ad Lazarum suscitandum, cum in altero itinere, cujus reliqui Euangelistae meminerunt, ingente turba fuerit cinctus. Debet itaque hic casus praemitti itineri Hierosolymam, quod reliqui narrant Euangelistae; quod vitio memoriae neglexi. Cum Christus altera vice, duplici itinere, per Galilaeam in specie, confecto, rediisset in locum trans Jordanem, ubi Johannes in

initio

initio baptizavit, cujus mentio est, Joh. X: 40. uti supra narravi, nuncio ad eum, de Lazaro mortuo Bethaniae, delato, post *bidui* moram eo recta cum solis Apostolis tetendit, et prope Bethaniam, postquam quatuor dies in sepulchro jacuisset Lazarus, venit, quando a Martha primum, dein Maria, sororibus Lazari, visitatus, et ad sepulchrum adductus, eum, praesentibus multis Judaeis, qui Hierosolyma eo venerant, jam olentem, et putrescere incipientem, vitae restituit: uti fuse narrat Joh. XI. Quo insigni miraculo multi convicti crediderunt in Christum, Pharisaei confusi fixum sumserunt consilium ipsum e medio tollendi, quippe, ut praetendebant, metuentes, ne *omnes in ipsum crederent*, et regem facerent (quod omnino addendum est, vid. c. XII: 17, 18.) adeoque Romani Judaeos, novo rege facto rebelles, invaderent et destruerent; v. 48. Quem metum cum Cajaphas, dicendo, *satius esse unum pro populo mori, quam totum perire populum*, auxisset, firmum ceperunt propositum Christum occidendi. Quo Christus permotus fuit, alio ad breve tempus secedendi, uti fecit prope *desertum* in urbem *dictam Ephraim*, v. 54. inter Bethel. et Hierichuntem. De quo vid. praeter Ligtf. Cl. Burman. harm. t. I. ad Joh. XI. Num ulterius postea, aut trans Jordanem, ubi ante fuerat, Joh. XI: 40. incertum est.

§. LXVIII. Hinc itaque post brevis temporis moram ultimum suum iter Hierosolymam, cujus notiam reliqui dederunt Euangelistae, de quo agere incepi, suscepit, haud diu ante ultimum pascha emortuale, Joh. XI: 55. Adpulit primum Hierichuntem, ubi ante introitum coecum visu donavit; eam ingressus apud Zachaeum, primarium publicanum, quem in Syco-moro se tenentem, ut Christi videndi desiderio rectius satisfaceret, divino suo spiritu pronum ad fidem perspexerat, divertit, cumque plene convertit, Luc. XIX. Unde digressus alios coecos sanavit, ut Matt. et Marc. narrant, et, in via Bethaniam versus, singulari *decem minarum*, servis ab illustri Domino, ut cum iis foenerarentur,

tur, datarum, dein ipse peregre ad regnum capessendum iret, parabola, comitibus suis significavit, regnum suum nec terrestre fore, nec mox, cum Hierosolymam venerit, ut illi putabant, erigendum, sed diu demum post, et longe aliud ac ipsi putabant; cum in longinquis oris inter Gentes erigeretur, nec nisi post *cives*, seu Judaeos, qui ipsum regem nollent, deletos, Luc. XIX. Quae parabola non est cum altera de *talentis*, licet in multis simili, Matt. XXV. confundenda, distant enim tempore et loco, nec per omnia sunt similes.

§. LXIX. Pervenimus tandem ad ultimam vitae Christi hebdomada, multis gestis illustrem, in quibus ordinandis egregie succurrit Marcus, qui, quid singulis diebus actum est, distincte et ordine enarrat, excepto *primo* die, quo Bethaniam venit, et a Simone, leproso antea, praesentibus Lazaro, ejusque sororibus Martha et Maria, epulo est honoratus, ac a Maria pretioso unguento, in signum sepulturae instantis, unctus est: cujus distinctam notitiam dedit Joh. XII: 1. reliqui Euangel. Matt. XVI. et Marc. XIV. loco alieno meminerunt, absque ut tunc epulum fuisse habitum diserte tradant: dubium vero non est, quin unum idemque fuerit, omnibus circumstantiis quippe conspirantibus; Joh. tradit illud sex diebus ante pascha, scilicet a Judaeorum primoribus celebratum, fuisse habitum, adeoque die *nono* Nisan, seu die Saturni, quo Christus venit Bethaniam; sexto die post crucifixus die Veneris. Marc. autem tradit, in domo Simonis fuisse epulum habitum, nec contradicit Joh., haud obscure innuens, non in domo Lazari factum esse, cum diserte adnotat, *adfuisse* Lazarum, quod superfluum fuisset, si in ipsius domo contigisset. Ceterum eo memorabilius est hoc epulum, quod, cum Maria in signum tantum grati, et Christum maximi facientis, animi, Christi pedes et caput pretiosissimo unguento unxisset, Judas illud reprehendendo detexerit animum non tantum avarum, sed ad Christum prodendum, lucri

causa,

causa, pronum, uti Joh. XII: 4. 6 indicatur, Christus vero hanc unctionem traxerit ad sepulturam suam; quam simul indicat fore honorificam, et ab omni corporis putredine liberam; sicut docuit experientia.

§. LXX. Sequente die Joh. XII: 12. seu *quinta* ante pascha, die itaque Solis, Christus, tanquam Rex Israelis, sed a terrestri longe diversus, insidens *pullo* asinae, quippe pacificus et modestus rex, nec pompa gaudens, nec bellator futurus, ab ingente hominum multitudine comitatus, qui, fama resuscitationis Lazari excitati, ad eum, ut Joh. dicit, confluxerant, inter multa honoris et laetitiae signa, uti ramis palmarum manibus gestatis, ac via vestibus strata, solennesque inter Hosannae adclamationes, quibus ipsi tanquam regi, et regni ejus salutem, ac prosperum successum, optarunt ac voverunt, Hierosolymam publice intravit, ringentibus Pharisaeis, et stupentibus. Quem solennem introitum, omnibus Euangel. memoratum, Christus fecit, ut prophetia Zach. IX. inpleretur, simul sese regem Israelis, sed spiritualem non mundanum, palam sisteret, et demonstraret, adeoque longe alium ac Judaei exspectabant. Quo in statu, quum prope urbem venisset, in lacrymas erupit, super vicem miserabilem urbis, prae obstinatione in Christo repudiando, ac peccatis, destructioni totali destinatae: uti Luc. XIX. narrat. Urbem cum intrasset, omniaque oculis lustrasset, vespera jam ingruente, discessit in Bethaniam, ubi pernoctavit, sicut per omnes dies reliquos fecit, teste Marc. XI: 11. qui hic omnium est accuratissimus.

§. LXXI. Proximo die, qui est Lunae, *quartus* ante pascha, primo mane, egressus Bethania, et Hierosolymam repetens, cum in via esuriret, et ficum, foliis luxuriantem, sed fructu carentem, offendisset, eam arefactioni devovit, non quod *tempus* ficuum non erat, sed arbor esset *infrugifera*, nec digna, quae locum amplius teneat. Hoc enim indicatum voluit Marc. XI: 13. subjungens, non *enim erat καιρὸς* (pro εὔκαιρος, vel εὔκαρπος) *apta ferendis*

fructibus seu ficubus. Pertinet enim illud ad ipsam arborem, dicitque, eam non habere aptam dispositionem proferendi fructus, adeoque recte exscindi. Ceterum et eo hoc spectavit, ut Judaeam remp., huic arbori similem, uti supra in parabola Luc. XIII. de ficu infrugifera docuerat Dominus, esse exstirpandam insinuaret. Hierosolymam cum intrasset, et Templum in forum aliquod mercatorum vidisset mutatum, quo emebatur et vendebatur in atrio exteriore, et nummi commutabantur, illud sua autoritate, qua Dominus Templi, purgavit, ejectis omnibus illis instrumentis, ratione addita, quod de *domo precum fecerint speluncam latronum*, quatenus emendo, vendendo, et permutando, varias fraudes quoque et injustitias exercebant, simul ansam praebebant confluxus ficariorum, uti progressu temporis vere contigit. Sed, cultum ritualem esse cum Templo destruendum, ac cum spirituali mutandum, simul hoc singulari facinore insinuatum voluit, sicut in initio muneris Joh. II. fecerat.

§. LXXII. Sequitur feria *Tertia*, seu Martis, qua Dominus e Bethania, ubi noctem rursus exegerat, Hierosolymam redux, varios ac praeclaros habuit sermones, Marc. XI: 20. et seq. cap. XII et XIII. prolixe recensitos. In via cum Discipuli ficum arefactam admirabundi fuissent intuiti, Dominus, ea arrepta occasione, de summa *fidei* miracula patrandi virtute et efficacia differit, et discipulos admonet, ut omni ope eam precibus, sed debite et cum fraterno amore fusis, aliisque mediis, sibi comparare studeant: Marc. XI: 20—27. Deinde Templum ingressus, et ibi docendo occupatus, a proceribus Judaeorum interrogatus, *qua auctoritate faceret ea omnia*, quae egerat, et agebat, num Dei, an sua propria? antequam illud declaret, scire ex ipsis voluit, quid de *baptismo Johannis*, sitne ex Deo, an hominibus? sentiant, quod cum recusarent declarare, cum prius non crederent, posterius propter populum dicere non auderent, Dominus directe etiam suae auctori-

tatis

tatis originem non exposuit; attamen indirecte, cum Johannes de ipso testatus sit, illud fecit, simul nonnullis parabolis clarius, et ad eorum confusionem, exposuit. *Prima* duorum filiorum, quorum unus obedientiam Patri promittebat, non faciebat, alter negabat, sed resipiscens agebat, Matt. XXI: 18— hypocrisin eorum, ac obdurationem, in lucem profert, ac publicanos et peccatores iis longe meliores esse, quod hi Johanni crediderint, illi pervicaces manserint, declarat. Dein *secunda* vineae, a Domino plantatae, omnibus rebus necessariis instructae, agricolis elocatae, sed ab illis sibi vindicatae, ita ut servos non tantum, fructuum exigendorum causa missos, male tractarint, sed ipsum filium Domini occiderint, excidium Judaeorum, Prophetas, et ipsum Christum, filium Dei, ad mortem persequentium, clare praenunciavit, addito mox antiquo vaticinio de lapide ab aedificatoribus spreto in caput anguli erecto, Ps. CXVIII. in se et primoribus gentis inplendo: adeo ut intellexerint, parabolas in se esse directas, et ejus mortem quaesiverint. *Tertia*, antea, ut supra habuimus, prolata, nunc vero in ipso Templo repetita, epuli nuptialis, a rege instructi, ab antea invitatis spreti, sed ab aliis undecumque collectis celebrati, regnum Dei a Judaeis esse auferendum, et ad alias gentes transferendum, quod modo dixerat, Matt. XXI: 43. uberius confirmat et deducit, Matt. XXII: 1.

§. LXXIII. Adgressi dein ipsum sunt Pharisaei et Herodiani, quaesitum de censu Romanis dando nec ne? ipsi proponentes, ut ipsum irretirent, sive adfirmaret, sive negaret, cum prius odium Judaeorum, patriae libertatis studiosorum, posterius Herodis Antipae, Hierosolymae praesentis, accusationem, et delationem ad Pilatum pareret. Herodiani enim non sunt haeretici, acsi haeresin ab Herode ortam foverint, sed aulici Herodis Antipae, et Romanorum fautores, ac adulatores, nulla doctrinae habita ratione. Mentio quidem fit *fermenti Herodis*, Marc. VIII: 15. sed doctrina intelligitur Sadducaeorum, ut ex Matt. XVI: 6.

patet, quibus divites, ac Herodis M. posteri, erant adsociati. Respondit Christus, petito et viso nummo *census*, qui Caesaris habebat imaginem insculptam, *Caesari* esse suum jus relinquendum, adeoque, cum, ipso illo nummo usi, profiterentur Judaei, jus monetae cudendae esse penes Caesarem, et se Caesari esse subjectos, sicut tempore Archelai antea declaraverant, et nunc quoque dixerunt, se *alium non habere regem, ac Caesarem*, se tales gerere debere; absque ut in specie de censu dando mentem directe exponat; illud insinuasse, et ipsis reliquisse concludendum, contentus. Addit, *Deo dandum quod Dei* est, ut indicaret, et ipsis inculcaret, *tributum sacrum*, seu didrachma, Deo competere, uti civile tributum Caesari, praeterea *Deo* magis, quam Caesari obediendum, si quid religioni velit contrarium, denique Deo gloriam et gratiarum actionem esse dandam, pro beneficiis ab eo concessis, inter quae et illud erat, quod se, filium Dei, miserit ad ipsos, quem sperabant. Dominus itaque prudenter, simul sincere, et in rem, respondit, adeo ut et ipsi fuerint mirati, ac confusi discesserint; Matt. XXII: 22. Ceterum, ut id obiter observem, cum postea Christo objecerint, eum vetuisse *Caesari tributum dare*, ad hoc responsum non respexerunt, ut videri posset, quippe omni specie carens, sed ad Christi sermones, quibus sese Messiam, seu regem Israelis, declaravit externum, ex eorum opinione falsa, unde per consequentiam derivarunt, *Caesarem* itaque non esse regem Judaeorum, adeoque eum, per tributi solutionem, non esse pro tali habendum.

§. LXXIV. Ipso illo die, et in Templo, Sadducaeis, dubium contra resuscitationem mortuorum, quam negabant, ex una uxore, vi legis leviratus, septem fratribus nupta, moventibus, respondit, eos de statu resuscitatorum male, et carnaliter, cogitare, cum instar Angelorum, et aliarum qualitatum corporibus vestiti, sint futuri, simul veritatem vitae futurae totius hominis, ex animo et corpore constantis,

tis, ex formula foederali, *ego sum Deus Abrahami* etc. demonstrat, cum sit *vivorum* et non *mortuorum Deus*, Matth. XXII: 23.— unde manifestum erat, *corpora* aeque ac animas vivere debere. Deinde Legisperito, de omnium maximo praecepto roganti, *tentandi* ipsum ergo, non malitiose, sed animo sententiam ejus explorandi, *amorem Dei et proximi* pro eo esse habendum, cum respondisset, et ei adplausisset Legis doctor, declaravit Christus, eum non *longe abesse a regno coelorum* Marc. XII. quippe in istius legis, ex pura fide ortae, observantia sito. Denique aliorum quaesitis cessantibus, cum nemo aliquid amplius proponere auderet, ipse, in docendo pergens in Templo, quaesivit, qua ratione Messias sit *filius Davidis*, simul *Dominus ejus*, ut ipse David Ps. CX. profitetur, sed responsum non retulit; argumento, *clavem scientiae salutaris* fuisse deperditam, uti Christus Legis doctoribus objecit Luc. XI: 52. sitam quippe in doctrina de Messia, filio quoque Dei, et salutis, ipsius quoque Davidis, autore, ac regno ejus spirituali ac coelesti.

§. LXXV. Quibus omnibus peractis, muneri suo publico inter Israelitas finem inposuit vehemente, et increpatorio, sermone, coram populo habito, quo in Pharisaeos et Scribas acerrime invehitur, eosque tanquam hypocritas, superstitiosos, avaros, superbos, ac persecutores vivis depingit coloribus, et prostituit, simul gravissimum Dei judicium iis, et uniuersae reip. Judaicae, denunciat, Matt. XXIII. Qui ultimus Christi sermo multis nominibus est notabilis, maximique usus etiam in Ecclesia Christiana, similibus Pharisaeis dominantibus non destituta: dignissimus itaque, qui illustretur, et animis inscribatur. De quo hic non est agendi locus. Primam ejus partem exposui in commentario in *opusculis* ineditis et editis, nuper cum publico communicatis. Templo egressurus offendit pauperem viduam, duos minimos nummulos in aerarium sacrum dantem, quam divitibus, largiora dona inferentibus, praefert, cum quic-

quid haberet in illud contulerit, Luc. XXI: 1.— ut animum magis doceat, quam dona, in censum apud Deum venire. Hic cum versaretur, nec ab officio desisteret, nescio num non contigerit, quod Joh. XII: 20.— de Graecis, ipsum oculis usurpare cupientibus, et sermone Christi, ea occasione habito, narratur. Patet utique ex ipso sermone, Christum jam a morte, et passionibus, fuisse proximum, et, ex inserta ab Euangelista declaratione obdurationis Judaeorum, secundum prophetiam Jes. VI et LIII. post tot miracula et sermones Christi, durante munere ejus publico, illud jam finitum esse; denique, ubi subjungitur, v. 36. Christum, hoc ultimo sermone habito, *abiisse*, et se *occultasse ab ipsis*, haud obscure significatur, eum ab hoc tempore non amplius se manifestasse populo, ac in publicum prodiisse, sed in occulto cum discipulis tenuisse. Haberi itaque haec pericopa debet pro additamento, quo Joh., omnibus reliquis actis, a tempore publici introitus in metropolin, apud reliquos Euangelistas obviis, silentio involutis, ultimam morae Christi Hierosolymis et in Templo scenam complexus est.

§. LXXVI. Templo et Hierosolymis egressus cum discipulis, ut Bethaniam, uti solebat, repeteret, ab ipsis rogatus, quando Hierosolyma destrueretur, et ipse ad judicium universale habendum veniret, de quo, discipulos in ipso egressu admonuerat, luculento sermone, ad montem Oliveti cum ipsis sedens, et ad urbem ac Templum oculos vertens, respondet *a.* ad priorem quaesiti partem de excidio Hierosolymae, signa ejus antecedentia memorando Matth. XXIV: 6—14. et ipsam destructionem describendo, v. 15—22. postquam generale monitum de eorum, qui Christum adesse dicerent, deceptione vitanda, praemisisset, v. 4 et 5. *b.* Distinctius eos admonet, ut ab illo *errore*, animis alte infixo, sibi caveant, nec decipi se per illos, qui Messiam, servatorem populi, adesse praesentem adnunciaverint, patiantur, *cum*, quod adventus Messiae non sit uno

in

in loco, ſive hoc vel illo, nec ad externam adferendam liberationem, futurus, ſed *inſtar fulguris*, quaquaverſum ſeſe diffundentis, *tum*, *cadaver* gentis Judaicae antea varie ſit adhuc ab *aquilis* diſcerpendum, *tum*, non niſi poſt adflictionis illius totam periodum finitam, regnum Meſſiae ſit erigendum: v. 23—29. *c.* Denique illuſtrem ſuum adventum, et regnum erigendum, prolixe deſcribit, a v. 30. uſque ad fin. cap. XXV. variiſque depingit, et illuſtrat, parabolis qualitates et officia eorum, qui partem in regno ſuo coeleſti ſint nacturi. Quibus exponendis hic non inmoror.

§. LXXVII. *Biduo* ante paſcha et feſtum azymorum, Marc. XIV: 1. ſeu diebus *ſecundo* ac *primo* ante Paſcha, Mercurii itaque et Jovis, Bethaniae, ut antea, moratus, cum Apoſtolis ſolis egit, ad eos variarum rerum notitia, ad regnum ſuum et munus Apoſtolatus pertinentium, inſtruendos, ac contra tentationem, ex paſſionibus ſuis orituram, muniendos, denique ſpe Spiritus S. in eos effundendi, et bonorum regni ſui, conſolandos; donec cum ipſis ultimo die, ſeu Jovis, quo circa veſperam agnus paſchalis erat mactandus, et nocte, quae pars erat diei ſequentis, comedendus, redierit Hieroſolymam. Quo tempore proceres Judaeorum, cum de modo Chriſtum *dolo* occidendi deliberarent, *palam*, ſeu *in feſto*, coram populo, prae metu ſeditionis, non auſi Matt. XXVI: 4, 5. Juda Iſkariotha, uno diſcipulorum Chriſti, ſeſe proditorem offerente, conſilio de clandeſtina nece miſſo, eum ipſa illa nocte, inter diem Jovis et Veneris, duce Juda, prehendere et palam per Pilatum crucifigere decreverunt. Chriſtus interea, *proximo* ante paſcha die, epulum cum diſcipulis celebravit, quo eorum pedes lavit, inſtar miniſtri, Judae proditionem palam detexit, et, eo egreſſo, varios cum diſcipulis miſcuit ſermones, cujus epuli ſolus meminit Joh. c. XIII: 1.— loci, ubi habitum eſt, non addita mentione. Cum tamen *primo* azymorum die, Matt. XXVI: 17. diſcipulos demum

 miſerit

miserit Hierosolymam ad pascha instruendum, et ipse circa vesperam eo venerit; hoc Joh. XIII. epulum *nocte* proxime praecedente fuerit celebratum, *Bethaniam* pro ejus loco habuerim, quo Christus diverterat, et ubi pernoctare tota hac hebdomade solitus erat. Ceterum epulum illud fuisse ab eo, quo unctus est a Maria in domo Simonis, diversum, et eo paucis diebus posterius, supra ex Joh. XII. demonstratum, et cum reliquis Euangel. Matth. et Marco conciliatum est, sed a paschali quoque coena distinctum, et ea prius, ex Joh. XIII: 1., et aliunde, mihi plus quam probabile fit: de quo in Diss. S. l. II. c. 17. fusius egi. Hoc autem durante epulo pedes discipulorum lavit, ut suo exemplo, eos secum amice, et submisse, agere debere, inculcaret, Judam, tanquam proditorem, ita detexit, ut confusus ipsa nocte illa discesserit, nec ad Christum redierit, uti in Diss. S. l. c. comprobavi, denique reliquos discipulos de instante sua passione, et discessu, admonuit, iis mutuam charitatem commendavit, Petro quoque lapsum in Christo ter abnegando praedixit, denique eos efficaciter consolatus est, et Spiritus effusionem iis promisit: Joh. XIII: et XIV.

§. LXXVIII. Quibus omnibus finitis, inde decessit Hierosolymam, ipso primo die azymorum, (scilicet, qui quidem festum 7 dierum praecedebat, sed ei adnumerari solebant, quo 8 dierum est factum festum; ut Jos. Ant. l. II. c. 5. tradit,) cum Discipulis ad pascha celebrandum, seu agnum paschalem comedendum; postquam duos praemisisset discipulos, ad omnia eum in finem paranda; ut reliqui referunt Euangelistae: quod ipsa illa nocte, inter diem Jovis et Veneris, unde *primus* dies numerandus est festi 7 dierum azymorum, peregit; simul S. eucharistiam, in sui memoriam, in perpetuum celebrandam, instituit. Cujus narrationem reliqui dederunt Euangelistae, Johannes vero praetermisit propterea, sed nonnullis sermonibus, tunc a Christo habitis, locupletavit, c. XV—XVII. Tantum ordinis et tem-

temporis notandi ergo, superioris epuli narrationem his verbis Christi conclusit, cap. XIV: 31. ut pateat, me Patri esse obsequiosum, *discedamus hinc*; scilicet e Bethania Hierosolymam, ad mortem subeundam. Hunc enim dicti esse sensum autumaverim: non enim discessum post coenam paschalem in hortum Gethsemanis in oculis habuisse Christum, inter alia, inde patet, quod post sermones, Joh. XV—XVII. demum *exiisse* tradatur in hortum, Joh. XVIII: 1. Praemittenda itaque est hisce sermonibus agni paschatis praeparationis, epuli paschalis, ac eucharistiae institutae narratio, a Joh. omissa, sed apud reliquos Euangelistas obvia; quam Joh. *partim* in eo emendavit, quod Judae detectionem, et discipulorum de primatu contentionem, non durante epulo paschali, uti reliqui Euangelistae narratione sua indicare videntur, sed epulo proxime praecedente, contigisse doceat; cujus epuli neglecta mentione, ejus casus, occasione epuli paschalis, meminerunt, ut in Diss. S. I. c. observavi; *partim* amplificavit sermonibus Christi ad coenam paschalem habitis, c. XV—XVII. quod saepe alias fecit Johannes. Ex quo observato simul elucescit, similitudinem *vitis et palmitum*, quacum incipit oratio Christi, Joh. XV: 1. adhibitam fuisse occasione poculi *vini* in Eucharistia. Sicut et inde ortum est, quod, ut reliqui tradunt Euangelistae, Christus declaraverit, se de vitis fructu non esse amplius quid sumturum, antequam *novum* cum Discipulis in regno coelorum biberit. Sermones vero Christi eo tendunt, ut Apostoli, ad quos directe, et primo sensu, pertinent, in fide ac communione Christi, sine qua nihil poterunt, perseverent, multosque ferant fructus, mutuam charitatem ac pacem conservent, denique contra persecutiones muniantur, et de spiritus S. effusione certiores fiant. Quos sermones Dominus conclusit, et confirmavit, efficacibus precibus, ad Patrem fusis, quibus petiit, ut et Ipse glorificetur, et Discipuli sui in fide ac charitate conserventur, ac confirmarentur, et mutuo, cum Patre seque, ac

ac inter ſe, uniti maneant; ejuſque unionis omnes, per Apoſtolos converſi, participes fiant.

§. LXXIX. Paſchate celebrato, et euchariſtia in mortis ſuae memoriam inſtituta, ſermonibus habitis, omnibuſque ſolenni hymno concluſis, egreſſus cum Diſcipulis eſt in hortum Gethſemanis, eadem nocte, eoſque in via rurſus de offenſione, diſperſioneque, ipſorum, ac Petri abnegatione, admonuit, ſed et reſuſcitatione ſua, et recollectione eorum ad ſe, conſolatus eſt; Matt. XXVI: 31.— In *hortum* ad ortum Hieroſolymae, ad montem Oliveti, trans vallem Cedron, quam torrens rapidus perluebat, mediam inter urbem et montem, a *torcularibus olei* adpellatum *Gethſemane*, cum veniſſet Servator, tribus ſecum ſumtis diſcipulis, Petro et filiis Zebedaei Johanne et Jacobo, reliquis ad introitum ejus relictis, in interiores horti partes ſeceſſit, ac in ſummam incidit triſtitiam, ex inſtante ſua paſſione, ejuſque cauſis, ad animum revocatis, ortam, adeo ut ea quaſi obrutus, novaeque Satanae tentationi, longe graviori, ac in initio muneris, Matt. IV. quaeque ad anxietatem augendam ad deſperationem uſque ſpectavit, traditus, eruperit in deprecationem iſtius poculi, ſi poſſibile eſſet, ſed cum pia ſubmiſſione voluntati Patris; nec ſine omni effectu; cum a *metu* exauditus, Heb. V. ab Angelo confirmatus, Luc. XXII: 43. ſurrexerit omni parte animatus, et ad calicem ebibendum paratus; ut Dei voluntatem praeſtaret, ſeſeque in victimam piacularem, ad juſtitiae Divinae *vindicativae*, ut adpellatur, illuſtrationem, et peccatorum mundi expiationem, ſalutiſque credentium acquiſitionem, ſponte et prompte offerret.

§. LXXX. Statim vero ac miniſtri et milites, bene armati, a primoribus Judaeorum miſſi, una cum Juda proditore, ad eum adprehendendum, eo veniſſent, ut praecipuas paſſionum, quibus e vivis ſublatus, et conſummatus eſt, partes ordine, ex quatuor Euangeliſtis ſecum collatis, ſed ſtrictim, enarrem, in ejus veniſſent conſpectum, a Juda oſculo

osculo est salutatus, ut ministris innotesceret, quem cum tanquam proditorem increpuisset, reliquis sese palam et intrepide manifestavit, simul verbo eos repulit, ac in terram projecit, eo scopo, ut a discipulis manus abstinerent, et se sua sponte sese tradere, non coactum in manus eorum venire, intelligerent: quo etiam pertinet, quod, cum Petrus, stricto gladio, auriculam servi Pontificis abstulisset, illud inprobaverit, auremque sanaverit, addens, causam suam, et regni sui, armis non indigere, cum legiones Angelorum facile inpetrare posset, si se ereptum et defensum vellet. Quo facto, discipulis fuga sibi consulentibus, ipse se vinciri et abduci passus est. Ad Cajapham, istius anni summum Pontificem, ubi Synedrium, sed specie tenus, non verum, et proprie dictum, erat congregatum, cum esset delatus, postquam Annae, viro magnae autoritatis, qui socer erat Cajaphae, esset obiter in transitu, ut se eo oblectaret spectaculo, monstratus (verba enim Joh. XVIII: 24. *misit eum Anna vinctum ad Cajapham*, pertinent ad finem vers. 13. et ibi inferenda sunt, cujus et in eo est indicium, quod Petrus Jesum dicatur secutus in aulam Pontificis, scilicet Cajaphae, quo itaque Christus jam abductus est jussu Annae,) postquam, de doctrina interrogatus, provocasset ad publicas suas conciones, quae nihil criminis aut seditiosi continebant, ut Joh. refert, accusatus quidem est variorum criminum a falsis testibus, in specie quod, *se Templum Dei destruere, et triduo reaedificare, posse*, dixerit, sed testimoniis ad supplicium capitale *non sufficientibus*, (id enim phrasis, μαρτυρίαι non erant ἴσαι, pro ἱκαναὶ Marc. XIV: 59, 59. omnino denotat) Christo propterea etiam tacente; a Pontifice tandem adjuratus, ut, *sitne Christus, filius Dei Benedicti?* declararet, tecte et modeste non tantum insinuat, se eum esse, formula, *tu dixisti*, sueta usus, sed addit, Judaeam gentem de ea veritate plenissime esse convincendam, quando ipsum ad judicium habendum ultimis temporibus videret venientem, uti ex Matt. XXIII: 39. patet:

ſimul admonet, ut a Meſſia condemnando ſibi caveat, cum judex mundi ſit a Deo conſtitutus, et mox ad dextram Dei collocandus. Hunc enim ſenſum verba Chriſti praeferunt Matt. XXVI: 64. Quo reſponſo pro blaſphemo temere et praecipitanter habito, mox poenae capitalis reus declaratus eſt a Cajapha, et adſeſſoribus, condemnatus, et illuſus, ſeu verbis et factis contumelioſe tractatus. Petrus interea, viribus ſuis temere confiſus, aula intrata, et haud una vice ab ancilla et aliis tanquam diſcipulus ejus detectus, metuque correptus, magiſtrum ſuum praeſentem ter, nec ſine perjurio, abnegavit; verum galli cantu, a Chriſto praedicto, et oculis Chriſti in eum flexis, ad ſe reverſus, ſeſe inde mox proripuit, (quod utrumque admittit verbum ἐπιβαλὼν Marc. XIV: 27. eſt enim et ad animum revocans, ut obſervavit Cl. Weſſeling ad Diod. Sic. l. XVIII. p. 288, et foras ſe proripiens, ut probat Raphelius,). et lapſum acerbe admodum deflevit; adeo ut a fide et amore Chriſti non defecerit, et ſubitaneam abnegationem, metu ipſi extortam, mox condemnaverit.

§. LXXXI. Sententia mortis dein, primo ejuſdem diei mane, toto Synedrio nunc ſolenniter in Templi loco ſolito congregato, repetito examine, ſeu interrogatione Synedrii et reſponſo Chriſti, confirmata, ac judicialiter lata eſt: quod neceſſe erat, cum antea in domo Cajaphae tantum eſſet per anticipationem accuſatus ac condemnatus; ſimul hic deliberatum eſt de modo exſecutionis ſententiae, ac concluſum, eum per Pilatum, praeſidem Judaeae, poena crucifixionis, tanquam maleficum, turbonem, et majeſtatis reum, eſſe adficiendum: Matt. XXVII: 1. quod clarius ibi fieret, ſi cum Mſſ. pro ὥστε legatur ὅπως. Quod cum mox exſecutioni mandaretur, Chriſto ad Pilatum, comitante Synedrio, adducto, Judas, hoc animadverſo, facinus ſuum, ad animum revocatum, condemnavit non tantum, ſed et publice Synedrio declaravit, ſe innocentem prodidiſſe, et pretium proditionis reſtituit, praeterea nimia animi anxietate oppreſſus,

pressus, se ipse strangulavit. Ex quo elucescit, Judam non ex odio Christi, animoque hostili, aut incredulo, sed lucri cupiditate, eum prodidisse, opinatum quoque, vel eum, quippe nullius criminis reum, condemnandum in judicio non esse, vel sese facile liberaturum esse. Cujus contrarium cum accidisse intellexerit, desperabundus sibi manus intulit, postquam se condemnasset, et Christum declarasset innocentem. Quo mortis genere fuerit e vivis sublatus, longa est inter Doctos disputatio, ex dubio verbi ἀπήγξατο Matt. XXVII: 5. significatu, quo et suffocationem, et suspensionem ac strangulationem, denotat, ac collatione cum Act. I: 18. orto: quam hic non ingrediar, verbo notasse contentus, Judam, laqueo se suspendentem, pronum in faciem incubuisse, ut fortius adstringeret, eaque ratione, vel laqueo fracto, in faciem decidisse, ac ventrem fuisse fissum, vel, divino judicio anxietate summa oppressum, crepuisse medium. Cujus singularis casus Divina curavit providentia, ut publicum erigeretur monumentum, in agro ex pecunia proditionis, a Juda in Templum effusa, emto in sepulturam peregrinorum, Matt. XXVII. et Act. I. inde *Akeldama*, ex חקל et דמא, *agro sanguinis*, adpellato. Quo prophetia Zach. XI: 12, 13., alibi explicita, etiam belgice, *in actis Societatis* Hollandicae Harlem. (Jeremiae enim nomen ex margine, vitio librarii, in textum irrepsit,) inpleta est.

§. LXXXII. Ad praetorium Praesidis cum Christum adduxissent, in initio a Pilato sententiae, a se latae, exsecutionem, more Romano faciendam, postularunt; sed, Pilato regerente, ut ipsi tunc illud faciant, secundum suam legem, ipsis vero sese excusantibus, praetextu status sui obnoxii, cui id repugnabat, cum sibi poenam capitalem infligere non liceret, sed vere, quia Christum, tanquam Majestatis laesae reum, crucifixum volebant, uti Joh. XVIII., qui solus hoc primum colloquium cum Pilato narrat, diserte testatur; Judicum persona deposita, et accusatorum sumta,

Chriſtum mox reum egerunt criminis Majeſtatis, in eo ſiti, quod populum ſua doctrina quaquaverſum ad ſeditionem incitaverit, Caeſari tributum quoque dandum negaverit, fundantes accuſationem in eo, quod ſe, *Chriſtum regem illum*, ſeu Meſſiam, regem Judaeorum, declaravit: hunc enim conſpectum habent Luc. XXIII: 2. ultima verba, *dicentem ſe ipſum Chriſtum illum* (repeti enim debet, τὸν in ἑαυτον, ac praemitti voci ſeq., ut ſit ἑαυτον τον χριϛον) ut ſuperioris accuſationis fundamentum contineant. Jeſum enim nolunt id aperte dixiſſe, ſed ex eo, quod ſeſe *illum Chriſtum regem*, non ergo ſimpliciter *Chriſtum*, ſed *illum*, ſeu Meſſiam promiſſum, regem Judaeorum, et populorum debellatorem, ex eorum opinione, eſſe dixerit, illud ſequi contenderunt, cujus ipſum agebant reum. Quo audito, Pilatus, judicis jam perſona ſumta, Chriſtum, ſeorſim in praetorium ductum, de eo interrogans, pro reſponſo accepit, ſe quidem vere eſſe Chriſtum regem, verum longe alium, ac Judaei in animo habebant, quippe non *hujus mundi*, ſed qui regnum *veritatis* conderet, et virtutis, Joh. XVIII. ubi illud fuſius narratur, quod reliqui Euangeliſtae verbo tantum tetigerunt.

§. LXXXIII. Hoc peracto ſecreto examine, cum Pilatus, ad accuſatores reverſus, Chriſtum palam declaraſſet innocentem, illique vehementius inſtarent, dicentes, ipſum, doctrina ſua hac ſeditioſa populum per totam Cananaeam commoviſſe, initio facto a *Galilaea*, Pilatus, hac arrepta anſa, ut ſe ab ulteriore inquiſitione et ſententia pronuncianda liberaret, ſimul Herodis Antipae, Tetrarchae Galilaeae, tunc Hieroſolymae degentis ob feſtum paſchatis, uti fieri ſolebat, Joſ. Ant. XVIII: 6. quem offenderat, Galilaeos ſuos juxta altare Hieroſolymis occidendo, Luc. XIII. gratiam aucuparetur, et cum eo amicitiam renovaret, ſicut factum eſt, Chriſtum, quem *Galilaeum* eſſe intellexerat, ad Herodem miſit, ut ab eo judicaretur. Coram quo cum [illegible], exſpectationi vero ejus et deſiderio non ſatisfeciſſet,

tisfecisset, ad accusationes quippe et interrogata nihil respondens, nullum quoque edens signum miraculosum, non condemnatus, sed contumeliose spretus, ac remissus est ad Pilatum, Luc. XXIII. Ex quo, ut illud obiter observem, confirmatur, quod supra suo loco notavi, Herodem falso fuisse a Pharisaeis antea ad Christum delatum, acsi in Galilaea jam ipsius necem quaesiverit. Luc. XIII: 31.— Pilatus itaque, Christum ad se remissum judicaturus, ante tentavit omnia, quibus ipsum a supplicio mortis, consentiente populo, liberaret, quam sententiam mortis pronunciavit: Jesum non a se tantum, sed et Herode, esse innocentem deprehensum publice declaravit; deinde, cum illud non succederet, consuetudine, qua festo paschatis unus reorum dimittebatur, unde unde etiam nata (forte, quia festum tantum illud eo privilegio gaudebat, in memoriam liberationis ex AEgypto, ad imitationem Romanorum, festum Imperatorum natale ita honorantium, de quo elegans alibi, ut puto, exstat Philonis in Flaccum locus,) arrepta, Christi dimissionem, postquam eum flagellasset, proposuit, deinde, cum populus sibi eam electionem vindicaret, Barrabbam, notum et famosum turbonem ac homicidam, Christo adjunxit, ut ex illis, quem vellet, eligeret, spem fovens, *Jesum esse* praeferendum, quia, ut Matt. XXVII: 18. habetur, sciebat eum ex invidia, non propter notum aliquod crimen, a primoribus populi esse traditum, adeoque populum eo facilius ad Christum eligendum flectendum esse. In quo cum se deceptum esse videret, populo quippe, a sacerdotibus et senioribus contra Christum incitato, et Barrabbam praeferente, nec populum, Christi crucifixionem postulantem, ad mitiorem mentem, quicquid faceret, redigere posset, potius tergiversando irritaret, ita ut ad seditionem res spectaret, tandem ad sententiam pronunciandam sese, non obstante monito uxoris, multa propterea in somnio passae, ad eum dehortandum, permoveri passus est; postquam, ut Matt. tradit, manus, in signum innocentiae

ſuae, lavaſſet, et ſe ab ejus ſanguine liberum declaraſſet, ac populo Judaeo inputaſſet, Judaei quoque in ſe recepiſſent, dicentes, *ſanguis ejus in nobis et poſteris vindicetur:* ſcilicet, ſi innocenter fuerit fuſus. Quam temerariam inprecationem qua ratione experti ſunt, ex hiſtoria conſtat. Sententia pronunciata, Chriſtum quidem *flagellandum*, ſicut ante crucifixionem fieri ſolebat, tradidit, illudi quoque et verbis et factis a militibus paſſus eſt, nec tamen exſecutioni plenae mandavit, niſi poſt nova conamina crucifixionem avertendi; uti Joh. XIX. narratur. Ceterum inſignia Chriſti, ad ſupplicium jam condemnati, a militibus Romanis profecta, adeoque e Romanorum, non Judaeorum, moribus illuſtranda, et ad Chriſtum, ſimul regem, ſimul Dei filium, ſeu Meſſiam, regem Judaeorum, referenda, eo ſpectabant, ut utraque illa dignitas proſtitueretur, *regia* per tunicam purpuream, loco chlamydis purpureae, et arundinem loco ſceptri, *divinitas* per coronam ſpineam, loco coronae radiatae, quae Deorum erat, et Imperatorum deificatorum; ſecundum ſententiam Cl. Cannegieteri P. in elegante diſſertatione, inſerta Biblioth. Hag. Cl. Barkey cl. IV. faſc. 3.

§. LXXXIV. Quo facto, antequam Chriſtum actu tradidit abducendum, nova fecit tentamina ad cum liberandum. Produxit enim eum, inſignibus memoratis ornatum, in conſpectum populi, innocentiamque ejus declaravit, ſimul, dicendo *ecce homo!* eum riſu potius et contemtu, quam morte, dignum eſſe, ſignificavit, cum nihil minus quam regis et regni gloria in ipſo adpareat, Deinde cum ſacerdotes, nihil flexi, inſiſterent crucifixioni, Pilatus declinaret, novum produxerunt crimen capitale, propter quod ipſi eum damnaverant, in praetenſa *filii Dei* perſona, quam Chriſtus ſibi adoptaverat. Quo commotus, et metu aliquo correptus, Judex, inde orto, quod ſi damnaret, Deorum iram, ſi abſolveret, Judaeorum ſeditionem, ſibi concitaret, novum ſecreto inſtituit examen Chriſti, abſque ut aliquid expiſca-

tus

tus fuerit ab eo, quippe tacente. Quando iterum ad accusatores prodiens, se ad sententiae exsecutionem progredi non posse declaravit. Quo irritati Judaei palam minati sunt Pilato iram et indignationem Caesaris, inde orituram, quod inpunitum dimittat rebellem Caesaris, ac Majestatis reum: cum Christus non qualemcunque *filium Dei* se professus sit, sed simul Messiam, regem Israelis. Quo, tanquam fulmine, perculsus Pilatus, Christum solenniter et morti addixit, et crucifigendum tradidit, postquam ipsis confessionem, Judaeis alias odiosam, expressisset, se alium, ac Caesarem, pro rege suo non agnoscere. Ceterum ad solennitatem sententiae, a Judice latae, pertinet, quod Pilatus, arce Antonia, prope Templum, ubi aula et praetorium erat, egressus cum Jesu in magnum Templi atrium, ibique, sub dio erecto tribunali, eam promulgaverit. Qui locus fuit λιθόστρωτος adpellatus a pavimento, frustulis lapidum varii, sed nativi, coloris, strato. De quo vid. Cl. Iken Diss. vol. II. Ceterum, ut illud in transitu observem, Pilatus in populi vota concessit, 1. propter metum seditionis, cujus indicium in ipsa historia exstat, ad quam eo tempore valde proni erant Judaei, uti ipse Pilatus erat expertus, 2. ut favorem populi et procerum recuperaret, quem per prava perdiderat facinora, et necessarium habebat apud Caesarem.

§. LXXXV. Ad locum supplicii cum a militibus abduceretur, propriis rursus amictus vestibus, crucem, pro more, portans, a Simone Cyrenaeo, rure veniente, ad id coacto, adjutus, mulieres, sortem ejus deplorantes, admonuit, ut suam, suorumque, sortem potius, haud diu post futuram summo gradu miserabilem, ad animum revocent, cum respublica sit destruenda. Statim ac in collem Calvariae, Golgata, a craniis, ut putatur, dictum, Matt. XXVII: 33. vel a *globosa* collis figura, instar *cranii*, uti lecythus inde גלה et stercus animalis גלל, procella rotata turbo גלגל, ne alia memorem, ad occasum Hierosolymae, venisset, vestibus exutus, et cruci adfixus est, una cum duobus latronibus,

inter eos medius, quae in summitate titulum criminis, mortis causae, habebat, *Rex Israelis*, tribus tunc notis linguis, ut ab omnibus legi potuerit, Judaeis frustra petentibus, ut, titulo mutato, legeretur, *rex Israelis* in opinione propria. Pendens in cruce, vestes suas, pro more, inter ministros justitiae vidit forte distributas, sicut Ps. XXII. praedictum erat, matrem intempestive adstantem Johanni commendavit, inde quantocyus abducendam, et curandam, hostium omnis generis, turbae mixtae, Sacerdotum ac Scribarum, militum denique, et unius latronum, ad latera sua pendentium, insultus et acerba convicia, quibus ipsius dignitati ac muneri, et relationi ad Deum, illuserunt, audivit, sed tacite ac modeste, nihil reponens, quin pro hostibus suis apud Deum adhuc intercedens, dicendo, *remitte ipsis Pater, nesciunt enim quid faciunt* Luc. XXIII. h. e. ne mox punias, sed locum resipiscentiae concede ac tempus, ignorant enim, quis qualisve sim, vel ad id, quod faciunt, mentem non advertunt, adfectibus sinistris et praejudiciis fascinati, et occoecati. Unus quoque *maleficorum*, tradente Luc. XXIII: 39. seu, si conjecturae locus detur, praecipuorum Barrabae, qui in seditione homicidium commiserat, sociorum, Judae Galilaei sequacium, ac Romanorum, tanquam libertatis Judaeorum oppressorum, hostium, qui forte Jesum, tanquam liberatorem populi consideraverant; et *malefici* adpellantur, sicut ipse Christus a Judaeis coram Pilato primum accusatus est eodem titulo Joh. XVIII: 30. (quo referri potest, quod alter maleficus dixerit, Luc. XXIII: 39. *si tu Christus es*, qualem exspectamus, *serva te ipsum et nos;* scilicet, qui Tui causa seditionem movimus) unus, inquam eorum, in carcere divinitus illustratus, et Christum pro alio nunc habens servatore, seu regni coelestis conditore, ejusque rege et judice futuro, socium corripuit, et Christum, in cruce pendentem, in fide agnovit, eum precatus, ut sui memor esset, *cum in regno suo venerit*, h. e. regia jam majestate vestitus venerit ad majestatem

illam suam tuendam et exercendam, sive ante ultimum judicium, sive in eo. Hic enim sensus phrasios est, *venire in regno*, et non *in regnum*: de quo vid. Matt. XVI: 28. et ibi notata in Sermon. Belg. Respondet Christus, personam Judicis supremi jam tunc per anticipationem gerens, votorum ex parte eum mox futurum compotem, dum hoc ipso die sit secum futurus in *paradiso*, seu loco et statu animarum, a corpore sejunctarum, felice, qui alias *ᾅδης inferi* dicitur; unde, sicut Christus triduo post, ipse quoque, sed suo tempore, resuscitatus in gloriam sit adsumendus, quando Christus *in regno*, seu regia majestate fulgens, ad judicium *venerit*.

§. LXXXVI. Deinde, Judaea, ex densatum nubium compactione, penitus obscurata per trihorium, in signum forte, respectu Christi, triduanae ejus sepulturae, et Judaeorum, totalis excidii per Romanos, trium in primis annorum bello; et luce rursus exorta, Christus, passionum adesse finem significavit, clamando, *Deus mi, Deus mi: quare me dereliquisti?* quod idem fere est, ac si dixisset, cum scopo tuo, et rationi, quare me in has passiones tradidisti, satisfactum sit, adeoque *omnia peracta sint*, ut Joh. XIX: 28. diserte dicit, finem impone passionibus. Quo etiam facit, quod cum *sitim* suam significasset, et *acetum* ipsi porrexissent, quod unice ad prophetias implendas restabat, mox exclamaverit, *τετέλεσται*, *consummatum* est, ib. 30. quando, ingente prolato clamore, cujus effectus mox adparuerunt, ipse capite inclinato, Patrique *spiritu* suo placide commendato, exspiravit, Luc. XXIII: 46. ubi *clamare*, ex Matt. XXVII: 50. exponendum, tanquam quod *dictum* Christi morientis praecessit, sponte itaque, et non, ut reliqui, viribus exhaustus aut violenter necatus; in signum potestatis propriae de vita sua disponendi, quam sibi alibi adscribit, Joh. X: 18. Inter miraculosa, quae mortem mox secuta sunt, effecta, a Matt. XXVII. adeurate et plenius recensita, totidem filiationis ejus et missionis Divinae, nec

non acquiescentiae Dei Patris in praestita obedientia, ac salutis jam acquisitae signa, quae sunt veli Templi scissio, terrae motus, rupium fissio, ac mortuorum nonnullorum resuscitatio; postremum illud obiter illustrandum est. Continet, ex mea opinione, nonnullorum sanctorum aut martyrum, incertum quorum et qualium, resuscitationem anticipatam, cum renovatis, et coelestibus, corporibus, secundum descriptionem Pauli 1 Cor. XV. simul cum Christo resuscitato, ac deinceps etiam tali corpore vestito, introductionem in coelestem civitatem, Heb. XI. memoratam, posteaquam tanquam phantasmata adparuissent multis. Quae hypothesis, sicut a multis difficultatibus libera est, et varias inutiles quaestiones praecidit, ita phrasibus, uti quod *multi sanctorum* adpellentur, *adparuisse*, verbo ἐνεφανίσθησαν, adhibito, dicantur multis, et in *urbem sanctam*, non utique terrestrem Hierosolymam, sed coelestem, Heb. XII., *post Christi resurrectionem*, adeoque cum eo, intrasse, recte convenit, aliis denique Script. S. locis, huc respicientibus, uti Joh. V: 25. coll. Matt. XXVII: 50. Heb. II: 10. et XII: 29. in primo membro, 1 Pet. III: 19. 2 Tim. I: 10. concinit. Quae pluribus illustrare ac confirmare nunc non licet. Conferantur, quae protuli in *Methodo* Prophetica.

§. LXXXVII. Corpus Christi, a crurifragio, quod duo reliqui crucifixi, ad mortem accelerandam, ut de terra ante vesperam auferrentur, subierunt, liberatum, quippe exanime jam, et lancea perfossum, aquae et sanguinis cum effluxione; uti Joh. XIX. expresse memoratum est, ut de prophetiarum, quae ibi citantur, inplemento, simul de veritate corporis, ac certitudine mortis, publice constaret, honeste non tantum, sed et honorifice, sepultum mox est, a duobus, dignitate illustribus, viris, Josepho senatore, et Nicodemo viro primario, ex colloquio antea cum Christo habito Joh. III. noto. Fuit autem, ut ex Euangelistarum liquet collatione, pura sindone, cum sudario in capite, Joh. XX: 7. ac aromatibus myrrhae et aloes, a Nicodemo, magna

magna copia adlatis, involutum, ac linteis obvinctum, pro more funerandi apud Judaeos, repositum in novo Josephi Arimathaei monumento, e petra exciso, in horto, prope locum crucifixionis. In quo singularis sese conspiciendam praebuit providentia, cum, Christum jam tunc a peccatoribus fuisse separatum, et quasi per anticipationem, tanquam opere feliciter peracto, justificatum a Deo, simul incorruptum mansurum ejus corpus, et brevi resuscitandum, elucescat: praeterea notabile vaticinium, Jes. LIII: 9. inplementum sit consecutum, his verbis, uti ordinari ac verti debent: *et tendetur*, (quae propria est verbi נתן potestas) vel suspendetur, *cum inprobis in morte sua*; *sed cum divite* erit *sepulchrum* ejus. Quod obiter notasse suffecerit. Eidem etiam directioni adscribendum est, quod sepulchrum fuerit ingente lapide clausum non tantum, sed et, ad petitionem Judaeorum, publico munitum sigillo, ac militum Romanorum praesidio custoditum, ne corpus inde furto auferretur, uti metuebant Judaei: eo enim ipso veritas resurrectionis magis illustrata fuit, postquam, corpus ejus ibi non amplius fuisse, publice constitit.

§. LXXXVIII. *Tertio* mortis, sive judicialiter pronunciatae, sive actu inflictae, de quo mox, *die*, ut *excessus* Christi *consequentia*, seu discessum ejus ad Patrem, summatim et ex *Euangeliis* secum collatis ordine, secundum meam opinionem, enarrem, summo mane, et prima diluculi parte, tenebris nondum depulsis, sed luce primi septimanae diei leviter et sensim adparente, nonnullae mulieres, inter quas Maria Magdalena, Maria mater Jacobi, et Salome, sepulchrum cum aromatibus, ad corpus ulterius condiendum, petentes, cum illud esse apertum, lapide remoto, e longinquo, uti per lucem ab Angelo, ibi praesente, effulgescentem poterant, vidissent, Maria Magdalena, ferventioris indolis mulier, inde mox colligens Christum inde esse sublatum, sese a reliquis separavit, et quam citissime ad Petrum cucurrit ac Johannem, illud nuncians. Interea reli-

quae propius accedentes ſepulchrum, non tantum apertum, ſed et lapidem ſemotum, ac Angelum ei inſidentem, inſtar fulguris coruſcantem, intuitae ſunt. Deſcenderat enim Angelus de coelo, a ſupremo judice, ejuſque cum autoritate ac poteſtate miſſus, ſigillum fregerat, lapidem removerat, et Chriſto, jam vitae reddito, exitum paraverat, cuſtodibus metu perculſis, ac in fugam conjectis. Mulieres, cum ab Angelo, Chriſtum reſurrexiſſe, audiverant, ſepulchrum etiam vacuum viderant, ſimul juſſae erant reſurrectionem Chriſti nunciare diſcipulis, quodque ipſum in Galilaea ſint viſuri, ſumma celeritate ſeſe inde ad hunc nuncium deferendum proripuerunt.

§. LXXXIX. Quae cum in itinere eſſent, Petrus et Johannes, a Maria Magdalena excitati, quantocyus ad ſepulchrum, ſequente eos Maria, accurrerunt, remque ita, ut nunciaverat Maria, invenerunt, abſque ut Chriſtum viderint, aut Angelum. Quibus diſcedentibus, Maria, ibi manens, Chriſtum oculis uſurpavit *prima* omnium, ut Marc. XVI: 9. ipſis verbis traditur, et Joh. XX. fuſe narratur. Reliquae vero mulieres, iter perſecutae ad Apoſtolos, quod in mandatis habebant detulerunt, ſed fidem non invenerunt, quia Chriſtum forte non viderant: quare inde digreſſis Chriſtus ipſis ſeſe manifeſtum fecit, et ut Apoſtolis nunciarent juſſit, Matt. XXVIII: 9, 10. Quae *ſecunda* fuit adparitio, ipſis una cum Maria facta, non cum prima vice Apoſtolis manifeſtationem Angeli nunciarunt, ſed paulo poſt: nam prima vice eas Chriſtum nondum vidiſſe, ex Luc. XXIV: 23, 24. colligi poſſe videtur. Cum itaque Matt. XXVIII: 9. traditur, Chriſtum iis adparuiſſe cum proficiſcebantur ad Apoſtolos, illud de itinere paulo ante facto capiendum videtur, ut ſit: *cum abiiſſent ad nunciandum*, hoc jam peracto, *ecce Jeſus adparuit iis* etc. Sequitur *tertia* adparitio diſcipulis duobus Emmauntem tendentibus, et *Petro* ſeorſim eodem fere tempore facta, Luc. XXIV. fuſe narrata. Petrum ſeorſim hoc privilegio fuiſſe donatum

1 Cor.

1 Cor. XV: 5. adseritur a Paulo, et ipsi discipuli declarant Luc. XXIV: 34. Unde simul elucescit, illud contigisse paulo ante reditum duorum Emmaunte Hierosolymam, antequam aliquis Apostolorum ipsum vidisset, nec non post duorum illorum abitum Emmauntem; cum ipsi dicant Christo, ipsis adhuc ignoto, a nemine suorum visum fuisse Jesum resuscitatum, v. 24.

§. XC. *Quarta* vice Apostolis, in unum coactis, excepto Toma, foribus, propter metum Judaeorum, clausis, eodem resurrectionis die, seu sera vespera, postquam Emmaunte rediissent Hierosolymam, sese inprovisò, non per clausas januas, sed iis sua sponte apertis, adparuit, seseque proprio suo corpore praeditum, et non, ut illi putabant, phantasma esse, manibus pedibusque monstratis, ac cibo sumto, comprobavit. Cujus adparitionis meminerunt quidem Marc. et Luc., sed Johannes distinctius memoravit Christi dictum et gestum: quae enim illi hac occasione retulerunt generalia sunt, et ad finem morae Christi inter eos proprie pertinent, Joh. tradit, Christum ipsis *apostolatus* munus inposuisse, et externo *flatus* signo, ad promissum de Spiritus S. effusione confirmandum, quasi inaugurasse, absque tamen, ut, quod putatur, ipsum spiritum, seu dona ejus, *cum iis communicaverit*; idem enim est ac *accipite spiritum in hoc flatu meo*, tanquam ejus signo externo. *Quinta* manifestatio *octo* diebus post, primo quoque hebdomadis die, Toma praesente, et ad ejus incredulitatem superandam, contigit; quam solus Joh. litteris consignavit. Tomae exprobrata incredulitate, post tot resurrectionis indicia, eum tandem, monstratis vulneribus corporis crucifixi, plenissime convicit, adeo ut in notabilem illam confessionem, non sine adfectu prolatam, eruperit, *Domine mi! et Deus mi!*

§. XCI. Hucusque Dominus sese in Judaea et Hierosolymis manifestum fecerat, *duabus* tantum vicibus in medio Apostolorum; sed et Angelus primum, et ipse deinceps, solenniorem adparitionem in Galilaea promiserat, quam

etiam *duabus* vicibus, aeque ac Hieroſolymis, praeſtitit; *una* occaſione piſcationis Apoſtolorum, *altera* in monte; cujus *prioris* meminit Joh., et poſterioris Matt. et Marc. De ordine temporis harum duarum revelationum licet diſputari poſſit, illam ad mare Tiberiadis putaverim praeceſſiſſe, non tantum, quod poſt ſolenniorem illam in monte Apoſtoli non videantur in Galilaea ſe detinuiſſe, multo minus piſcatui ſe tradidiſſe, de quo mox, ſed praecipue, quod *tertia* diſerte adpelletur Joh. XXI: 14. ſcilicet, ſolennior, et Apoſtolorum, in unum congregatorum, coetui; reliquis, huic aut illi factis, non numeratis. Quales ante hanc ſi *duae* tantum fuerint, oportet illa ad mare intelligatur, cum ceteroquin, ſi in monte jam contigiſſet, non *tertia*, ſed *quarta* fuiſſet; ut facile intelligitur: duarum enim Hieroſolymis ſolennium, et Apoſtolorum collegio factarum, diſerta ſit mentio. Ceterum, quod non abs re fuerit notaſſe, manifeſtationes, quae in Judaea et Hieroſolymis acciderunt, conſiderandae ſunt, tanquam praeparatoriae ad illas in Galilaea, eo ſpectantes, ut ante de veritate reſurrectionis convincerentur Diſcipuli Chriſti, quam Chriſtus ſeſe in Galilaea revelaverit: ſicut et ipſe ante mortem Matt. XXVI: 32. et Angelus, ac ipſe mox poſt reſurrectionem, ibid. XXVIII. promiſerat, argumento, ibi demum, non in occulto, ut Hieroſolymis, ſed palam, et publice, id futurum eſſe, eo ſcopo, ut, jam convicti de Chriſto reſuſcitato, in Apoſtolatu confirmarentur, et uberius ejus naturae et ſcopi notitia inbuerentur: quae ratio eſt, cum, quare, nulla incredulitatis, aut ſigni veritatis reſurrectionis facta mentione, Chriſtus de rebus regni ſui tantum cum iis agat, uti ex Euangeliis conſtat, et Act. I: 3. expreſſe dicitur; tum, Galilaea ad id fuerit electa, quia ibi maxime verſatus erat Chriſtus, et locus tutior erat.

§. XCII. *Prior* itaque in Galilaea manifeſtatio, relate ad qualeſcumque ſuperiores, ab Euangeliſtis adnotatas, *ſexta*, ſed ad ſolenniores, in Apoſtolorum coetu, *tertia*, contigit, occaſione

occasione piscationis in mari Tiberiadis, et *septem* Christi discipulis, Joh. XXI. unice narrata, instar adpendicis euangelio adnexi, cum c. XX: 30, 31. historia censeri posset finita, sive a Johanne ipso, sive ab aliis, Johannis discipulis, ex ipsius relatione; quod aliquatenus dubium est, et controversum inter Doctos: de quo hic non est agendi locus, nec tanti refert, cum veritas narrationis in salvo maneat. Videntur autem Apostoli, de veritate resuscitati Christi jam satis convicti, in Galilaeam sese contulisse, ut monito Christi, cujus modo memini, obsecundarent, et Christum ibi sese manifestaturum exciperent: quod cum mox non fieret, nonnulli eorum ad suetum piscandi exercitium, quo sustentari solebant, redierunt, non sine singulari Dei et Christi directione, ut, sicut in initio vocationis suae, vivo Christo, ita et nunc, cum, Christo sublato, in muneris exercitium mitterentur, insignis capturae miraculo de successu muneris, in convertendis Gentibus, admonerentur, ac ad munus strenue urgendum excitarentur. Singularis tot piscium, nec vulgarium, sed magnae molis, captura, ad verbum Domini facta, eo omnino spectavit, ut gentium conversio, per euangelium, et spiritum Christi, iis ob oculos poneretur, sicut epulum, inde non tantum, *sed et ex cibo*, a Christo ipso parato, expinxit Gentium et Judaeorum conversorum unionem, Christique ac Apostolorum, tanquam ministrorum, laetitiam super eo. Ex quo simul elucescit, quam opportune Dominus subjunxerit Petri restitutionem in munere, quo censeri poterat per trinam abnegationem excidisse, post obtestationem Domini, et juramentum Petri, tribus etiam vicibus factum, respectu amoris Petri erga Christum, nec non praedictionem martyrii a Petro subeundi Christi causa; quod antea quidem promiserat, sed non praestiterat, nunc vero suo tempore id faceret, etiam simili mortis genere cum Christo adficiendus. Quo, ut constat, vers. 18. pertinet. De cujus inplemento postea in vita Petri agam.

§. XCIII. Altera in Galilaea manifestatio, ordine *septima*, vel publice et solennior *quarta*, contigit in *monte*, a Christo antea definito, Matt. XXVIII. et Marc. XVI. incertum ubi in Galilaea sito, probabiliter eodem, quo Christus antea fuit transformatus, vel glorificatus Matt. XVII. qualem sese et nunc, ex mortuis suscitatum, ac jam jam glorificandum, aliquatenus exhibuit, quare et Christum ibi *adorasse* leguntur, Matt. XXVIII: 17. Quod vero ibid. addatur, *nonnullos dubitasse*, illud non est capiendum, acsi de Christo resuscitato adhuc tunc dubitaverint, quod valde alienum foret, sed de *Christo* ibi praesente nondum persuasi fuerint, quippe paulo longius adhuc remoto, ita ut mox ipsum non cognoverint, quare mox subjungitur, Christum propius adcessisse, et cum ipsis locutum esse, ne minima incredulitatis facta mentione. Videntur et ibi tunc adfuisse *quingenti* alii, quorum meminit Paulus 1 Cor. XV: 6. cum nullus commodior tantae concioni praesenti locus adpareat, et mox ultima sequatur Apostolis facta adparitio. Hic quoque conclusit omnia, declarando, sibi, qua mediatori et Regi, jus et potestatem in omnia esse datam, et Apostolis injungit, ut regnum suum quaquaversum in mundo condant, discipulos per baptismum in nomen Patris, Filii et Spiritus S. inferant Ecclesiae, eosque, quicquid Christus unquam praeceperit, edoceant, et ad observandum obstringent, addito promisso praesentiae suae favorabilis ac potentis cum ipsis, qua Doctoribus, ad finem mundi usque, adeo ut ipsorum doctrina et institutio sola sit per omnia tempora auctoritatem habitura. Quem verum verborum Christi sensum probe observari velim. Addit Marc. XVI. signa miraculosa, quibus euangelium ipsorum confirmaretur

§. XCIV. Tandem, cum per quadraginta dies eos variis vicibus visitasset, notitia rerum ad regnum Dei pertinentium instruxisset, Act. I: 3. praecepit ipsis, in unum *congregatis* in monte oliveti, prope Hierosolymam, (hoc enim est συναλιζομένοις Act. I: 4. uti legi debet, et ab Hemsterhusio

ſio meo, notante quoque Wetſtenio ad l. c., jam obſervatum eſt,) ut Hieroſolymis maneant, donec Spiritu S., quo *baptizarentur*, ſecundum promiſſum Patris, a Chriſto ipſis datum, in ipſos effuſo, induantur, ſed de tempore, quo regnum Chriſti in ſummo ſuo vigore locum haberet in terra, parum ſint ſoliciti, cum tempora fixa, χρόνους, et opportuna, καιρούς, Deus ſibi ſolus reſervaverit. Ex quo ejus reſponſo, ni fallor, clare eluceſcit, Apoſtolos in quaeſito ſuo non terreſtre aliquod regnum, ſecundum Judaeorum opinionem, ſed verum Meſſiae regnum, in ſummo vigore, intendiſſe. Quo facto, in coelum de monte ſublatus eſt, ipſis inſpectantibus, oculiſque eorum nube eſt ſubductus: ipſi vero de ejus adſcenſione in coelum, et reditu ſub finem demum ſeculorum ad judicium, per duos, coruſca veſte fulgentes, angelos, ſub ſpecie virorum, admoniti, Hieroſolymam diſceſſerunt, ibique ad praeſtitutum tempus morati ſunt, Luc. XXIV. fin. et Act. I.

§. XCV. Reſtant, ad hiſtoriam vitae Chriſti abſolvendam, circumſtantiae temporis ultimae paſſionis, ſeu *mortis*, ejus, per partes adcuratius deſcribendae. *Annus*, ex noſtra ſententia, a Roberto Bacone Anglo, Sec. XIII. inſigni mathematico, jam propoſita, et ab Uſſerio, Pearſono, aliiſque adoptata ac confirmata, eſt Tiberii 19*nus*, *AEr. Vulg.* 33*tius*, Period. Jul. 4746. Cujus ſequentes ſeſe offerunt characteres. 1. Pilatus ann. ſequente eſt, ut conſtat, a Vitellio, Syriae Praeſide, munere privatus. 2. Cum in publicum Chriſti munus *tria* tantum inciderint paſchata ante emortuale, ipſeque cum *primo* inceperit, adeoque ab initio ad finem tres, et quod excurrit, anni fluxerint, ſponte ad hunc annum, ſecundum ſupra diſputata de initio muneris Chriſti, delabimur: uti facile patet. 3. Plenilunium, quo Chriſtus crucifixus eſt, fuit enim paſcha, in diem Veneris cadit hoc anno, quem ſignavi, nec recidit in eum niſi ann. aer. Vulg. 35*to*; qui poſterior cum huc non quadret, per modo memoratas rationes, priori locus dandus

est, quia die *Veneris*, ut mox patebit, mortuus est. 4. Nescio num addere liceat, deliquium solis, a Phlegonte, liberto Hadriani, memoratum a. IV*to* Olymp. CCII. in hunc annum convenire: de quo postea.

§. XCVI. De Mense Nisan, qui partim Mart., partim April., respondet, cum constet ex Paschate, *Dies*, quo captus et crucifixus est, fuit dies Veneris, seu feria Hebdomadis *sexta*, quae vulgatior fuit per omnia secula opinio. Incidit enim 1. in illum hoc anno plenilunium, et 2. παρασκευὴ *parascheve* Sabbati adpellatur Marc. XV: 42. diei Veneris certissimum criterium: a quo non discedit Joh. XIX: 14. phrasis *parascheve paschatis*; quippe quae non praeparationem *ad* pascha, sed *in* illud incidentem, adeoque *ad sabbatum* festi, uti est v. 31, denotat. Nec obstat, quod tunc *triduum* nequeat censeri in sepulchro trivisse, cum *tertio* die resurrexerit, qui dies Solis fuit, de quo mox. Fuit itaque *primus* dies *azymorum*, seu 15*tus* Nisan, quo crucifixus est, postquam agnus paschalis vespera diei 14*ti* esset comestus, quae cum ad diem sequentem pertineat, a vespera quippe incipientem, hinc *primo* die azymorum dicitur id fecisse Marc. XIV: 12. Comedit autem Christus una cum Judaeis proprio die secundum legem, cum Euangelistae de eo, tanquam ordinario, loquantur Matt. XXVI: 2, 12. et Marc. XIV: 12., nec probabile sit, Christum, legis observantem, alio die sumturum pascha, quam debebat; quod etiam vix poterat, cum *agnus* in Templo esset instar sacrificii mactandus, nec etiam illa violatio legis ipsi fuerit objecta a Judaeis. *Epulum* vero, Joh. XIII: 1. memoratum, *ante festum*, non est paschale, sed ei proxime praemissum; uti supra observavi. Sed quid tum fiet loco Joh. XVIII: 28. ubi Judaeorum Proceres dicuntur praetorium non ingressi, *ne polluantur*, *ut edant pascha?* Nihil aliud inde colligi potest, quam illos, pro sua autoritate, unum diem illud distulisse, ut judicium Christi eo citius exsequerentur. Plura de hac quaestione, num Christus ordinario die

die cum Judaeis comederit pascha, nec ne, quae Doctos exercuit, et in partes scidit, dixisse nihil adtinet.

§. XCVII. *Horae* diei istius cum adcurate ab Euangelistis fuerint adnotatae, de illis quaedam supersunt dicenda. Nocte, inter quintam et sextam feriam, diei sextae, seu Veneris, 14*tae* Nisan, adnumerata, captus in horto, ac ad aulam Cajaphae abductus, ibique a Synedrio damnatus, *primo* mane in ordinarium Synedrii locum in Templo deductus, solenniter, confirmata superiore Sententia, morti crucis, a Pilato infligendae, addictus, eoque fine ad ipsum translatus est, Matt. XXVI. Marc. XV. Deinde cum hora *tertia*, quae est nostra, uti notum, *nona*, legatur crucifixus Marc. XV: 25. totus processus criminalis coram Pilato intra illud tempus oportet fuerit finitus. Joh. XIX: 14. quidem legitur, definitivam a Pilato pronunciatam fuisse sententiam hora fere *sexta*; sed vitio librarii pro *tertia*, uti nonnulli Mss. praeferunt, et Petrus Alexandrinus, Sec. IV. scriptor, in exactioribus exemplaribus, ipsius quoque Joh., ut putatur, autographo, reperiri testatur, Vid. Mill. N. T. Usser. ad Epist. Ignat. c. 11. Pfaff. Var. Lect. N. T. c. II. Cl. Wesseling, de Euang. ab Anastasio non vitiatis c. II. Ipse Beza ad Marc. adprobat. Sunt quidem, qui lectionem receptam retinent, et alia ratione cum Marco conciliant, ita ut *tertia*, *sexta*, et *nona* horae totidem *trihoria* contineant, sed sine fundamento. Deinde ab hora *sexta* ad *nonam*, seu duodecima ad tertiam pomeridianam, tenebrae incubuerunt terrae, Marc. XV: 33. Matt. XXVII: 45. Luc. XXIII: 44. Quando ipsa illa hora *nona*, seu tertia pomeridiana vix finita, spiritum efflavit Christus, adeoque circa sacrificium vespertinum. Denique, circa vesperam istius diei Veneris sepulchro est conditus; die seq. *Saturni* requievit in eo, qui dies *Sabbati*, ob festum paschatis, epitheton *magni* gessit Joh. XIX: 31. forte quod majore sanctitate et celebritate fuerit observatum. Quo finito, et primo die septimanae, qui est *Solis*, adlucere incipiente, resurrexit.

Qui ergo fuit *tertius* paſſionis et mortis dies: incepit enim die Veneris, duravit die Saturni, et finita eſt die Solis. Cum vero *tres poſt dies* legitur reſurrecturus, illud de *tertio* die eſt capiendum, uti Matt. XVI: 21. diſerte dicitur, perinde quo diei illius ſpatio; ſive in ejus initio, medio, aut fine; quod a ſtilo loquendi non abhorret, minus, ubi dies a veſpera, uti apud Judaeos, incipit: habemus itaque duos dies, Saturni cum nocte praecedente, et Solis, nec *tertius* longe eſt quaerendus; cum die Veneris jam primo mane fuerit per ſententiam Judicialem morti adjudicatus, adeoque pro mortuo quaſi habitus, et eodem die ante veſperam ſepultus. Quae latius in ſermonibus Belg. ad Matt. XVI: 40. expoſui.

§. XCVIII. Inter monumenta exterorum de Chriſto, ejuſque vita, vel morte, teſtantia, de quibus non abs re fuerit, finita hiſtoria Chriſti, ſtrictim diſſeruiſſe, primum ordine temporis locum ſibi vindicat commercium Epiſtolarum Chriſti, et reguli cujuſdam Edeſſeni in Meſopotamia, ſive Abgari adpellandi, uti contendit Ez. Spanhem. Num. Diſſ. II. ſive Agbari, quod inter alios placet Vales. ad Excerpt., ubi de regibus nonnullis ejus nominis agit; quod exhibet Euſeb. Hiſt. Eccleſ., l. I. c. 13, ex ipſis archivis Edeſſenis, cujus etiam meminit Procop. de Bell. Perſ. l. II: 12. unde patet, illud eo tempore inter Edeſſenos fuiſſe vulgatum, qui urbis invincibilitatem, in promiſſo Chriſti, tunc, ut putabatur, facto, fundarunt: imaginem Chriſti *θεοτευκτὸν*, *non manu* factam, ab eo ad regem eſſe miſſam praeterea additur, uti memoravit Evagr. H. E. l. IV. Rex aegrotans, ut Epiſtolarum argumentum ſummatim referam, teſtatur, ſe ex miraculis Chriſti auditis collegiſſe, eum eſſe Deum, aut Dei filium, petere ab eo ſanationem, et promittere regni communionem. Chriſtus, litteris reſpondens, *beatum* illum praedicat, quod crediderit, *licet non viderit*, *ſicut ſcriptum eſt*, promittitque, ſe, poſt adſcenſionem ſuam in coelum, diſcipulum miſſurum, qui regem ſanet. Refertur

tur porro, eum in locum venisse Thaddaeum, unum e 70 discipulis, quorum mentio est Luc. X., missum a Juda, dicto Thoma, Apostolo, eumque per miracula innotuisse regi, et ab eo accersitum regi sanitatem reddidisse. Quo rex permotus declarasset, se Judaeos Christicidas puniturum esse, si Romanos non metueret.

§. XCIX. Additamento, de urbis invincibilitate promissa, et imagine faciei Christi, cujus Euseb. quoque non meminit, quodque Procopius in dubium vocat, seposito, et rejecto, quippe nimis superstitioso, et ab antiquis temporibus, ac Christi regno, alieno, cujus Historiam facete composuit, et refutavit, Beausobre in Bibl. German, tom. XVIII. non desunt inter ipsos Protestantes, qui de Litteris Agbari et Christi non male sentiunt, uti Cave in principio Hist. Litt. et Grabe in spicileg. Patrum, ne de Eruditis Catholico-Romanis, ut Valesio et Tillemontio, dicam, nimia erga antiquitatem Ecclesiasticam ducti reverentia. Praefert utique haec historia falsitatis indicia, nimis clara, quam ut sese alicui, in re critica non hospiti, aut a praejudiciis libero, adprobare possit: quorum praecipua adtingam. Ne altum hujus rei silentium in historia euangelica, licet haud nullius momenti, cum singulare sit factum, urgeam, 1. nimis multa et magna hic concurrunt paradoxa, quam ut pro veris haberi queant, aut concoqui: ex. gr. quod rex mox ex miraculosis Christi sanationibus sponte sua collegerit, eum esse *Deum*, aut Dei filium, quodque cum ipso, qua tali, voluerit regnum suum exiguum communicare, quod non statim Christus sanaverit absentem, sicut alias subinde fecit, sed ad tempus adscensionis suae distulerit, denique regem mox beatum praedicaverit, et pro fideli agnoverit. 2. Miracula hic recensita ex Matt. XI., verba Christi, quibus *beatus pronunciatur* rex, quod *crediderit*, et *non viderit*, ex Joh. XX: 29. manifeste desumta sunt; et scriptis Euangeliis posteriora. 3. Nullus fuit inter Apostolos Judas, *Tomas dictus*, Judas quoque et Taddaeus non sunt diversi, sed unus

[illegible] chronologiae repugnat hic [illegible] legitur ann. aer. Edeff. 340., [illegible] cui refpondet annus 15 [illegible] cum munus nondum inceperat, [illegible] ex Luc. III. et fententia Ve-[illegible] *uno* tantum anno minifterii Chrifti. [illegible] narrationis nihil mihi conftat: [illegible] aliquem Chrifti, Edeffae euangeli-[illegible] per miracula innotuiffe regi, eumque [illegible] convertiffe. Num narratio Jofephi de [illegible] rege, cum matre Helena Judaicam [illegible] cujus fupra fuo loco memini, in hifto-[illegible] dederit, quod autor Bibl. Ital. [illegible], qui ipfi Eufebio, tanquam autori, tri-[illegible] loco. Utique non defuerunt inter Ve-[illegible] putarunt fuiffe Chriftianam; quem er-[illegible] gavit Cl. Weffeling Obf. l. I. c. 9.

[illegible] illuftre de Chrifto teftimonium Jof. Ant. [illegible] quod Cl. Fabric. in *luce Euangelii* etc. c. II. [illegible] var. lect. e Cod. Caefar. recenfuit, additis [illegible] multis, et excerptis, cum autorum de eo tef-[illegible] Verba Jof. haec funt. *Eo etiam tempore fuit Je-[illegible]; fi tamen virum eum adpellare fas fit, fuit [illegible] operum effector, magifter hominum, qui verum [illegible], multofque Judaeos, multos etiam Gen-[illegible]. Hic erat Chriftus. Quem cum Pilatus, [illegible] primis delatum, crucis fupplicio addixiffet, [illegible] non defierunt, qui prius amarant. Adpa-[illegible] die redivivus; divinis vatibus haec, et mul-[illegible] effatis: itaque ab eo denominata Chrif-[illegible] ad hunc ufque diem.* Sitne haec peri-[illegible], a Jof. profecta, an ei a Chriftiano ali-[illegible] parte, inferta? longa eft inter Doctos, [illegible] difputatio, dum plurimi recipiunt, [illegible], Grotius, Voffius, Valefius, Hue-tius,

tios, alii multi rejiciunt, praeeuntibus Blondello de Sybillis, et T. Fabro, uti Montacutius, Cappellus, alii; pauci interpolatam censent: quibus postremis sese adjunxisse forte tutius fuerit. Testimonium utique nimis est magnificum, et laudabile, quam ut a Josepho censeri possit profectum, nisi, quod a vero longe abest, quis eum pro Christiano habendum esse velit: quod cuique facile in oculos incurrit. Praeterea, a serie narrationis illud omnino abhorret, cum *mala* ibi narret Jos., quae Judaeis sub Pilato evenerunt, et quidem talia, quae Judaeos in Pilatum irritarunt, adeo ut inde orta fuerit seditio. Accedit, in loco parallelo de B. Jud. l. II: 9., ubi eadem narrantur mala, hanc desiderari pericopam, licet et ibi fuerit inserta in nonnullis Cod. Denique aliquod creare ei videtur praejudicium, quod nemo ante Euseb. non tantum ejus meminerit, sed in primis Origenes contra Cels. l. I., qui testimonium Josephi de Johanne Baptista memorat, et de Jacobo Apostolo non sine admiratione, nullam hujus de Christo mentionem fecerit, non neglecturus, ut videtur, si eo tempore jam in libris Jos. fuerit lectum. Cum tamen ab altera parte vix probabile fiat, Josephum, qui Johannis baptistae et Jacobi meminit, ne verbum de Christo tradere, percipi quoque vix poterit, nullum exstare Jos. codicem eo *destitutum*, si variantes tollantur lectiones, ab ea non sum alienus opinione, Josephum quidem hoc loco memoriam Christi fecisse, sed ita ut mali, quod Judaeis tunc contigit, conspectum aliquem gerat, quatenus cum Pilato tunc commissi fuerunt, nec eum ad Christum crucifigendum, nisi seditiosis clamoribus, compellere potuerunt. Quae autem ab eo profecta sunt, quaeve inserta a Christiano, adcurate definiri nequeunt: quare illud in medio relinquo.

§. CI. Pergamus ad alia de Christi morte, et nonnullis circumstantiis, in historia Euangelica memoratis, testimonia. Christum, *Tiberio inperitante*, *per procuratorem Pontium Pilatum supplicio fuisse adfectum*, tradit Tacitus Ann. l.

XV. Mortem Christi fuisse per daemones publice proclamatam, cum ingente luctu super regni tenebrarum destructione, nonnulli volunt, qui dictum, *Magnus Pan mortuus est*, cujus Plutarchus de *oraculorum defectu* meminit, eo trahunt, sed fabulosum esse jam observarunt Docti, uti Dalenius, de ea materia agens, et Moshemius ad Cudwort. Syst. Intell. c. IV., qui non male advertit, Germanicum, artibus Tiberii occisum, per Panem esse intelligendum, et fabulam ab amicis Germanici esse, ad invidiam Tiberio faciendam, adornatam. Majoris est, *tenebrarum*, quibus terra circa mortem Christi fuit, teste Historia Euang., obscurata, mentionem fecisse censeri, praeter Thallum, quoque Phlegontem Trallianum, libertum Hadriani, cujus verba in Chron. Euseb., secundum Hieronymi versionem, sunt; *magna et excellens inter omnes, quae ante eam acciderant, defectio solis facta: dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stellae in coelo visae sint: terraeque motus in Bithynia Nicaeae urbis multas aedes subverterit.* Tertullianus quoque in Apolog. c. 21. adfirmat, *Romanos eum mundi casum relatum in arcanis* (archivis) *habere.* Origenes, qui contra Cels. l. II. ejus etiam meminit, alibi tract. XXXIV. in Matth. tradit quidem, Phlegontem non significare, *in plena luna id esse* factum; sed Julius Africanus apud Syncell. contrarium adserit, dicens, accidisse ἐν πανσελήνῳ, et Thallo adtribuit, quod Orig. l. c. tradit. Praeterea Africanus ibid. refert, defectum illum solis factum fuisse Olymp. CCII. ann. *2do;* quod etiam Euseb. habet, Dem. Euang. l. VIII. et Hieron. ad Dan. X., sed Eus. in Chron. anno *5to* Ol. CCII. adligat; variat vero Afric. apud Syncell. in Chronogr., et Joh. Philoponus de *creatione mundi* l. II. in ann. *4tum* confert: cui annus mortis Christi, supra traditus, convenit.

§. CII. Narratione ortus, vitae et exitus Christi ad finem perducta, mox ad Ecclesiam, super ipso et ab ipso fundatam, cujusque doctor, servator, rector et judex solus est supremus, adeoque merito *Christianam* adpellatam, per-

gere

gere possem: sed, quod mihi volupe est, et Christiano lectori forte nec ingratum nec inutile erit, summae ejus excellentiae, seu personae ejus, et veri ejus conspectus, summas ex scriptis Euangelistarum ac Apostolorum strictim duxisse lineas, non abs re fore, visum est. Sistitur utique nobis in Script. S. tanquam credentibus *eximius*, *et summe aestimabilis* 1 Pet. II. *pulchrior filiis hominum*, et *unctus supra consortes* Ps. XLV. major et excellentior Angelis, Mose, et Sacerdotibus, quod Apost. in Ep. ad Hebr. fusius et ex professo exsequitur: *unus e mille* Job. XXXIII. nemini secundus Jer. XXX: 21. *unicum Ecclesiae fundamentum* 1 Cor. II. *unus Mediator Dei et hominum* 1 Tim. II., *nomine supra omne nomen* ornatus, Phil. II. *unum nomen sub coelo per quod salvatur, quicquid salvatur* Act. IV. *effulgescentia gloriae Dei, et character hypostaseos* ejus Heb. I. seu *imago Dei invisibilis* Col. I., gloria itaque Dei, lux gentium, salus mundi, instaurator omnium, intercessor et advocatus credentium potentissimus, supremus Dominus et Rex, unicum Ecclesiae, corporis quasi ejus, caput, Judex Universalis, *cui omnis potestas data est in coelo et terra* Matth. XXVIII. *omne judicium* Joh. V. religionis verae principium et finis, *filius denique Dei unigenitus*, et omnis creaturae primogenitus Joh. I. Col. I. in quo Deus acquiescit, quemque audiendum vult, Matt. III. Joh. XII.

§. CIII. Contemplemur itaque in genere *personam* ejus, verumque ejus conspectum pandamus, dein in specie eum ob oculos ponamus, tanquam prophetam, sacerdotem, regem, ac summum bonum, nostrum. *Personae* respectu est *Deus in carne manifestatus*, 1 Tim. III. *sermo Dei caro factus* Joh. I., filius Dei et hominis, caro seu homo ex virgine natus, simul et *spiritus*, seu *Deus benedictus* in secula Rom. I, IX. Quae unitio divinae et humanae naturae, sicut mysterium est, adorandum magis quam mentis nostrae acie penetrandum, (est enim tam arcta, ut divina in humanam influat, et ejus acta ac passiones sibi tribuat, et sum-

mum iis addat, seu divinum, meritum, simul eam divina vestiat gloria, seu in ejus communionem recipiat, cujus respectu est Filius Dei, effulgescentia gloriae ejus, et in forma Dei existit, ita ut rapinam non ducat, Deo esse aequalem, etc.) ita Christum hominem summa excellentia et dignitate supra creaturas ornat, omnibusque Spiritus S. donis sine mensura replet, Jes. XI. nec non dignum aptumque praestat *mediatorem Dei* et *hominum* 1 Tim. II. Qualis cum vere sit, ut personae ejus conspectum, in eo situm, pandam, a nobis considerandus est, tanquam 1. singulare *bonitatis* Dei erga homines et *sapientiae* effectum, ac signum. Qua Mediator enim, sicut Deum et hominem habet in se unitum, ita Deum, qua peccatorum justum et sanctum vindicem, reddit placatum, simul hominem cum Deo unit: quatenus gloriam sanctitatis et justitiae, per humani generis lapsum et defectionem, obscuratam, vel sublatam, Deo obedientia sua perfecta ad mortem crucis usque, reddit ab una parte, et ab altera imaginem Dei in homine restituit, eumque ad Dei communionem revocat, et transfert, 2. tanquam instaurator omnium, quatenus hominem, fide secum unitum, in pristinum integritatis statum, quo exciderat, reducit; statum puta imaginis Dei et communionis cum eo, quo Deo glorificando, ac aeternae felicitati haereditandae, aptus est. 3. Denique eo respectu et nomine est, a. summae Dei bonitatis et charitatis erga homines miseros et peccatores, ac sapientiae admirabile specimen Joh. III. Col. II. b. Virtutum Dei perfecta in terra imago, exemplarque summum, ab hominibus imitandum 2 Cor. III, IV. et ubique, c. fundamentum et centrum viarum Dei, respectu hominis Eph. I. Viae enim Dei, cum pro scopo glorificationem ejus in homine habeant, in Ipso recumbunt, dum efficit, ut Deus scopum adsequatur, hominem cum eo reduniens, aptumque ad eum glorificandum reddens d. Amoris et acquiescentiae Dei objectum summum, Matt. III. et saepe apud Joh. Denique e. objectum fidei nostrae, et

spei

spei fundamentum, per omnia tempora, totius quoque OEconomiae legalis *scopus* et *fundamentnm*, prophetiarum quoque argumentum praecipuum, Rom. X. 2 Cor. III. Matt. XI. et in Ep. ad Hebr. ubique.

§. CIV. Vertamus nunc in specie oculos ad Christum, qua prophetam, pontificem, et regem, et summa hac parte excellentia ejus nobis clarissime adparebit. *a.* Summus est *Propheta*, Mosi non tantum in multis similis Deut. XVIII. qua doctor et legislator nomine Dei, mediator quoque et novae oeconomiae conditor, sed in omnibus illis eo major et melior Heb. III. omnium quoque prophetarum antitypus, scopus et complementum, ad quem usque Lex et Prophetae Matt. XI. De quo qui convinci cupit, 1. ad personam ejus, et dona Spiritus S., quibus sine mensura gavisus est, adtendat, 2. muneris prophetici ejus excellentiam ac dignitatem advertat *a.* respectu *doctrinae* ipsius, quae praestantissimas, salutares, summeque necessarias complectitur veritates, eo nomine dignas. Quarum summa est, unum esse Deum Patrem, ex quo sunt omnia, et Filium ac Spiritum S. ex ipso, ac cum ipso ejusdem divinitatis, Deum porro unum illum infinite sapientem, potentem, justum, aequum ac bonum, unicum totius Universi Creatorem, conservatorem, rectorem, ac Judicem supremum: Jesum esse *Filium* Dei, ac promissum Messiam, unicam salutis causam meritoriam, per obedientiam Patri ad mortem crucis praestitam, ejusque ac Patris Spiritum esse omnis boni moralis ac spiritualis supremam causam effectricem, salva hominis libertate. Vitam dari aeternam ac inmortalem hominis in anima et corpore, omnibus gratis concedendam, qui cognoverint theoretice et practice, in vera fide per charitatem et bona opera actuosa, unum illum Deum, et quem misit Jesum Christum, Joh. XVII: 3. Deum vero, ejusque obsequium, culpa sua ignorantes, ac negligentes, euangelio autem, ipsis notificato, non obedientes, manere aeternas poenas, secundum cujusque

meritum infligendas, 2 Thess. I. Rom. II. et ubique. Denique Deum in spiritu et veritate, seu animo sincero, esse adorandum ubicunque locorum, pie, juste et abstinenter, vivendum, Deum toto animo, et proximum ut se ipsum, amandum, virtutes qualescunque, etiam sociales, animo inpressas, opere ipso exercendas, etc. Matt. V—VII. et ubique, β. respectu originis doctrinae, quippe ex se, et vi unionis cum divina natura, sibi a Patre inmediate revelatae, Matt. XI. Joh. VIII. et alibi saepe, γ. relate ad modum docendi cum gratia et efficacia, sine ulla vi aut coactione, externe et interne per Spiritum S. δ. Addatur confirmatio per vitam, sine defectu, exemplarem, et signa miraculosa, ac martyrium. ε. Denique muneris ejus universalitas, perpetuitas, infallibilitas, et autoritas, non negligatur, ita ut omnium doctrinarum aliarum hujus generis sit unica, et universalis per omnia tempora, norma, absque ut alicui liceat, cujuscunque sit autoritatis, vel dignitatis, aliam praescribere, aut doctoris, sive legislatoris, conscientiam obligandi cum potestate, personam sibi adrogare Matt. XXIII. 1 Cor. III et XIV. ac saepe alibi. Sunt enim omnes, Christi respectu, fratres et discipuli, omnes aequales.

§. CV. β. Idem ille *Pontifex* est summus, universalis, perpetuus in aeternum, et omni parte perfectus, ac excellentissimus. Est utique 1. omnium legalium sacerdotum antitypus, qui peccata vere expiat, quae legales tantum typice, et ea quoque ipsa, quae legales expiasse censebantur, Hebr. IX: 15. adeoque ad quem, et propter quem, omnes illi constituti fuerunt, uti in Ep. ad Hebr. docetur, 2. omnium peccatorum, et per omnia tempora commissorum, expiator, simul omnis benedictionis largitor, 3. qui [illegible] una vice, unam per oblationem, omnia, [illegible] cum vita aeterna inpetrata, 4. idque pro[illegible] se per Spiritum aeternum offerendo, [illegible] IX: 14. et X., 5. solus praeterea est Pontifex, sine

sine sociis, simul 6. misericors, qui miserias nostras expertus novit, omnesque defectus replere et tollere potest. Denique 7. universalis et perpetuus, et in coelo consummatus, qui, expiatione peccatorum in terra facta, ad dextram majestatis Dei sedet in coelo, Heb. I: 3. et *intercedit* pro suis, Rom. VIII. Heb. V, IX, X. et ubique. γ. Nec Pontifex tantum est, sed simul *Rex*, per Melchizedecum expictus, et Dominus, verus Rex regum, et Dominus dominorum Ap. XIX. qui mundi quoque est gubernator, et judex universalis, sed in specie Ecclesiae rex et caput, qui 1. credenda et facienda praescribit, cum autoritate suprema, 2. promissis et minis sancit, simul 3. inplet potentissime 4. vires quoque ad officia facienda suppeditat per Spiritum suum, quo scilicet media et rationes moventes tanta cum efficacia ad animum adplicat, ut effectum sortiantur. Denique Rex est, sicut sapientissimus, justissimus, et aequissimus, ita potentissimus, cui omnis in coelo et terra est potestas data Matt. XXVIII. qua omnia sibi subjicere potest Phil. III., rex quoque universalis, et summae autoritatis, cujus propria sunt fideles possessio, cui omnia debent, quae habent et exspectant, simul ad omnia sunt obstricti officia, cujus gloriae et voluntati omnia, etiam carissima, vitamque propriam consecrant. Sunt enim credentes a *Patre* ipsi dati, ac in regnum ejus translati Joh. XVII. Coll. II., ab ipso etiam emti et redemti sanguine suo pretioso Act. XX. 1 Cor. VI. qui etiam, pacto inito, sese sponte in fide et charitate ipsi tradiderunt docendos, ducendos, ac salvandos, adeoque ipsi fidunt, ad ejus exemplum sese conformant, sese abnegant, crucem ejus ferunt, et eum ducentem sequuntur, Matt. X et XVI. Joh. X. ac saepe alibi.

§. CVI. Talis tantusque cum Jesus Christus sit, Filius Dei et Messias, mediator Dei et hominum, summus propheta, sacerdos, et Rex, etc. sponte sua elucescit, *communionem* fidelium cum ipso connexam esse cum *summo bono*,

feu cum Deo, huic quippe subordinatam, et inservientem ac eam adferentem, ita ut communio cum Christo sit cum Deo, summo bono, hominisque salute ac felicitate in aeternum duratura communio Joh. XVII. 1 Joh. I, V: 20. et alibi. Est vero illa cum Christo singularis et arctissima, omnique parte plena, quippe complexa 1. naturae conformitatem, quatenus ipse nostram adsumsit, et nos ipsius imagini sumus conformes, et ita naturae divinae participes Rom. VIII. Gal. II et IV. 2. mutui juris in dona, merita, et bona participationem; qua quicquid Christi est nostrum fit, et quicquid nostrum est ipsius. Est utique nobis factus sapientia, justitia, sanctitas, et redemtio 1 Cor. I. ipsumque *induere* dicimur Rom. XIII., nos ejus sumus peculium et propria possessio, etc. 3. Operationem in mutua commoda, uti Christi ad salutem credentium, et eorum ad ejus gloriam, et regni propagationem. Denique 4. operationem quoque in se invicem, quatenus in credentibus *vivit* Christus, et operatur per Spiritum, Gal. II: 20. Joh. VI., illi rursus in fide ejus, in nomine ejus omnia agunt, et ex ipso hauriunt gratiam pro gratia. 5. Postremo mutui amoris et intimarum adfectionum participationem, dum Christus in ipsis acquiescit, et amorem suum in animos eorum effundit, illi rursus ipsi fidunt, in ipso delectantur et gloriantur. etc.

§. CVII. Cum vero omnes ita cum Christo uniti, fideles et sancti, communionem cum eo habeant et exerceant, sponte sua sequitur, eos secum invicem quoque similiter esse conjunctos, et communionem exercere per mutuam fidem et charitatem, sibique mutua charitatis debere ac praestare officia, quatenus unius *corporis* Christi mystici membra sunt, 1 Cor. XII. 1 Joh. I. absque ut in se invicem aliqua potestate aut superioritate, et autoritate, polleant; cum omnes sint fratres, et discipuli, qui unum habent communem Patrem, et Doctorem, ac ductorem, Christum; omnes itaque aequales, et sui juris, seu liberi, a solo Christo depen-

dependentes, ad sola charitatis, et mutui auxilii, officia obligati, Matt. XXIII. Joh. XVII. 1 Cor. XII, XIV. et alibi saepe. Ex quibus, ita cum Christo et secum unitis, cum *Ecclesia*, qua corpus Christi, constet, facile elucescit, illam per se, et vera sua natura, consideratam, esse *multitudinem hominum resipiscentium, fide et charitate cum Christo, ut capite, et secum invicem, ut membris, arcte devinctorum, eamque unionem data occasione externe demonstrantium, per mutua fidei et charitatis officia.* Cujus Ecclesiae *materiam* constituunt Christus, qua caput, et veri credentes, qua membra; *formam interiorem*, seu essentiam Ecclesiae, interior fidei et adfectus *unio*, quae Christum ac credentes arctissimo inter se vinculo constringit, ita ut bonorum ac officiorum inter ipsos sit *communio:* formam denique *exteriorem*, quae exterior ejus est manifestatio ac facies, *fidei et charitatis* publica demonstratio: quae communio adpellatur *externa*, et interioris est repraesentatio, cum per fidei confessionem, tum verbi Euangelici, et Sacramentorum, a Christo institutorum, exercitium, quo se credere in Christum, simul jus suum in bona spiritualia Christi, palam demonstrant, cum res illae externae signorum habeant, ac sigillorum, conspectum. Arcte exterior forma cum interiore ita cohaeret, ut illa sine hac Ecclesiam non faciat, haec sine illa subsistere queat, si occasio eam exercendi deficiat, alias necessario requiritur, cum sit interioris manifestatio. Praeterea, cum exterior etiam indui possit ab hypocritis, simul seorsim considerari, hinc est, quod *Ecclesia externa* adpelletur, quae veros et fictos credentes comprehendit. Quae omnia fusius exposui et demonstravi in lib. Diss. S. lib. II. c. 19 et 20. Denique dividitur haec Ecclesia externa in *universalem*, et *particulares* societates, quae simul sumtae universalem constituunt per orbem Ecclesiam, sed seorsim consideratae ejus *partes* sunt. Quae particulares singulae constant ex hominibus fidem Christianam professis, qui, societate inita, in uno loco religionis Christianae partibus se-

cum invicem defunguntur, et sibi mutuo auxilium praestant, ad mutuam instructionem et consolationem, ordine decente, quo aliqui in precibus, et verbi Dei adnunciatione, ac sacrorum rituum administratione, praeeunt, reliqui se instrui, et dirigi, patiuntnr, salva libertate, et proprio usi judicio, quo omnia explorant, et bonum retinent. Quae particulares societates, magnae parvae, sua natura independentes, per mutuam confoederationem si sese conjungant, magnam et unitam constituunt Ecclesiam, et sibi invicem aliquatenus subordinatae sunt. De quo hic non est disserendi locus.

§. CVIII. Ceterum partes Ecclesiae, si eam hoc intueamur oculo, sunt aliae *essentiales*, aliae *accidentales*. Prioris generis sunt doctrina, cultus religiosus, regimen, voce latius sumta, et minore emphasi, cum disciplina, et vita ac mores: quae, prout magis minusve conformes sunt Christi ac Apostolorum institutioni, Ecclesiam magis minusve puram et Christianam constituunt. Posterioris vero sunt, relate ad ipsam Ecclesiam, splendor ac pax, opposite ad lites et turbas per schismata aut haereses, sed relate ad mundum, decrementum aut incrementum, respectu propagationis, tranquillitas aut persecutio fidei et religionis causa. Secundum hunc itaque ordinem tractatio nostra erit instituenda, posteaquam Ecclesiae Apostolicae, sic dictae, praemiserimus notitiam. Cum enim illa, quatenus ab Apostolis est ordinata, censeri debeat purior, pro norma haberi potest, ad quam sequentium temporum Ecclesiae conformandae sunt, et secundum quam de illis judicandum est. Porrigit autem ea periodus sese a Christo exaltato, seu Spiritu S. effuso, festo Pentecostis, usque ad finem Neronis, seu exitum Apostolorum, maximam saltem partem, uno alterove forte excepto, ut de Johanne constat.

HISTORIA ECCLESIAE PRIMAEVAE, SEU APOSTOLICAE.

§. CIX. Quam antequam adgrediar, notitia danda est Scriptorum Apostolicorum, quae hac periodo prodierunt, cum illa unicam constituant credendorum et faciendorum normam, et ex illis notitia Ecclesiae maxime petenda sit. Sunt vero ea vel Historica vel doctrinalia, quae *canonem*, sic adpellatum, librorum N. T. absolvunt. Apocalypsis enim Johannis, unus liber Propheticus, canonicus licet, ad hanc periodum non pertinet. Historica sunt Euangelia quatuor, et Actus Apostolorum: doctrinalia, sive theoretica sive practica, Epistolae Pauli, Jacobi, Petri et Judae, nam Johannis hujus quoque non sunt periodi. De quibus itaque hic differendum est, quantum scopo sufficit, breviter. *Euangeliorum*, quae quatuor habemus, cum argumentum in historia vitae Christi exhibuerim, de *autoribus*, duobus Apostolis, Matthaeo et Johanne, duobus quoque discipulis, dictis Euangelistis, Marco et Luca, postea suo loco acturus sim, paucis defungar observatis. Quorum 1. *primum* est, euangelia nostra sero esse conscripta, alia circa finem periodi, alia ea jam finita, uti de Johannis constat, et de Marci probabile est. Quae thesis rationibus haud exigui ponderis *nititur*. *a.* Primam suppeditat tempus scripti euangelii Lucae, quippe quod omnium primum fuisse videtur; uti ex ejus prologo colligi potest. Praeterquam enim quod nullo indicio prodat, se genuina, et omni parte vera, vidisse euangelia, haud una ratione significat, Matthaei aut Marci sibi non fuisse nota. *α.* enim narrationes vitae Christi, quae exstabant, minus fuisse exactas minusque certas, haud obscure arguit, *β. Multos* ubi dicit id adgressos esse, duos illos in oculis censeri nequit habuisse, *γ.* Distinguit porro eos ab Apostolis et veris euangelistis, ubi, opposite ad eos scriptores, dicit, ἡμῖν *nobis visum* est etc. veris scilicet Apostolis et euangelistis. *δ.* Adtribuit quoque αὐτόπταις *testibus*

 oculatis

oculatis veram παράδοσιν traditionem, opposite ad Scriptores alios. Lucas autem euangelium suum litteris non consignavit, nisi postquam Paulus prioribus vinculis jam solutus esset, quod a. AEr. Vulg. 62. Neron. 9no contigit, uti postea patebit; uti ex eo colligitur, quod Acta Ap. tunc demum scripta sint, quia eo usque tantum procedunt, et unum cum Euangelio volumen antiquitus constituerint, quare *Acta* quoque nomen *Lucae* in fronte non gesserunt. *b*. Cum Paulus in Epistolis suis nusquam scripti euangelii alicujus meminerit, nusquam ad aliquod provocet, nullum exstitisse genuinum tempore Pauli, plusquam probabile mihi sit; cum haud una ipsi id faciendi fuerit occasio, ex. gr. 1 Cor. XI. ubi institutionem Eucharistiae recenset, et XV. ubi resurrectionem Christi probat, ex sola adnunciatione Apostolorum orali. *c*. Ad euangelium scribendum, cum non, teste prologo Lucae, fuerint compulsi, nisi postquam tot variae ac incertae prodiissent narrationes, hae antea fuerint vulgatae, necesse est: quod haud exiguum postulat tempus. Ne dicam, Apostolos non ad scribenda dicta et gesta Christi, sed ore promulganda, fuisse in initio missos. Denique *d*. in ipsis euangeliis nonnulla extant serioris temporis indicia, uti ex. gr. in phrasi Matt. XXVIII: 15. *usque ad hunc diem*; nec non in signis divinis, Marc. XVI: 18. memoratis, quae ad casum Pauli in itinere Romam respicere videntur.

§. CX. *e*. Postremo advertenda est traditio Ecclesiastica antiquissima, apud Iren. adv. Haer. l. III. c. 1. et ex eo Eus. H. E. V: 8. quae habet, Euangelia fuisse sub finem vitae Pauli et Petri scripta, adeoque ultima Neronis, imo Marcum exarasse μετὰ τὴν τούτων ἔξοδον *post horum exitum*, non discessum Roma, nam inde amplius non exierunt, sed mortem. Objicit quidem Grabius ad Iren., Clementem Alexandrinum et Papiam secundum Eus. H. E. II: 15. tradere, euangelium Marci fuisse a Petro adprobatum: sed de Clemente, non de Papia, id asserit Euseb. Dicit quidem, Pa-

piam

piam Clementis narrationi adtestari, sed num *toti* an *parti* non addit: imo l. III: 39. Papiae narrationem de Marci euangelio narrans, adprobationis Petri nullam fecit mentionem, sic et l. IV: 14. idem ex Clemente referens, non meminit Papiae. Clementis autem, qui id solus tradit, tanta non est autoritas, ut soli sit credendum. Sed si vel vidisset Petrus, inde nondum sequeretur, prodiisse illud mox in lucem. *f.* Addi potest, Johannem sero scripsisse euangelium suum, nec nisi post mortem ejus, a senioribus Asiae, discipulis ejus, eum publico fuisse communicatum; ut ex fin. ejus patet. De quo postea.

§. CXI. 2. Ex dictis liquet, quod *secundum* sit observatum, Lucam omnium primum vulgasse euangelium suum, post priora Pauli vincula, incertum quam diu post, licet probabile sit ante posteriora vincula, et martyrium ejus, cum Acta Ap. eo usque non tendant. Marcum vero post Pauli et Petri obitum: quod de Matthaeo quoque statuendum videtur: licet de eo nihil certi possit adfirmari. Si verum foret, quod passim statuitur, Marcum adbreviasse illud Matthaei, antea exstitisse credendum foret, sed solido illud non est innixum fundamento: Marcum potius putaverim ne vidisse quidem euangelium Matthaei. Multa utique habet, a Matthaeo omissa, nonnulla a Matthaeo narrata *ne quidem* adtingit, nec eundem tenet ordinem, etc. Euangelistae tres, absque ut aliud euangelium ante oculos habuerint, suum exararunt, divina ita dirigente providentia, ne ex compacto viderentur egisse, et ut certior esset eorum narratio, cum eadem referunt omnes, et secum amice conspirent, sine ullo alicujus momenti dissensu, nec ulla in re alicujus momenti sibi contrarientur. Tradit quidem Euseb. H. E. III: 24. Matthaeum, Hierosolyma discessurum ad exteras oras, euangelium credentibus ex Judaeis scriptum reliquisse lingua Hebraea, seu Syriaca; unde colligendum foret, scriptum fuisse post synodum Hierosolymitanam Act. XV., eo usque enim in Judaea manse-

[illegible] Habita vero est Synodus a. aer. V. 50. sed [illegible], cujus fundamentum incertum est, eo minus [illegible], quod ex opinione de euangelio Matthaei He-[illegible] originem repetiisse videatur: quae si non [illegible] incerta est, nec probabilis: de quo mox.

§. XII. 3. *Tertium* habet, *occasionem* scribendi euangelia [illegible] narrationes varias per orbem sparsas, minus certas ac accuratas, *scopum* vero fuisse, ut fidelior et plenior exstaret narratio dictorum et actorum Christi, eo tendens, ut, cum esse filium Dei, in vera carne manifestatum, promissum Messiam, ac servatorem mundi, non Judaeorum tantum, sed et Gentium, constaret. De occasione ex Lucae prologo satis constat. Cum vero inter illas vitae Christi narrationes quoque exstiterit euangelium, sic dictum Hebraeorum, lingua Hebraeo-Syriaca conscriptum, in usum Christianorum Hebraeorum, qui Nazareni fuerunt adpellati, Matthaeo quoque, sed falso, adtributum, de quo postea dicam, in multis nostro Matthaei quidem consentaneum, et in nonnullis ab eo diversum, mihi probabile visum est, illud ipsum Matthaeo ansam praebuisse suum conscribendi, ut pleniorem et fideliorem daret dictorum et actorum Christi notitiam; praeterea, cum illud Hebraeum cum Matthaei [illegible] fuerit confusum, hinc conjecerim quoque originem [illegible] traditionem modo memoratam, de euangelio a Matthaeo, cum Judaeam desereret, et ad Gentes tenderet, conscripto: quippe quod verum esse potuit de Hebraeo tunc [illegible], ex Matthaei concionibus, a credentibus Hebraeis in usum suum, sed minus fideliter et exacte, composito. De scopo euangeliorum, cujus memini, sicut res ipsa, et ipsorum materia, satis testatur, ita ex prologo Lucae, et clausula euangelii Johannis, c. XX: 30; 31. dubio vacat. Et quo simul elucescit, euangelistas non omnia, quae Christus effatus est, et fecit, sed ea tantum litteris consignasse, quae scopo satisfacere poterant. Quod Joh. l. c. et in [illegible] cap. XXI. ipsis adseritur verbis ab illis, qui euangeli-

um

um Johannis vulgarunt. Interea agnoscenda est, et celebranda, singularis Dei directio, qua Euangelistas ad scribendum per ejusmodi motiva excitavit, cum absque eo fuisset, fides nostra nec firma, nec plena esse potuisset: uti facile cernitur. Quare, licet occasio ipsos ad scribendum compulerit, credendum omnino est, eos per ipsum Spiritum Dei ad id incitatos, ejusque ductu in scribendo gavisos fuisse. De quo hic non est differendi locus.

§. CXIII. 4. *Quartum* denique addo observatum, ad *linguam*, qua exarata sunt euangelia, spectans, omnia fuisse *Graeca*, tunc communiter usitata, conscripta; stilo quidem emphatico, rebus et scopo aptissimo, etiam in suo genere satis puro, attamen vulgari, et ad omnium captum adcommodato, inter Judaeos Graece loquentes tunc usitato, qualis in Graeca V. T. versione exstat, et Hebraeo-Graecus adpellari potest, licet non Attico, et exacte semper Graeco; uti rerum harum non inperito, vel ex ipsa lectione in oculos incurrit. De quo hic pluribus dixisse nihil adtinet. Quae lingua cum per Romanum inperium satis esset vulgata, inter ipsos quoque Judaeos, mirum non est, ea fuisse usos Euangelistas et Apostolos. Novi equidem, multis Veterum et Recentiorum adridere opinionem, de Matthaei euangelio Hebraice ab ipso conscripto, et dein in Graecam linguam ab incerto autore verso: sed vix dubitaverim, quin sit erronea, utique sublesta, et ex falsa hypothesi de Nazaraeorum euangelio, eodem ac Matthaei, nata, quae a Papia, non spernendo quidem sed minus perito autore, in vulgus emanavit, ut ex Eus. liquet. Nec ratio patet, quare solus Matthaeus alia lingua, quam reliqui scriptores sacri omnes, usus fuisset, maxime cum Graeca lingua satis fuit inter ipsos Judaeos vulgata, nec in usum Hebraeorum tantum, sed Christianorum in genere, scripta sint euangelia. Occurrunt praeterea hic illic autoris, et non interpretis, indicia, uti in citationibus nonnullorum locorum V. T. secundum textum Graecum non Hebraeum, qua licentia usus

dri M., de Thessalis, incolas: quarum *prior* scripta videtur non Athenis, ut subscriptio in plurimis Mss., nec tamen omnibus, praefert, sed Corinthi, uti ex c. III: 6. coll. Act. XVIII: 5. recte colligitur: scripta est, ut videtur, ann. Claudii 12*mo*, aer. Vulg. 52*do*, uti Pearson. in Ann. Paul., quem passim sequor, docuit. Scripta utique est post reditum Timothei Corinthum, cap. III: 6. quem inde miserat ad Thessalonicenses visitandos, Act. XVIII. quo tempore Paulus per sesquiannum moratus est Corinthi; Act. l. c. *Occasionem* praebuit relatio Timothei de optimo statu Ecclesiae, respectu fidei et charitatis, de qua solicitus erat Paulus, metuens ne vacillarent, aut deficerent metu afflictionum et persecutionum, cap. III., et *scopus* est, eos in fide et pietate Christiana confirmare, contra persecutiones, quae primis illis Christianis videbantur paradoxae. Laudat itaque eos fidei et constantiae causa, eosque hortatur ad officia Christianismo digna. Haud diu post, et ex eodem loco, scripta est *altera* Ep. ad Thessalon., ann. 13*tio* Claudii, aer. V. 53. *occasione* sparsi rumoris, de instante Christi ad ultimum judicium adventu, indeque ortae nonnullorum vitae inordinatae, et inertis c. II: 1 et III. eoque *scopo*, ut ab eo errore liberarentur; et ad constantiam ac virtutem excitarentur. c. II et III. Esse autem praecedente posteriorem, et non priorem, in initio Caji Caligulae scriptam, quod, ut hypothesi infeliciter excogitatae de Cajo per virum perditum, qui in Templo Dei ut Deus sedebit, litaret, statuit Ill. Grotius, recte jam a J. Simplicio, (qui non est, ut putatur, Salmasius, sed Jonas Slichtingius, Socinianus, teste Bibl. Antitrinitaria Sandii) refutatus; vel ex eo manifestum est, quod ad Ecclesiam jam bene fundatam scripta sit, c. II: 9. III: 7, 8. innotuit vere evangelium demum illis in locis post Synodum Hierosolymit. an. Claud. 10*mo* habitam, quodque ad priorem Epist. respiciatur cap. II: 1 et 15.

§. CXV. Proximum locum requirit Epist. prior ad *Corinthios*,

thios, ann. Neronis *3tio*, AEr. Vulg. 57. ſcripta Epheſi, poſtremo triennio, quod ibi trivit. De loco ſcriptionis conſtat ex c. XVI: 8. et teſtatur quoque ſubſcriptio; et quidem poſtquam diu ibi erat moratus ib. 9. paulo ante diſceſſum inde in Macedoniam ib. 5., in fine itaque triennii morae Epheſi Act. XX: 1. adeoque ex collatione itinerum Pauli, ann. Neronis *3tio*, AEr. V. 57. Occaſionem praebuerunt cum litterae Corinthiorum de nonnullis quaeſitis c. VII: 1. tum domeſtici Chloes, qui de litibus, ad ſchiſma ſpectantibus, retulerunt, de quibus poſtea ſuo loco, tum Apollo, Stephanus et Fortunatus, qui ad Paulum nonnulla, ad ſtatum Corinthiacae Eccleſiae pertinentia, detulerunt. Unde ſcopus et argumentum Epiſtolae facile eluceſcit. Eo enim tendit, ut tollantur ſcandala et lites, reſpondeat ad quaeſita, et auctoritatem ſuam contra eos, qui ab ipſo docti eam ſpernebant, vindicet. Ceterum Corinthus eſt, uti notum, celeberrima Achajae urbs, ejuſque metropolis, in Iſthmo Corinthiaco ſita, urbs ſplendida, ſimul libidinoſa et ſuperſtitioſa, dicata Cereri et Proſerpinae, etc. Eodem tempore et loco exaravit Epiſt. ad *Galatas*, qui et Galli, ac Gallo-Graeci adpellantur, ex Gallia, duce Brenno, poſt tempora Alexandri M., in has oras delati, ſedibus fixis in Aſia inferiore, inter Phrygiam majorem et Paphlagoniam. Scripta eſt mox poſt eorum converſionem ad Chriſtianiſmum Gal. I: 6. quae ante ſcriptam Epiſt. ad Cor. 1 Cor. XVI: 1. contigit, quando ſuperiores partes luſtrans, Phrygiam ſcilicet et Galatiam, profectus eſt Epheſum Act. XVIII: 23. et XIX: 1. ubi ſub finem morae Epheſi eam exaravit. Occaſionem praebuit ſubita Galatarum ab oeconomia gratiae, ſeu euangelio a Paulo adnunciato, et ab iis adſumto, ad commixtionem ejus cum oeconomia legali Moſaica, ſeu aliud euangelium, cap. I: 6. inclinatio, ſeu aliqualis defectio: ſcopus eſt, eos ab obſervantia legis abſtrahere, et ad libertatem euangelicam revocare. c. V: 1, 13. Variis itaque evincit argumentis, legem

ritualem

ritualem sub OEconomia nova locum et autoritatem non habere, nec gentes ad ejus observantiam constringi posse.

§. CXVI. Ephesο profectus cum venisset Paulus in Macedoniam, Corinthum non adiens, secus ac promiserat, 1 Cor. XVI. levitatis et inconstantiae propterea accusatus, scripsit *posteriorem* ad Corinthios, eamque praemisit itineri suo ex Macedonia Corinthum; adeoque in Macedonia, 2 Cor. VIII: 1. sive Nicopoli, sive Philippis, ut subscriptio praefert; utique exarata est ante profectionem Hierosolymam ad eleemosynas transferendas, de quibus parandis differit in hac epist., idque dum peragraret Macedoniam, postquam ex Titi adventu cognovisset *prioris* epist. fatum inter Corinthios: anno itaque, ut videtur, post *priorem* Epist., seu aer. Vulg. 58*vo* Neron. 4*to*, in quod tempus iter Macedonicum incidit, *Act.* XX. Liberat sese a levitate, ex mutato consilio sibi inpacta, ministerium suum defendit, calumnias falsorum doctorum, sese efferentium, retundit, c. XI. denique commendat Corinthiis liberalitatem in dandis eleemosynis, quas Hierosolymam deferret. Corinthum cum venisset, epistolam illam ponderosam, et omnibus praeferendam, ad *Romanos* scripsit. Exarata utique est, ut subscriptio habet, Corinthi, commendat enim Phoeben, ministram Ecclesiae Cenchreensis, (*Corinthus* habuit ab utroque latere navale, ad dextrum Cenchream, ad sinistrum Lechaeum, ubi classes construebantur, expeditionem suscepturae in Siciliam) per quam epist. est perlata, c. XVI: 1. Salutat Romanos ab Erasto, procuratore urbis, scilicet Corinthi, et a Gajo, Corinthiaco 1 Cor. I: 14. Rom. XVI: 23. scriptam fuisse antequam Paulus Romae fuit, constat ex cap. I. Nec minus certum est, missam fuisse cum ad iter Hierosolymam cum eleemosynis in procinctu esset, quando ibi vinctus est, cap. XVI: 24. Conf. 1 Cor: XVI. Recte itaque ei datur ann. Ner. 5*tus*, aer. V. 57*mus*. Occasio repetenda est ab adventu nonnullorum Christianorum ex Judaeis, inter quos Aquila et

Priſcilla, Roma cum Judaeis expulſorum a Claudio, Corinthum ann. Claudii 12*mo* Act. XVIII. qui de ſtatu Eccleſiae Romanae informarunt Paulum, a quo tempore propoſitum jam cepit eam viſitare, c. I: 13. XV: 22. Scopus eſt praecipuus, verum tradere Chriſtianae doctrinae intellectum, oppoſite ad Judaeorum, a quibus Chriſtiani Romae continuo inpetebantur, opiniones, in primis reſpectu juſtificationis peccatoris coram Deo, et ſanctificationis, non ex legis Moſaicae obſervantia, ſed gratia Dei in Chriſto, petendae, nec ad Judaeos reſtringendae, ſed et ad Gentes quoque, cum legis Moſ. abrogatione, extendendae. Quod capitale dogma in parte doctrinali Epiſtolae fuſe exponit, ac demonſtrat, objectioneſque Judaeorum, ad quas continuo reſpicit, e medio tollit: legis ineptitudinem ad reatum, et maculam, peccati tollendam, pluribus evincit: exemplum Abrahae, ex fide ante legem juſtificati, et promiſſum ei factum de ſemine ad Gentes quoque pertinere urget, genteſque Judaeis, propriam juſtitiam legalem ſectantibus, ſubſtituendas eſſe demonſtrat. Eſt itaque haec Epiſtola quaſi commentarius ad dictum Chriſti Matt. V: 20. *Niſi juſtitia veſtra ſit ea Phariſaeorum excellentior, non intrabitis regnum coelorum.*

§. CXVII. *Secunda* periodo, quae vincula Pauli primum Hieroſ., dein Romae, continet, et ann. Ner. 4*to* aer. V. 58 incepit, et quinque annis duravit, uſque ad Neron. 9*num*, aer. V. 62*dum*, ut poſtea patebit, ſcriptae ſunt Epiſtolae hae quatuor, ad Philippenſes, Coloſſenſes, Epheſios, vel Laodicenos, et Philemonem, quae ejuſdem tenoris ſunt, et Paulum uno eodemque in ſtatu repraeſentant. In vinculis, non qualibuſcunque, ſed celebrioribus, diuturnioribus, ac Romanis, eas omnes fuiſſe conſcriptas multa extra dubium collocant. 1. Vincula memorantur in illis diuturna, et per Eccleſias celebrata Col. I: 24. IV: 3, 18. Epheſ. III: 1. IV: 1. VI: 10. Philipp. I: 7, 13, 16, 30. Philem. 1, 9, 17. 2. Miſſae ſunt per Tychicum Eph. VI. 21. Col.

Col. IV: 7, 8. Philem. 17. qui tunc demum Paulum comitatus eſt, cum Epheſo, ubi per biennium haeſerat, peteret Macedoniam Act. XX: 4. Salutat quoque 3. in Ep. ad Col. IV. credentes ab Ariſtarcho Maced., et Luca Medico, qui Romae in vinculis ipſi adfuerunt Act. XXVII: 2. 4. Clara proſtant in Ep. ad Philipp. indicia Romae: uti quod praetorii c. I: 13. fiat mentio, quo nomine inſignitur dicaſterium praetorum urbis Romae; et nomine eorum ſalutet, qui de *domo Caeſaris* ſunt c. IV: 22. ſive homines palatina dignitate fulgentes, ſive cognati Caeſaris, ſive libertini et ſervi in aula Caeſaris, ut domus idem ſit ac familia, intelligantur. Priora vero in cenſum venire vincula, et non poſteriora, ex comparatione cum 2*da* ad Tim. in poſterioribus ſcripta, et certa perſuaſione inſtantis ſuae liberationis, Phil. I et II. ac ad Philem., ſecus ac 2 Tim. I. IV., manifeſtum eſt. Ceterum tres Epiſtolae, ad *Coloſſenſes*, *Epheſios* et *Philemonem*, videntur eodem fere tempore ſcriptae et miſſae, cum magna in iis ſit phraſium, et rerum conſpicua adfinitas, ſed ad Philipp. poſt eas, et ſub finem vinculorum, cum omnium fidentiſſime de ſua liberatione inſtante loquatur, c. I: 25. et Tychicus ac Timotheus in ea occurrant abſentes, in reliquis vero praeſentes, cum nomine Timothei nec ſcripſerit, nec ſalutaverit, per *Tychicum* quoque non miſerit. Oportet itaque illi jam fuerint dimiſſi, quum ad Philipp. ſcripſit.

§. CXVIII. Epiſtola, quae ad *Epheſios* traditur ſcripta, forte verius ad Laodicenos, ad quos omnino exaravit litteras, ut ex Col. XV: 16., et aliunde, patet, de quo vid. Cl. Vitringa F. in Diſſert., complectitur totius religionis Chriſtianae brevem enarrationem, reſpectu beneficiorum gratiae, ac officiorum; eoque fine eſt ſcripta, ut credentes in fide bene inſtruerentur, ac corroborarentur contra perverſas Philoſophorum inter Chriſtianos, qui poſtea Gnoſtici ſunt adpellati, opiniones, ac perſecutiones, ne vinculis Pauli offendantur. De quo ſcopo clarius conſtat ex Epiſt. ad *Co-*

lossenses, inter quam et ad Ephesios singularis est adfinitas; adeo ut ex se invicem exponi ac illustrari possint et debeant: quare Ap. ad Col. IV. etiam voluit, ut secum invicem eas communicarent credentes Laodiceni et Colossenses, si verum sit Epist. ad Ephes., non ad eos, sed Laodicenos, fuisse scriptam. Fuerunt quoque illae urbes vicinae, et celebriores. Laodicaea sita fuit ad Lycum fluvium, qui in Maeandrum influit, urbs non Lydiae, sed Phrygiae, ad quem fluvium etiam fuit Colossus. Occasionem praebuit Epaphras, a Coloss. Romam missus ad Paulum, ut ipsi adesset nomine Ecclesiae Coloss.; scopus inter alia est, ut contra Philosophos illos, quorum memini, confirmarentur, et notitia veri Christianismi, in doctrina et vita ac moribus, inbuerentur. Epistolae ad *Philippenses* ansam dedit benevolentia eorum erga Paulum, muneribus per Epaphroditum ad eum missis, quem cum hac epist., in signum grati animi, remisit c. II: 9. scopus autem, ut ex argumento liquet, est, eos in vera fide confirmare, nec non ad pacem et concordiam, per dissensiones opinionum, et nimiam sui confidentiam, ac superbiam, facile rumpendam, fortiter adhortari, denique contra falsos doctores ex Judaeis, qui legem Mos. volebant euangelio adjunctam, munire. Quod vero ad Epistolam ad *Philemonem* adtinet, scripta est eodem tempore, sub finem biennii captivitatis Romae, ante fores enim esse liberationem suam indicat v. 22. adeoque ann. Neron. IX. aer. V. 62. Scripta est ad Philemonem, virum divitem, copiosa praeditum familia, domesticorum scilicet ac servorum, tota Christiana, quare *Ecclesia* adpellatur, v. 2. ubi *domus* denotat familiam, et non oratorium, domi collocatum, ubi conventus est religiosus, uti ex Col. IV: 15. liquet, ubi Ecclesia *ad domum Nymphae* distinguitur ab Ecclesia Coloss. Videtur fuisse Phryx, et quidem Coloss., quia jungitur Archippo presbytero, vel diacono Coloss., ad Col. IV: 17. Occasionem dedit casus Onesimi, servi Philemonis, (est quoque nomen *servis* usitatum, et *utilem* signat,

quo

quo reſpicitur v. 11, 20.) et profugi, forte et defraudatoris heri ſui, ſed nunc a Paulo Romae ad fidem converſi: pro quo intercedit apud Philemonem, ut in domum recipiatur, ſeſeque ſubſtituit expromiſſorem. Eſt quidem Epiſtola privata, et argumenti negotialis, ſeu domeſtici, ſed ita methodice et artificioſe ſcripta, genium Pauli mirifice redolens, ut digna fuerit viſa, quae inter Pauli Epiſtolas in Eccleſiae uſum locum habeat.

§. CXIX. Prioribus ſolutus vinculis ſcripſit duas eximias Epiſtolas, priorem ad *Timotheum*, et ad *Titum*. Prior illa non fuit in vinculis exarata, cum illorum nulla non ſolum occurrat mentio, ſed Paulus ſe liberum eſſe oſtendat c. I: 3. III: 13. nec tamen ante priora vincula, quia in itinere verſus Macedoniam dicitur Timotheum reliquiſſe Epheſi, c. I: 3. cum ante priora vincula individuus ejus comes fuerit: ſecus ac poſt ea. Venit enim cum Timotheo in Macedoniam, inde Athenas et Corinthum, et ipſi adfuit in prioribus vinculis. Poſt quae vincula ſoluta videtur Hiſpaniam petiiſſe, et inde Cretam, ubi ordinavit Eccleſias, quando in Aſiam rediit, et Timotheum reliquit Epheſi, ipſe in Macedoniam profectus eſt. Scopus epiſt. vero eſt cum admonere Timotheum, delegatum Apoſtoli Pauli, Epheſi reſidentem, ut *depoſitum* fidei, et verae doctrinae ſalutaris, a *Paulo* acceptum, pure conſervet, uti clauſula Ep. habet, adeoque ſibi a falſis caveat doctoribus, philoſophiam Orientalem cum Chriſtiana commiſcentibus, qui Gnoſticorum nomine noti ſunt, quod mox c. I: 4. agere incipit, et c. I. ac IV. ulterius exſequitur, quo etiam c. VI: 3. redit, praeterea inſtruere notitia rerum, ad Eccleſiam bene gubernandam pertinentium, c. III: 15. Circa idem tempus ſcripta videtur Epiſt. ad *Titum*, inter priora et poſteriora vincula. Cum enim nullam non tantum vinculorum faciat mentionem, ſed liberum ſe oſtendat, c. III: 12., Titum vero reliquerit Cretae, adeoque et ipſe ibi fuerit, itineris autem Pauli verſus Cretam ante priora vincula non memi-

nerit Lucas in Act., nec etiam ei locus dari posset commodus, recte tempus inter ea vincula intermedium ei adsignatur, quo eas regiones visitavit, uti modo observavi. Est porro eodem scopo conscripta, quo prior ad Timoth., uti ex argumento ejus liquet: estque inter illas epist. magna convenientia.

§. CXX. De Epistola ad *Hebraeos*, quae Paulo adtribui quoque solet, longa institui posset disputatio, sed quam ingredi hic non licet; quare mentem paucis exposuisse sufficerit. α. Circa autorem cum Veteres et Recentiores secum dissentiant, nec nomen ejus in fronte occurrat, adeoque judicium libere expromere liceat, cum Luthero, Beza et aliis, facio, qui non Paulum, sed Apollo, virum disertum, Pauli et Timothei quoque familiarem, a quo sese nonnulli in Ecclesia Corinthiaca, aeque ac alii a Paulo, denominarunt, pro autore habent. Praeterquam quod Paulus nomen suum non reticuisset, nec usquam in epistolis fecit, 1. nullo indicio prodit, se aut Apostolum esse, aut ullo munere in Ecclesia praeditum, ulla vestitum autoritate: imo se a Ductoribus distinguit, seseque excusat, quod has litteras adhortatorias, ac consolatorias, scripserit c. XIII: 17, 18, 22. Quod personae recte Apollos, sed non Pauli, convenit. 2. Cum sese Hebraeis adjungat, tanquam qui a testibus aliis doctrinam Christi, aeque ac illi, hauserint c. II: 3. nusquam inmediatam sibi factam revelationem memoret; secus ac Paulus facere solebat, uti Gal. I. et alibi, de alio scriptore rectius cogitamus, qualis Apollo fuit. 3. In quem quoque rectius, quam Paulum, quadrat, quod in hac epist. sublimiores sectetur doctrinas, cum Pauli proprium sit *plantare*, sed Apollo *rigare*, 1 Cor. III. uti hic fit c. V: 11. VI: 1. etc. 4. Stilus, quo scriptor utitur, est rotundus, rhetoricus, et oratorius, Apollo, qui λόγιος adpellatur, et cui λόγος χάριτος *sermo* elegans, ac gratiosus, tribuitur, Act. XVIII: 24, 27. (διὰ χάριτος enim ibi est, λογυ χαρ. uti c. XIV: 3.) convenientior, quam Paulo, cujus

jus ſtilus eſt magis vulgaris, conciſus, et emphaticus. Poſſem etiam voces et phraſes proferre Paulo minus uſitatas, ſi hujus eſſet loci: nunc monuiſſe ſuffecerit. 5. Scriptor peculiarem habuit ad Hebraeos, quibus ſcribit, relationem, nexu arctiore cum iis fuit conjunctus, ut non tantum ex eo liquet, quod has litteras ad eos direxerit, ſed et ipſe intercesſionem eorum apud Deum petat, *ut cito iis reſtituatur* c. XIII: 19. quod in Paulum, Apoſtolum, et in ſpecie Gentium, non Judaeorum, minus quadrare videtur. 6. Neſcio etiam num Paulo conveniat libera in Italia converſatio, quo tempore Timotheus in vinculis eſſet. Quod tamen hic autor teſtatur de ſe et Timotheo c. XIII: 23. Putatur quidem vulgo, autorem ſeſe declarare *vinctum* c. X: 34. ſed ex perverſa lectione, nam pro δεσμοῖς μου legi debet, ut alii Cod. habent, δεσμίοις *vinctis*; quod et verbum συμπαθ *compati* omnino requirit, conf. etiam c. XIII: 3. 7. Paulo quoque minus recte convenire videtur, quod autor epiſtolam ſuam, ſatis prolixam, adpellet *brevem* c. XIII: 22. cum ipſe Paulus in Ep. ad Gal., longe breviore, dicat, *videte quam prolixe vobis manu mea ſcripſi*, Gal. VI: 11. Oratorio cum ſtilo fuſiore conjunctius eſt, *brevem* adpellare Epiſtolam. 8. Denique, ut unam, et praecipuam, tollam difficultatem, 2 Pet. III: 15. ubi Paulus quoque ſcripſiſſe dicitur *iis*, ad quos Petrus, qui ad Judaeos diſperſos ſcripſit, non una ejus epiſtola, ſed variae, ut mox ſequitur, intenduntur, nec ſpeciatim ad Hebraeos, aut Judaeos, ſcriptae, ſed ad credentes in genere, Judaeos aeque ac Graecos, in quibus de ipſis illis rebus, de quibus Petrus, locutus eſt, quae ſcilicet ſpectant ad rationes dilati ultimi judicii, et longanimitatis Dei, nolentis aliquos perire, ſed omnes converti ac ſervari, Judaeos et Gentes. Quod ſi Epiſtolas Pauli ad Judaeos diſperſos quis urgeat intelligendas eſſe, nihil inpedit, quo minus de Epiſt. Pauli deperditis capiatur dictum Petri. Certum utique eſt plures a Paulo fuiſſe ſcriptas, quam ſuperſunt. Quod ex 2 Theſſ. III: 17. etiam

colligi potest: cum ante eam, et priorem, nulla superfit. Quod verbo tetigisse suffecerit.

§. CXXI. β. Etsi illi, ad quos scripta est Epistola, *Hebraei* in genere adpellantur, non omnes qualescunque, et ubique degentes locorum, dispersi per orbem, ad quos Petri Epistolae directae sunt, intelligendi sunt, sed certo in loco Ecclesiam constituentes, et scriptori probe noti: uti ex c. XIII: 18, 19. manifestum est, ubi declarat desiderium ad ipsos redeundi, sed ubi locorum sedes habuerint, definiri nequit. Cogitari quidem de Alexandrinis posset, cum Apollo fuerit genere Alexandrinus, Act. XVIII. illique Platonis Philosophiae, ac Philonis Judaei, et Jesu Sirachi, scriptorum non fuerint ignari: ad quos sese adcommodare potuit stilo suo; uti fecit, in primis Philonis, quoque Alexandrini, phrasibus usus: uti a Doctis abunde est illustratum. Possent ceteroquin Hierosolymitani in censum venire, quod Millio et aliis videtur, et ad eos referri monitum de Hierosolyma deserenda c. XIII. si stilus non obstaret. Graeca vero lingua non adeo officit, cum ea satis usitata fuerit inter Judaeos ubicunque locorum. Syriace scriptam, et dein in Graecam versam, esse Epistolam, non autumaverim, cum stilus non Interpretem, sed autorem redoleat. γ. De *tempore* quoque nihil proferri potest certi, nisi, quod ante excidium Hierosolymae, et OEconomiae legalis abolitionem, in vulgus emanaverit, cum ejus adhuc subsistentis haud unum sese prodat indicium, facile in oculos incurrens. Forte, si conjecturae locus sit, et Apollo pro autore habeatur, tempus ei adsignari posset, quo Paulus in posterioribus fuit vinculis, vel paulo ante martyrio adfectus. Tunc enim Timotheus potuit Romae statui in vinculis fuisse, cum a Paulo fuerit Romam evocatus in posterioribus vinculis, ut ex 2 Tim. IV: 9. patet; Apollo quoque, qui tempore scriptae epist. ad Titum in Creta degit, inde in Italiam migrasse, unde Epist. scripsit. Utique eum inde alio tunc secessisse ex Tit. III: 13. manifestum est. δ. Sco-

pus

pus est, Christianos ex Hebraeis, legi rituali adhuc nimium deditos, et in fide Christiana vacillantes, confirmare, ad ab eo legis studio abstrahere. Quod non aperte et directe, sed multa cum arte, et oblique facit, hanc thesin demonstrando et illustrando, uti per totam epistolam facit, Christo soli, hujus OEconomiae tempore, esse adsurgendum ac obediendum; argumento ab excellentia Christi ducto, longe majore, quam omnium, qui primas in OEconomia legali tenuerunt, scilicet Angelorum, quibus ea subjecta fuit cap. I et II. Mosis, qui eam instituit, Prophetarum, qui ei inservierunt, c. III, IV. denique Sacerdotum, primariorum legis ministrorum, c. V.— cum Christus sit alter Melchizedecus, sacerdos universalis et unicus, simul Rex, qui, perfecta peccatorum expiatione per unam adducta oblationem in cruce, in coelo, et non terra, advocatum agit ac regem, sedens ad dextram Dei, adeo ut OEconomia legalis censeri debeat, vero suo conspectu, terrestris, et typica, Christi vero coelestis, vera, ac perfecta, cui altera, longe inferior, et defectuosa, cedere debeat, sicut etiam mox, singulari Dei judicio, cum ipsa Hierosolyma, sede ejus, abolenda est: c. VIII. et alibi.

§. CXXII. Superest Epistola posterior ad *Timotheum*, eodem tempore, sive, si conjectura de Apollo scriptore, ac tempore Ep. ad Heb. admittatur, paulo ante conscripta, utique in vinculis Pauli posterioribus, quae in martyrio ejus terminata sunt. Paulum, quo tempore eam scripsit, *Romae* fuisse ex c. I: 17. manifestum est, nec minus, vinculis fuisse constrictum, et in arcta custodia, c. I: 8., et c. II ac IV. nec tamen in eadem, ac antea; cum nunc se de instante morte esse persuasum, secus ac in aliis epist., in priore custodia scriptis, ut supra vidimus, declaret; praeterea custodia ejus describatur in hac epist. longe arctior et occultior: Onesiphorus enim ipsum, non nisi post accuratam inquisitionem, invenisse legitur c. I: 17. Deinde, ubi *Erastum* dicit se reliquisse *Corinthi* c. IV: 20. illud de itinere

ante priora vincula capi nequit, cum Timotheum tunc habuerit comitem, cui itaque per Epist. illud significare non poterat, nec in illud tempus quadrat, quod ibid. scribit, se Trophimum reliquisse Mileti aegrotantem; cum illud Romae post interlapsum biennium ad Timotheum non potuerit scribere. De occasione et scopo epist. facile ex argumento constat. Munit enim eum contra persecutiones et adversarios, ut timorem et metum, qui forte eum aliquatenus corripuerat, deponat; confirmat contra haereticos; adhortatur ad omnia boni Episcopi officia recte explenda, denique eum ad se vocat, ut sibi adsit, et coram cum eo, jam e vita discessurus, agat.

§. CXXIII. Sequantur Epistolae Jacobi, Petri et Judae, vulgo Catholicae dictae, quod non ad Ecclesias unius loci, sed ad variorum locorum in universum directae, ad Christianos scilicet ex Judaeis in dispersione inter Gentes, per Asiam. Prima in Canone est *Jacobi*, filii Alphaei, fratris Domini, et Apostoli, martyrio adfecti Hierosolymis a. aer. V. 62. Ner. 9. de quo postea, scripta haud diu ante ejus martyrium, cum excidium Hierosol. instaret, ut ex ipsa Ep. patet, adeoque probabiliter a. aer. V. 60 vel 61. Scopus est, dispersos Christianos contra adflictiones et persecutiones, in primis a Judaeis, fratribus eorum secundum carnem, firmare, etiam ex eo, quod eorum judicium ante fores sit, praeterea doctrinam de justificatione ex fide ab abusu, qui jam multorum animos occupaverat, acsi fides solitaria, et a studio bonorum operum separata, sufficeret, vindicare, docendo et inculcando, eam sine operibus esse mortuam, et inutilem. Qua Occasione verum dat Christianismi intellectum, non in verbis, sed adfectu probo, siti, nec turbulenti, dissensionum ac litium cupidi, sed pacifici, denique omnis pietatis ac virtutis studiosi. Est itaque argumenti moralis, et utilissimi, adeoque Apostolo digna. Quare inmerito a nonnullis Veterum et Recentiorum, aut in dubium vocata, aut rejecta, est. De quo postea.

§. CXXIV.

§. CXXIV. Duae *Petri*, ad eoſdem Chriſtianos in diſperſione miſſae, ad idem fere tempus recte referuntur, cum haud diu ante mortem ejus fuerint exaratae; ſub finem Neronis; uti ex 2 Pet. I: 14. conſtat, niſi forte illud ad poſteriorem Epiſt. potius ſit reſtringendum. Quo admiſſo, *prioris* tempus incertum manet; licet in genere ſtatui poſſit, ſub Nerone ſcriptam eſſe, quando multiplices inceperunt adflictiones, magis quam antea, ad quas ubique in Ep. reſpicitur, et Eccleſiae inter Judaeos diſperſos multae jam erant. Locus, unde miſſa eſt, cum Babylon adpelletur 1 Pet. V: 13. non eſt Roma, myſtice ſic dicta, uti nonnullis placuit, ſed ſine fundamento, et contra ejus temporis ſtilum, nec etiam antiquiſſima illa ad Euphratem, ſed AEgyptiaca, ad oſtium Peluſiacum, intelligenda, uti Pearſono et aliis viſum eſt; prior enim illa hoc tempore a Judaeis non amplius inhabitabatur; ut in Hiſt. Judaica obſervavi. Petrum cum Marco verſatum fuiſſe in AEgypto conſtans habet Veterum traditio. Scopus prioris Epiſt. eſt, ſigillo apoſtolico confirmare doctrinam ſalutarem, et ſtatum gratiae, in quo erant credentes, c. V: 12. adeoque eos admonere, ut firmiter ei inhaereant, ſeſeque dignos gerant per omnis virtutis exercitium; nec per adflictiones ſeſe dimoveri patiantur. c. IV: 12. *Poſterior* Ep., non obſtante ſtili differentia *aliquali*, quippe ex diverſitate argumenti, quod tractatur, orta, Petro denegari nequit, niſi autor habeatur infamis inpoſtor, cum ſeſe Petrum demonſtret c. I: 16 — quod nimis abſurdum foret, et huic epiſt. contrarium. Scopus in genere eſt, credentes in fide confirmare, quam ab ipſo et Apoſtolis acceperant, c. I: 13.— in ſpecie vero, admonere, ut ſibi ab execranda haereſi caveant, quae tunc ſeſe manifeſtare inceperat, qua, praetextu libertatis Chriſtianae, damnanda licentia defendebatur, et exercebatur, in qualicunque libidine carnali, et magiſtratuum contemtu; c. II. denique ſe conturbari non patiantur per judicium Dei univerſale dilatum, cum illud longanimitati et beneficentiae

Dei, omnium salutem intendentis, sit tribuendum cap. III. Eodem fere scopo *Judae* Apostoli, cui omnino tribuenda est, Epistola scripta est ad Christianos in genere, ut in fide sanctis tradita constanter perseverent, v. 3. sibique a pessima illa haeresi, quae a Petro jam perstricta erat, cujus ductum autor sequitur, studiose caveant. Tempus vero ei adsignandum est post Pauli et Petri obitum, ut ex vers. 17 et 18. recte colligitur, incertum quam diu post.

§. CXXV. Genuinis Apostolorum et Euangelistarum scriptis, quae Canonem nostrum constituunt, de cujus origine et statu postea differam ad sec. sequens, quo demum ex parte confectus est, recensitis, subjungenda sunt alia, Apostolis male quidem adscripta, attamen utilia, nec plane spernenda; quae sunt duo Euangelia, Symbolum Apostolicum, Canones et Constitutiones Apostolorum. Euangelia illa sunt, *unum* secundum Hebraeos, *alterum* secundum AEgyptios, dictum, quorum Veteres meminerunt, sed fragmenta tantum supersunt, a Grabe in Spicileg. Patr. collecta, ex Veterum citationibus: quibus unum est addendum, ab Eus. H. E. VII: 7. ex euangelio secundum Hebraeos citatum, licet Procop. ad Jes. illud tanquam dictum Pauli proferat; his verbis expressum: *estote boni trapezitae*. Illud secundum *Hebraeos*, etiam 12 Apostolorum, in specie secundum Matthaeum adpellatum, Hebraice, vel Syriace, utique lingua tunc Hebraeis usitata, conscriptum, Nazaraeis et Ebionitis inter Christianos usitatum, licet cum aliqua variatione, nam illud Nazaraeorum, dicit Epiph. in eorum haeres., fuisse *plenius*, forte quod inter alia habuerit *duo* prima capita Matthaei, quibus illud Ebionitarum caruit, uti disputat Kalinsky, ad vaticin. Habac. etc. l. II. licet a Veteribus saepe fuerit cum genuino Matthaei euangelio confusum, indeque ortum sit, quod Matthaeus Hebraice quoque scripsisse euangelium fuerit censitus, ab eo tamen omnino distinguendum est, uti Eus. et Hieron. jam viderunt, nec pro genuino habendum, cum ab illo Matt. in multis dis-

crepet, nec autoritatem in Ecclesia nactum sit, licet a nonnullis adhibitum et citatum; ab Hieronymo quoque in ling. Gr. translatum, nec, quantum ex fragmentis constat, aliquid haeterodoxi complexum, nisi forte quod Spiritus S. mater Christi adpelletur, et tempore baptismi quoque dixerit ei, teste Hieronymo ad Jes. XI., *Fili mi! in omnibus prophetis exspectabam te, ut venires, et requiescerem in te. Tu enim es requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum.* Quod Gnosticismum redolere videtur. *Christum* utique eorum nonnulli, uti Ophitae et alii, pro filio Spiritus S. habuerunt, eumque cum Jesu dixerunt tempore baptismi unitum esse. Fieri tamen potest, ut verba illa non ad *Christum*, divinam personam, sed *Jesum*, ex Maria per Spiritum natum, respexerint, et secundum Cerinthianos, ac Ebionitas, nihil aliud significent, ac Christum per Spiritus descensum cum Jesu nudo homine nunc arcte uniri. Videtur vero a Christianis Hebraeis ex Matthaei narrationibus in usum suum compositum, et eo, ut videtur, tempore, quo Matthaeus Judaeam deseruit, et ad exteras profectus est oras, ad Euangelium inter alios populos disseminandum: unde orta fuit traditio, quam supra, ubi de euangelio Mat.. egi, ex Euseb. memoravi, de euangelio Matthaei tunc scripto. Quod de hoc secundum Hebraeos intellectum admitti potest. Quod ipsum ansam Matthaeo praebuit euangelium suum conscribendi, ut de vita et gestis Christi certior et plenior extaret narratio, sicut simili ratione Luc. in prologo testatur, se ad scribendum fuisse excitatum. Ceterum nomen Matthaei praefixum fuit, quia ex ejus narrationibus confectum est, secundum Hebraeos adpellatum, quia Hebraice, et in eorum usum, ab Hebraeis conscriptum fuit, denique Nazaraeorum et Ebionitarum, cum ab ipsis fuit receptum, et usitatum, etiam varie interpolatum, 12 vero Apostolorum, majoris conciliandae autoritatis ergo.

§. CXXVI. Alterum illud *secundum AEgyptios*, rarioris

 apud

apud Veteres usus, et minoris autoritatis, sublimiora, acuta, et mystica Christi dicta praecipue comprehendit, ex gr. De tempore adventus sui interrogatus, respondit: *cum duo erunt unum* (pax et concordia) *et quod foris, ut quod intus* (nulla hypocrisis) *et masculus cum foemina, nec mas nec foemina* (nulla concupiscentia carnalis, nullus concubitus,) *quando vos mulieres desinitis parere.* Videtur vero ab AEgyptiis Christianis, Gnosticorum vel Essenorum opiniones tenentibus, quorum sedes erat in AEgypto, in primis Alexandriae, confectum; nec ullo modo cum nostris Euangeliis comparandum, aut pro genuino Apostoli alicujus foetu habendum: ut facile patet.

§. CXXVII. *Symbolum*, sic dictum *Apostolicum*, hodie etiam usitatum, probe ab antiquo distinguendum, cum sit ex tribus, Romano Vetere, Orientali, ac Aquilejensi compositum a Ruffino, Aquilejensi Presbytero, sec. V., uti ex ipso Ruff. patet, solet quidem pro genuino Apostolorum foetu haberi a Catholico-Romanis, qui, Ambrosium vel Ruffinum secuti, illud ab Apostolis 12 confectum putant, in tesseram fidei communis, quo tempore a se invicem fuerunt per orbem dispersi, ita ut singuli unum contulerint articulum, unde et nomen symboli, et numerus 12 articulorum repetitur: sed sine solido fundamento, et contra Veteris Ecclesiae consuetudinem. Praeterquam quod nec Lucas in Actis, nec antiqui primorum seculorum, ejus ullam fecerint mentionem, nusquam ad illud provocarint in disputationibus cum haereticis, quod solum huic hypothesi labefactandae sufficeret, 1. falso nititur fundamento, in nomine et numero articulorum posito. Symbolum enim non denotat *collationem*, acsi Apostoli singuli articulum contulissent, quod Gr. non συμβολον, sed συμβολη adpellatur, sed notam et tesseram fidei; qualem conspectum et usum cum hi articuli haberent, hinc nomen symboli fuit ortum, nec sine aliquo respectu ad tesseram militarem, quia tunc variis Christiani erant malis expositi instar militum Christi. Quo

Ter-

Tertullianus saepe respicit. Cum vero creditum fuerit, doctrinam Apostolorum omnium his articulis fuisse comprehensam, hinc et nomen symboli Apostolici, et numerus articulorum originem habuit. Tribuit quidem autor sermonis, inter Augustini sermones de Tempore 115*ti*, hoc symbolum Apostolis, sed non est Augustinus; ipsis Benedictinis, operum ejus editoribus, agnoscentibus et demonstrantibus. Denique Ruffini et Ambrosii, qui primi fuerunt hujus opinionis autores, tanti non est facienda autoritas, ut ei fulciendae sufficiat. 2. Repugnat praeterea praxis antiquae Ecclesiae, cui non hoc, nec unum universale, symbolum fuit in usu, sed varium. Solent articuli fidei a Scriptoribus primorum seculorum diverso modo recenseri, nunc plures, nunc pauciores, uti suo loco patebit. Ecclesiae varia et propria sua habuerunt deinceps symbola, non unum et universale: memorantur utique Romanum Vetus, Aquilejense, Orientale, et Hierosolymitanum. Quod hypothesin manifeste destruit. 3. Denique origo articulorum illorum aliunde facile petitur. In principio a baptizandis non videtur alia postulata confessio, quam vel fides in Patrem, Filium, et Spiritum S., in cujus nomen Christus baptizari jussit, Matt. XXVIII. vel in Jesum Christum, verum Messiam et Filium Dei; sicut Philippus Eunucho dixit, *si credideris, Jesum esse* Christum, et ipse respondit, *credo filium Dei esse Jesum*, et *Christum*, Act. VIII: 37. inseri enim debet *et* ante *Christum*. Sensus utique est, Jesum esse et *Filium Dei*, *et Christum*, seu Messiam. Postea accesserunt alii articuli, baptizandis propositi, occasione forte haeresium, quae in Ecclesia exortae hanc vel illam veritatem capitalem negarunt; unde tandem tot articuli sunt nati. In quo illustrando laudabilem posuit operam autor libelli, cui titulus, *Historia symboli Apostolici*, ex Anglica lingua in Latinam versi ab Oleario, qui fuit Regis Angliae Cancellarius Petrus Kingius. Ceterum de historia symboli Apostolici, et ejus autoritate, conf. Usserius de tribus symbolis, et J. G. Vossius

ſius de eadem materia, Parkerus de *deſcenſu Chriſti* ad Inferos lib. IV. ubi etiam articulos fidei primis tribus ſeculis ſolos fuiſſe de Trinitate ſecundum formulam baptiſmi Matt. XXVIII. fuſe diſputat.

§. CXXVIII. *Canones*, uti adpellantur, Apoſtolici, qui ordinem ſacrorum et diſciplinam repraeſentant, ſuperſunt numero 85, a variis collecti et editi, de quo vid. Ittigius in adpend. de haereſiarchis Apoſtol. Sed quorum 35 poſteriores paſſim, etiam a Catholico-Romanis, excepto Fr. Turriano, abjudicantur Apoſtolis; nec cum aliqua ſpecie pro antiquis haberi poſſunt: eſſe eos Juſtiniani temporibus demum natos, et in nomocanonem tranſlatos, non male diſputat Uſſerius de Epiſt. Ignat. c. VI. Concilium vero Trullanum ſec. VII. omnes illos 85 canones recepit primum, abſque tamen ut, eos eſſe ab Apoſtolis profectos, adſerat, tantum dicens, a Patribus eſſe pro Apoſtolicis traditos. Priores vero 50 Apoſtolos habere autores, et a Clemente Romano collectos eſſe, Pontificii quidem ſtatuunt, ſed ſine ſolido fundamento, et contra antiquae Eccleſiae diſciplinam: uti pluribus demonſtravit Dallaeus de *Pſeudepigraphis* etc. l. III. cui tamen in eo non adſentior, quod collectionem hanc ad ſec. V*tum* retulerit: de quo vid. Beverigius in Patr. Apoſt. Cotelerii nov. edit. qui factam eam eſſe diſputat ſec. II et III. Forte rectius, cum P. de Marca conc. ſacerd. et Inp. l. III. ſtatuitur, eam ab Orientalibus, occaſione quaeſtionis de baptiſmo haereticorum iterando, eſſe confectam ſec. III*tio*, nec niſi poſt Dionyſium Exiguum Occidentalibus in uſu eſſe coepiſſe. De quo quicquid ſit, illud negari nequit, canones illos, ſive Eccleſiaſticorum, ſive Apoſtolicorum, nomine, tanquam antiquos, fuiſſe a ſynodis ſec. IV*ti*, uti Nicaena et Antiochena, et ab aliis ſcriptoribus ejus ſec. citatos. Ipſi Romani Epiſcopi ſec. V. Leo et Gelaſius multa ex illis in ſua conſtituta tranſtulerunt. Gelaſii vero decretum, in quo ſeſe maxime fundat Dallaeus, in ſyn. Rom. 494, ut putatur, cuſum,

ubi

ubi dicitur, *liber canonum Apoſtolicorum apocryphus*, ſi vere talis ſyn. fuerit habita, aut tale de canonibus formatum decretum, de quo diſputatur, ut ſuo loco patebit, utique Hincmarus Rhem. ſec. IX. illud citans, Gelaſium tradit de *canonibus Apoſtolorum ſiluiſſe*; non ad antiquitatem, ſed autoritatem in Eccleſia Romana referendum eſt, uti vel ex eo patet, quod liber *Hermae paſtoris*, utique antiquiſſimus, quoque declaretur *Apocryphus*. Vid. Pearſon Vind. Ignat. l. I. c. 4. Ceterum canones *Apoſtolici* adpellati ſunt, quod ex traditionibus ab Apoſtolis, aut viris Apoſtolicis, profectis, ut putabatur, concinnati fuerint, vel confirmati a ſynodis. Num vero omnes jam ſec. III. exſtiterint, praeſtare non auſim; cum aliqui recentius ſpirent tempus: ut ſuo loco notabo.

§. CXXIX. *Conſtitutiones*, Apoſtolicae dictae, octo libris comprehenſae, et in Patribus Apoſtolicis Cotelerii obviae, quarum argumentum eſt Ethica Chriſtiana, ordo ſacrorum publicorum, regimen et diſciplina, variis veniunt apud Veteres nominibus et titulis. Adpellantur enim *διατάγματα*, *διατάξεις*, *διαταγαὶ*, ſive Apoſtolorum, ſive Clementis, ſive eorum per hunc, nec non *διδασκαλίαι* apud Athanaſium in Epiſt. feſtali, ubi *διδαχὴ* Apoſtolorum memoratur legenda, Catechumenis tradita, ſicut apud Euſ. H. E. III: 25, *διδαχαὶ Apoſtolorum*. Opus hoc nec ab Apoſtolis, nec a Clemente Romano, eſſe profectum, ſed ſec. IV vel V. confectum, quicquid contra diſputent Catholico-Romani paſſim, a Dallæo de Pſeudepigr., Woltone praef. ad Clem. Rom., aliiſque, abunde eſt evictum: quare pauca ſuffecerit protuliſſe argumenta. 1. Gubernatio et diſciplina Eccleſiaſtica, iis libris deſcripta, plane a tribus primis ſeculis abhorret; uti pluribus quoque demonſtravit Uſſerius. Utique ex. gr. Epiſcopi dignitas et autoritas ſupra omnis generis et ordinis homines extollitur, et divinae fere aequatur: Clericorum ordo, Templorum, et cultus religioſi, ac diſciplinae deſcriptio lib. II. et alibi, non antiquis illis ſeculis, ſed ſec. IV.

et seq. unice convenit; uti sequens tractatio docebit. 2. Turpes parachronismi ac errores in illis prostant, quales ab Apostolis, aut antiquissimis autoribus, committi nequeunt, ab Usserio et aliis jam notati: ex. gr. Jacobus Zebedaei l. VI. post concilium Hierosol. Act. XV. adhuc vivus sistitur etc. 3. Euseb. H. E. III: 35. ponit hos libros ἐν τοῖς νόθοις in spuriorum, saltem dubiorum, numero: quod Epiph. haeres. Audianorum confirmat, licet magni eos faciat. 4. Quod vero ad Arianismum, quem nonnulli in iis detexisse sibi videntur, et propter quem Wiston in *Christianismo redivivo* pro genuino Apostolorum foetu eos agnoscit, refutatus a Clerico in Diss. subjuncta Patribus Apost. Cotelerii, adtinet, libros illos, ob haeresios semina in iis latentia, repudiatos fuisse a synodo Trullana sec. VII. verum quidem est, et testatur quoque de eo Phot. in Bibl.; fieri quoque potuit, ut illi interpolatores tunc exstiterint, vel Ariani nonnullas in suum favorem traxerint phrases, attamen nec Ariani leguntur ad eos provocasse, nec Patres tam sinistre de iis judicarunt sec. IV et V., imo Epiphanius l. c. nihil in iis occurrere Catholicae fidei aut disciplinae adversum testatur: nihil etiam et nunc in iis reperitur, quod cum Orthodoxorum Patrum scitis in concordiam redigi nequit, uti Bullus in def. Fed. Nic. jam ostendit. Ceterum de origine eorum librorum non idem sentiunt Docti: mihi non fit inprobabile, quod Pearson. vind. Ignat. p. II. c. 4. conjecit, eos ex multis διδαχαῖς *institutionibus*, quae Apostolis, vel Apostolicis viris, adscriptae sunt, in unum conjectis, vel interpolatis, fuisse concinnatos. Tales utique varias *didachas* locum habuisse, satis constat: in illam quoque molem, quam nunc habent, nondum excreverant tempore Eusebii, Athanasii, et Epiphanii; licet non fuerint ab illis, quae nunc exstant, diversae. Ex quibus omnibus patet, libros hosce ad veteris Ecclesiae statum cognoscendum nihil, sed multum ad sec. IV et V. prodesse, adeoque insignis esse utilitatis, ut suo loco liquebit.

§. CXXX.

§. CXXX. Praeter haec ſcripta, melioris frugis, multa alia, ſec. ſequente, et deinceps, fuerunt in ſcandalum religionis Chriſtianae confiċta, et Apoſtolis inſcripta, vel hujus aut illius erroris firmandi ergo, vel lucri cauſa, a Veteribus etiam paſſim rejeċta; quae recenſere longum et inutile foret, quare nonnulla tantum adtingam. Miſſs Euangeliis, quorum duo, *ſecundum Hebraeos* et *AEgyptios*, ſupra memorata, antiquiſſima ſunt, praeter privatorum narrationes varias, ut ex prologo Lucae colligitur, reliqua ſec. ſequente, et poſtea demum, orta fuerunt, quod notari velim, ne quis jam hoc tempore tot fuiſſe exiſtimet, qualia ſunt, ſec. ſequente a quodam Lucio Carino, uno Docetarum, praecipue ad virginitatem ſupra conjugia extollendam, et carnem in Chriſto putatiam demonſtrandam, extruſa, ex. gr. *nativitatis Mariae Virginis*, *proteuangelium* Jacobi, nomen praeferens *Nicodemi*, vel aċta Pilati, ab alio forte autore, e ſcriptis Lucii compilatum, Petri, ſuo etiam loco reliċto. euangelio Infantiae Chriſti, quod idem eſt ac Tomae euangelium, et Marcoſianis, Chriſtianis Judaizantibus, originem ſuam debet, et ad vindiċtam inculcandam tendit, cujus ſupra in hiſtoria Chriſti memini: nonnulla alia verbo memorabo, ejuſdem etiam forte autoris Lucii Carini: uti *aċta Petri*, quorum pauca tantum ſuperſunt fragmenta, probe a *Recognitionibus* Clementis, quae eodem aliquando nomine veniunt, diſtinguenda, *aċta Andreae*, eadem ac *paſſio* ejus, poſtea magis interpolata, *aċta*, vel itinera, *Tomae*, *Aċtus Pauli* et *Theclae:* qualis liber jam antiquitus exſtitit, a Tertull. de *baptiſmo* momoratus, et rejeċtus, ſed qui hodie ſupereſt, et a Grab. ſpicil. Patr. recenſetur, vel poſtea confiċtus, vel interpolatus eſt, cum multa contineat a veritate aliena et ſuperſtitioſa, quae monachum, virginitatis ſtudioſum, redolent. Plura qui de his et aliis libris ſpuriis velit, adeat, praeter alios, Fabricium cod. Apocryph. N. T. et Beauſobr. hiſt. Manich. p. II. l. II.

PARTES ESSENTIALES ECCLESIAE APOSTOLICAE.

DOCTRINA ET FIDES.

§. CXXXI. Cum illae *doctrinam*, *cultum* religiosum, *regimen*, et disciplinam, *vitam* denique et mores, comprehendant, de *Doctrina* et fide Ecclesiae Apostolicae primo agendum foret loco: sed cum ea, ex libris Canonicis, supra recensitis, unice petenda, satis sit in genere nota, aut illustrata, capitales quoque veritates supra, ubi de excellentia Christi disserui, protulerim, uno alterove hic absolvam observato. 1. *Primum* est, libros N. T., seu euangelia et reliqua Apostolorum scripta, pro unico quidem fidei Christianae principio et fonte esse habendos, sed ita, ut V. T. libri, in primis doctrinales et prophetici, non solum recipiendi sint, tanquam sub divino ductu, seu per inspirationem divinam, conscripti, adeoque erroris expertes, sed et rerum ad salutem pertinentium respectu, instar normae credendorum, ac agendorum, conjungendi, conferendi, et una cum N. T. agnoscendi sint ac tractandi. Christus utique diserte declaravit, se *non venisse, ut legem et prophetas aboleret*, sed *impleret*, seu exactius ac perfectius explicaret, ac observaret Matt. V. *vitam* quoque *aeternam* iis esse comprehensam, Joh. V. ut et Paulus, se *extra Mosen et* Prophetas nihil docuisse Act. XXIV: 14. XXVI: 22. *legem* non reddere *irritam*, sed *stabilire*, Rom. III. sacra illa scripta quoque *hominem sapientem reddere ad* salutem 2 Tim. III. Qualia effata occurrunt plura. 2. *Secundum* est, OEconomiam, sic dictam, legalem, non solum a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum, Matt. XV. sed et ab externa sua, et adjectitia forma, ad montem Sinai superinducta, fuisse per euangelium purgatam ac liberatam, novaque forma, spirituali ac coelesti, vestitam, ac ad antiquissimam, seu primaevam integritatem magis adcommodatam fuisse, nec

cultus,

cultus, regiminis, ac vitae morumque tantum respectu, de quo in seq. differam, sed et quoad ipsam doctrinam et fidem, adeo ut fides non amplius sit in Messiam venturum, et justitiam ad vitam per ipsum addúcendam, sed jam manifestatum, et peccatorum expiationem una oblatione in cruce factam per ipsum, mundumque cum Deo reconciliatum, nec justitia peccatoris ad vitam coram Deo sit amplius *legalis*, seu ex fide cum legis Mosaicae studio conjuncta, verum *sola*, licet non solitaria, sed per charitatem actuosa, ac bonorum operum, ex charitate Dei ac proximi unice fluentium, foeta. Qua ratione peccator sub Euangelio ex sola fide, statim ac eam vere possidet, justificatur, seu a reatu et dominio peccati liber, et haeres bonorum gratiae ac gloriae, declaratur, deinde in judicio ultimo ipsi, quatenus fidei fructus tulerit, ac bona praestiterit opera, actu adjudicatur possessio regni gloriae coelestis: quam justificationem Jacobus cap. II. in primis in oculis habuit, sicut Paulus in Epist. ad Rom. ac Gal. priorem, contra Judaeos, et Christianos Judaizantes, legis studium cum fide Christi conjungentes. Quam justificationis sub OEconomia legali ac Euangelica diversitatem Apost. Rom. X: 5, 6. egregie exposuit, uti alibi, et in not. belg. ad *St. de Brais* ad Ep. ad Rom. observavi. Plura ad hoc observatum illustrandum ac demonstrandum proferre possem, si hujus esset loci. Vid. possunt Diss. meae sacrae, et sermones Belg. ad Matt. V—VII. ac XIX: 28.

§. CXXXII. 3. *Tertium* sit observatum, veritates a baptizandis admittendas, quae fidei Christianae essentiam constituunt, ad certam formulam nondum fuisse, quantum constat, redactas. Christus, cum Matt. XXVIII. in genere praecepit, ut discipuli facti tingerentur in *nomen Patris, Filii et Spiritus S.*, ejus veritatis capitalis notitia eos antea esse inbuendos, ac professionem edere debere, in genere significare videtur. Philippus, eunuchum baptizaturus, simpliciter fidem in Jesum, filium Dei, et Messiam, requisivit

Act. VIII. Paulus quoque *in nomen Christi baptizavit* Act. XIX. et *unicum* declaravit esse fundamentum, *Jesum Christum crucifixum* 1 Cor. III. Ipse Christus, super ipsa illa veritate, tanquam petra, quam Petrus modo professus erat, dixit, se Ecclesiam suam aedificaturum esse, Matt. XVI. Alias formulas fidei, aut symbola fidei, nondum legimus in usu fuisse. De symbolo Apostolico supra disserui. Recensentur quidem aliqui articuli institutionis, Heb. VI. Sed num pro Christianae fidei *essentialibus*, an potius *praeparatoriis*, habendi sint, disputari potest. Probabilius mihi videtur, ut illud obiter observem, respici ad capita institutionis Johannis Baptistae, et *praeparatoria* ad Christum, quae ad fidem in *Deum* Israelis, unum verum, pertinuerunt, ac *resipiscentiam*, qua ad fidem et prudentiam justorum ac Patriarcharum reducebantur, Luc. I: 17. *baptismum* praeterea duplicem, Johannis per aquam, Christi per spiritum, cui *impositio manuum* propterea adjungitur; denique *resurrectionem* et *judicium*, Matt. III. Apollo, Epistolae, ut puto, autor, nondum recte instructus, et baptismo Joh. tantum tinctus, haec sola tenuisse videtur capita; Act. XVIII. donec, *vias Domini* rectius edoctus, sublimiora sectatus sit, ac ad Judaeos convincendos, et credentes confirmandos, multum contulerit, uti in Ep. ad Hebr. quoque fecit.

CULTUS RELIGIOSUS.

§. CXXXIII. *Cultus religiosus*, secunda Ecclesiae pars essentialis, euangelio et regno Christi, quod est veritatis, pietatis et virtutis, ex intimo ortae adfectu, unice congruus, in Ecclesia Apostolica obtinuit purus, et simplex, ad Synagogas Judaeorum, ritibus in Templo quoque observari solitis abrogatis, ut plurimum conformatus, ut ex collatione, a Cl. Vitringa et aliis jam instituta, constat, nostram in primis meretur adtentionem, cum hinc de sequentium temporum corruptione, et superstitione judici-

um

um ferendum sit: prout enim magis minusve Ecclesiae Apostolicae convenit, purius vel inpurius habendum est religionis exercitium. Constituunt vero hunc cultum *actus*, *ritusve*, ad Deum honorandum, simul ad mutuam instructionem ac consolationem; sive publice, sive privatim magis, instituantur. Distinguitur enim in privatum et publicum; sed de publico hic praecipue agimus. *Privatus* vero, ut illud in transitu tantum moneam, fuit singulorum credentium, aut familiarum, preces ac hymnos, verbi Dei lectionem, ac meditationem, simul explicationem, et adplicationem, subinde et S. coenae usum, ubi publicum deficiebat religionis exercitium, complexus. De quo Christianorum primaevorum more ex Epistolis Apostolorum satis constat, sed et illud testatur, quod *domi* subinde dicatur fuisse Ecclesia, in familia itaque consistens: uti supra jam verbo notavi.

§. CXXXIV. *Publicus*, paulo adcuratius describendus, distinguitur in *verbalem*, et *ritualem*, seu symbolicum, cujus mentio fit Act. II: 42. VI: 4. 1 Cor. XI: 5. XIV: 15. et alibi. *Verbalis* comprehendit orationem ad Deum, et de Deo, rebusque divinis: prior audit *precatio*, cujus partes erant δέησις, inploratio cujusvis boni, et deprecatio mali, ἔντευξις intercessio pro aliis, et εὐχαριστία gratiarum actio, conjuncta cum δοξολογία glorificatione Dei: 1 Tim. II: 1. V: 5. Phil. IV: 6. quae passim praemitti vel subjungi solebat precibus Col. IV: 2. 1 Thess. V: 18. Num vero solennis aliqua formula, ante vel post preces recitanda, in usu fuerit, sicut Judaeis in synagoga, et Christianis sec. seq., qui orationem Dominicam praemittere tunc solebant, uti postea suo loco patebit, definire non ausim; cum nullum ejus prostet in genuinis hujus seculi monumentis indicium; nec mihi constat, discipulos Christi illud intendisse, cum a Christo orationis modum et formam petierunt, Luc. XI. 1. multo minus Christum voluisse, ut oratio, quam praescripsit, instar formulae esset, verbotenus recitandae: autumaverim potius, conspectum *formae* precum

 habuisse,

habuisse, ad quam concipiendae sint, adeo ut et rerum, et ordinis, ac brevitatis respectu sese ad eam adcommodarent, tanquam *normam*, in concipiendis precibus. Utique nusquam legimus preces ad certam formulam fuisse fusas, aut eum usum Orationem Dominicam habuisse. Illud liquet, ritum προσφωνήσεως *adclamationis* voculae *Amen*, ad preces a ministro fusas, a toto coetu, locum tenuisse in Ecclesia Apostolica: mentio enim ejus exstat 1 Cor. XIV: 16. et eo respici censetur Ap. V: 14. Christianos vero *manus* ante lavare fuisse solitos, quam preces fundere incipiebant, uti Judaeis in more fuit, quod nonnulli volunt, mihi non fit probabile, redolet enim illud aliquid legale; nec illud ex 1 Tim. II: 8. colligi potest. *Purae*, vel *sanctae*, *manus*, quas a *viris*, sacro muneri initiatis, (tales enim ibi intelligendi sunt,) *adtolli* vult Paulus, sunt a peccato aliquo actuali vel non commisso, vel per resipiscentiam deleto, purae, sicut *purus* animus est, qui a proposito peccandi alienus et liber est. Phrasis est figurata, et satis usitata, Ps. XXIV. et alibi quoque occurrens, a mundatis manibus quidem sumta, sed unde de illis ante preces proprie abluendis nihil colligi potest.

§. CXXXV. Praeter preces locum quoque habebant *cantus* in Ecclesia Apostolica, quo hymni, a viris sanctis compositi, inter preces, et sacrae coenae celebrationem, seu in epulis agapicis, accinebantur, praeter Psalmos aliquos: quorum distincta fit mentio Col. III: 16. et Ephes. V: 14. ubi respici videtur ad morem veterum inter coenandum, et vanis ac inpudicis canticis substitui vult pia et sancta Apostolus. Quam diu dona Spiritus S. extraordinaria viguerunt in Ecclesia, Psalmi et hymni, a viris ita inspiratis facti, praecinebantur in conventibus religiosis, uti ex 1 Cor. XIV: 26. liquet. De Psalmis Davidicis, aut aliis V. T., usitatis in cantu sacro nihil speciatim constat. Ceterum de more canendi in Ecclesia notabilis exstat Plinii locus, in Ep. ad Trajanum de Christianis L. X. ep. 97. ubi dicit;

tos stato die ante lucem convenire et carmen Christo, quasi Deo, dicere secum invicem.

§. CXXXVI. Oratio de Deo et rebus sacris, *altera* pars realis cultus religiosi, praelectionem verbi Dei continet, et ejus explicationem ac adplicationem, seu homilias, sic dictas. Quae utraque orationis pars quin in conventu sacro locum habuerit vix dubitari poterit, cum ad cultum rationalem pertineat, et in synagogis Judaeorum obtinuerit, Act. XV: 21. 1. Praelectionis quidem non meminit Paulus 1 Cor. XIV. quia de donis extraordinariis ibi tantum differit, ad quae praelectio non pertinet, sed alibi praecipit, ut *sermo Christi* inter Coloss. *copiose habitet*, ad Col. III: 16. Epistolae quoque suae praelegantur ib. IV: 16. et 1 Thess. V: 27. imo memorat quoque expresse *ἀνάγνωσιν praelectionem* publicam in Ecclesia 1 Tim. IV: 13., cui Timotheum vult esse *intentum*, scilicet, ut eam recte et pie fieri curet: hunc enim istius moniti putem sensum esse. 2. De institutionibus homileticis, quae praelectionem excipere solent, in Ecclesia Apostolica usitatis, quod res ipsa requirit, testatur quoque Apostolus 1 Cor. XIV: 27, 28. qui eo scopo prae reliquis donis commendat illud *prophetandi*, seu in usum auditorum de rebus divinis ex spiritu differendi. Ad ritus praeterea, in hoc toto cultu reali usitatos, pertinet. *a.* Doctores solitos fuisse *sedere*, uti ex 1 Cor. XIV: 30. colligitur; *b.* solis viris, non foeminis, permissum fuisse in precibus praeire, aut sermonem habere, ib. 34, 35. et 1 Tim. II: 12. Nec obstat, quod foeminis sistatur *orare et prophetare* in conventu sacro 1 Cor. XI: 5. cum verba ibi latiorem habeant significatum, quo partem habere in publicis precibus ac sermonibus denotant, ita ut *orare* et *prophetare* ibi sit, una orare, seu orantem sequi, et *una prophetare*, seu prophetantem recipere, et sibi adplicare, suumque in usum transferre: quod Apost. 1 Cor. XIV: 29. videtur in oculis habere, ubi dicit, *Prophetae duo aut tres loquantur*, (scilicet non plures in uno conventu,

tu, unus poſt alterum) *et alii διακρινέτωσαν diſcernant* h. e. adhibito judicio adtendant, et in uſus ſuos convertant; ut eſt v. 31. c. Viros *aperto*, ſed foeminas *velato*, capite interfuiſſe exercitiis religioſis publicis, pro more iſtius temporis, quo *velamen* habebatur ſubjectionis ſignum; uti Ap. 1 Cor. XI. diſputat.

§. CXXXVII. *Ritualis* cultus, ad quem pergo, ſimplex quoque fuit, nec oneroſus, aut multiplex, rationali quoque religioni congruus, ab omni ſuperſtitione non ſolum, ſed et ritualibns OEconomiae legalis inſtitutis, purgatus; duo tantum externa fidei et gratiae ſigna complexus, quae ſacramenta deinceps adpellata ſunt, *baptiſmum* et *euchariſtiam*, ſeu S. *coenam*. Plura nuſquam a Chriſto leguntur inſtituta, aut in Eccleſia Apoſtolica uſitata. Conjugium ſanctorum quidem, propter relationem ad unionem Chriſti ac Eccleſiae, quam repraeſentat, et ad quam adcommodari debet, *myſterium* adpellatur Epheſ. V. ſed ſacramenti non habet conſpectum. De quo in lib. Diſſ. multis expoſui. *Ungi* quoque, pro more recepto, et ad ſanationem promovendam, ſolebant aegroti, ſed nec in agone mortis tantum, aut ad mortui ſolatium, ne quidem ad miraculoſam ſanationem inpetrandam, quippe quae a *precibus in nomine Domini*, non ab unctione, derivatur, Jaç. V: 14. adeo ut hinc *extrema unctio*, tanquam ſacramentum, extundi nequeat. Sed *baptiſmus* a Domino fuit inſtitutus Matt. XXVIII. et in Eccleſia Apoſtolica conſtanter obſervatus, uti ex Actis Ap. conſtat et Epiſtolis: pariter et *S. coena*, in memoriam mortis Chriſti, teſte hiſtoria euangelica, et Paulo 1 Cor. XI. Inter quos ritus ſacros illud diſtat, quod per *baptiſmum* fuerint ad Eccleſiam admiſſi, ſed per S. coenam in Eccleſiae communione mortem Chriſti commemoraverint; adeoque *baptiſmus* non fuerit repetitus, ſed *coena* continuo celebrata; *baptiſmus* puta ſemel legitime collatus, et in nomen Patris, Filii, et Spiritus S., aut in nomen Chriſti: quo quis Eccleſiae, non huic aut illi, ſed in genere et univerſali in-

feritur,

feritur, et Christianismus constituitur *unus*; sicut Ephes. IV: 5. habetur, *unus Dominus*, *una fides*, *unus baptismus*. Cui itaque non adversatur, quod Paulus baptismo Johannis tinctos baptizaverit in nomine Christi Act. XIX: 25. cum illi non fuerint a Johanne baptizati, sed ejus baptismo abluti quo tempore Johannis baptismus jam loco cesserat baptismo Christi, adeoque illegitimus et nullus erat. Accepisse autem eos praeter inpositionem manuum quoque baptismum a Paulo, ex nexu sermonis non tantum, sed in primis ex eo patet, quod *in nomen Domini Jesu* fuerint *tincti*: quod in Johannis baptismum non quadrat.

§. CXXXVIII. Fuisse baptismum per inmersionem in aquam, et non adspersionem, administratum in Ecclesia primaeva, controversia caret, cum Johannes in Jordane, et ubi multae erant aquae, legatur baptizasse, sicut et in vicinia ejus fecit Christus per discipulos, Matt. III. et Joh. III. Philippus quoque Eunuchum in aquas descendens, Act. VIII. Quo Rom. VI. quoque respicitur. De quo ipsum verbum βαπτίζειν *baptizare* testatur, quod pro *adspersione* nusquam in Script. usurpatur, nequidem Marc. VII: 4. secus ac nonnullis visum est: nec ad adspersionem confugere necesse est, ubi *ter mille animae* Christo per *baptismum* leguntur adjunctae Act. II: 41. cum per inmersionem aeque ac adspersionem illud fieri potuerit, maxime cum non simul legantur baptismum recepisse. Num vero Christus Matt. XXVIII: 19. formulam *in nomen Patris*, *Filii ac Spiritus S.* verbotenus exprimendam voluerit, an fidem simpliciter et scopum baptismi expresserit, definire non ausim, cum ea formula non legantur usi Apostoli, in genere *in nomen Christi* baptizarint, seu in ejus fidem et doctrinam, Paulus quoque vix dicere tunc potuerit, suspicionem potuisse oriri, se *in suum nomen baptizare* 1 Cor. II: 15. Sed invaluit deinceps illa formula; idque recte, licet ad legitimum reddendum baptismum, modo res ipsa salva sit, non pertineat; multo minus *trina*, vel *una* mer-

 sio;

sio; quae circumstantiae, pro ut Ecclesiae aptius videatur, variare possunt. Sed habuit Ecclesia Apostolica quid peculiare, in *manuum inpositione*, baptismi adpendice, ab Apostolis solis facta, in signum donorum extraordinariorum Spiritus S., in specie *linguarum*, cum baptizato communicatorum: uti ex Act. VIII, XIX. et aliis locis constat. De quo postea suo loco.

§. CXXXIX. S. Coenae, seu potius *eucharistiae*, celebratio, sicut frequens, ita simplicissima, fuit in Ecclesia, nullis ceremoniis vestita, unice in panis vulgaris, et vini, communi usu sita; et ad mortem ac resurrectionem Christi memoria recolendam, celebrandam, communionemque suam cum Christo exercendam, et mutuam fraternitatem testificandam, in fide et charitate: sicut Christus suis injunxit a morte proximus, et Paulus se a Domino accepisse testatur 1 Cor. XI. Ubi cum illud *digne* esse agendum praecipit, *dignos* eos esse debere praesupponit, et convenienter vero conspectui S. coenae ac scopo peragi vult, in fide, amore ac reverentia debita; quatenus non pro vulgari pane et vino, sed signo ac pignore *corporis* ac *sanguinis*, seu mortis et obedientiae Christi, tanquam causae meritoriae vitae nostrae Spiritualis et aeternae, habetur ac tractatur, adeoque acsi ipsum Christi corpus, et sanguinem, sumerent, cujus pignus substitutivum est panis et vinum, propterea apte ipsius corporis ac sanguinis Christi nomine insignitum: sicut, ut id obiter observem, cum Christus *sufflans* in Apostolos, Joh. XX. dixit, *accipite Spiritum*, eum *flatu* non contulit, sed pro signo ac pignore haberi voluit *flatum*. Sed cum S. coena connexae jam fuerunt coenae collatitiae, ex donis ipsorum credentium, in primis ditiorum, instructae, in mutuae communionis, et fidei, et charitatis, demonstrationem ac confirmationem, unde *Agapae* sunt adpellatae: quarum mentio est 1 Cor. XI. et Jud. 12. De quibus postea agam adcuratius.

§. CXL. Ceterum dictis de cultu, ejusque partibus, non

abs

tis re fuerit generale hoc subjunxisse observatum, Apostolos de ritibus religiosis nulla dedisse praecepta, nisi generalem illam regulam, ab *ordine* et *decentia* sumtam 1 Cor. XIV: 40. in eo etiam fundatam, quod Deus non sit *confusionis*, vel tumultuationis, sed *pacis* amans, ib. 33. relicta Ecclesiis ipsis res istas ordinandi potestate. Sapienter profecto et prudenter ita instituerunt, *cum*, ne populus institutis, tanquam Apostolicis, nimium tribuat in posterum virtutis, *tum* ut, ea ad essentiam religionis nihil facere, insinuarent, *tum* denique omnibus locis et temporibus eadem non conveniant instituta. Addere liceat, praecavere voluisse Apostolos, ne de ejusmodi rebus lites et divisiones in Ecclesiis orirentur, sicut, non obstante hac cautela, ortae sunt progressu temporis multiplices et acerrimae, ex nimia devotione, aut superstitione, dominandive libidine, quae ingentia protulerunt scandala et damna: uti ex historia Eccles. constat.

§. CXLI. Nihil restat, quam ut de circumstantiis *locorum* et *temporum* cultus religiosi pauca moneam. *Loca*, in quibus cultus religiosus exercitus fuit, in primordiis Christianismi fuerunt arbitrariae credentium aedes, in quibus coenaculum aliquod, maxime in alto, destinatum erat conventui credentium, ad sacra peragenda, unde brevi sunt, favente occasione, stata orta oratoria: sic Hierosolymis dicuntur coacti *κατ' οἶκον domatim* Act. II: 46. videnturque ibi, multiplicatis credentibus, varia fuisse talia loca; in quae Saulus irrupisse censendus est, ad eos conquirendos, et non in quascunque privatas aedes: uti Act. VIII: 4. habetur. Sic ubi Paulus testatur Act. XX: 20. se docuisse *δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους* demonstrat, privatas fuisse aedes, licet non singulorum credentium, sed certas, et credentibus notas, licet privatas. Troade quoque *ἐν τῷ ὑπερῴῳ* in superiore aedium parte disseruit, ibid. XX: 8. Unde brevi fuerunt stata nata oratoria, in quae convenire solebant, respectu eorum publica et communia. Ita Paulus in schola *Tyranni*

 cujusdam,

missis, ut vicem sive Ecclesiae apud alios, sive Apostolorum apud eam, supplerent. Sed ab illa Judaeorum consuetudine non est existimandum nomen Apostolorum fuisse ortum, cum sit recentioris temporis, et Christus sine dubio proprium vocis significatum in oculis habuerit, virosque hos duodecim eo nomine summa emphasi insigniverit, ut declararet, eos a se cum suprema missos esse autoritate, ad omnia nomine Christi ordinanda ac dirigenda: uti Joh. XX: 21. dicit, *sicut me misit Pater, et ego mitto vos:* et Luc. XXII: 29. *Ego vobis, sicut Pater mihi, dispono regnum:* nec non Matt. XIX: 28. *In rerum renovatione, quum filius hominis super throno gloriae sederit, et vos sedebitis in duodecim thronis, judicantes duodecim tribus Israelis.* Attamen vox ista fuit postea minore emphasi usurpata 1. de Apostolorum delegatis ac Ecclesiarum 2 Cor. VIII. et Phil. II. 2. de primis quasi Apostolorum successoribus, qui proprie dicti sunt Apostolici. 3. Episcopis in genere, etiam latius de illis, qui Apostolicae inhaerebant doctrinae, donec post sec. IVtum Romana Ecclesia fuerit speciatim *Apostolica* adpellata. Vid. Casaub. exerc. XIV. ad Baronium.

CXLIII. *Charactere*s, qui Apostolos, proprie dictos, definiunt, et ab omnibus aliis, etiam Euangelistis, distinguunt, sunt sequentes. 1. Inmediata vocatio et missio a Christo, Joh. XX: 22. *sicut Pater me misit, ita ego vos mitto:* et XV: 16. *elegi vos, et posui vos, ut abeatis et fructus feratis*, ubi de eorum munere, in ipsos collato, ejusque scopo et effectu, loquitur. Quo etiam facit, quod Matthias forte fuerit in locum Judae electus, Act. I: 26. De sorte enim, non votis praesentium, quae κλῆροι dicerentur, intelligendum esse locum, mihi manifestum ex phrasibus et nexu videtur; *dederunt autem sortes*, vel Matthia et Jose Berseba, modo nominati, vel Apostoli, quatenus sortes cum nominibus eorum in urnam conjecerunt. Paulus denique *voce coelesti* vocatus est, Act. IX. ipseque declarat, se *non ab hominibus, aut per hominem*, esse vocatum Apostolum, aut edoctum,

sed

sed *per Jesum Christum*, et *à Deo Patre* (*ἀπὸ* *à* est ante *Ἰη* addendum, ut ex praeced. patet) 2. Missio cum suprema autoritate docendi, praecipiendi, vetandi, quaestiones decidendi, omniaque ordinandi: Matt. XVI, XVIII., ubi claves regni coelorum, cum potestate ligandi ac solvendi, Petro et reliquis omnibus Apostolis datae, ea, quae memoravi, omnino comprehendunt, uti in serm. Belg. ad ea loca exposui. Quo etiam pertinet, quod c. XIX. sessuri dicuntur sub Christo, in throno coelesti sedente, *super duodecim thronis*, *judicantes duodecim tribus Israëlis*; seu Ecclesiam universalem, cum allusione ad Ecclesiam Judaïcam, in 12 tribus divisam; quam ob caussam 12 electi fuerunt Apostoli. De quo etiam fusius disserui in serm. Belg. ad l. c. Nec alium fundit sensum phrasis *in nomine Christi* agere, de ipsis adhiberi solita, quae legationem Christi, cum ejus auctoritate conjunctam, involvit. 3. Relatio ad Ecclesiam universalem, cujus instructio et gubernatio ipsis in communi fuit commissa, secus ac aliis doctoribus, sed ductoribus, certis Ecclesiis alligatis, competebat. Sedere dicuntur, ut modo habuimus, super 12 thronis, judicantes 12 tribus, Matt. XIX. et claves regni coelorum, seu totius Ecclesiae, ipsis datae sunt ib. XVI. Quo etiam pertinet, quod eorum doctrina et instituta omnes omnium temporum et locorum Ecclesias obligent; et Christus promittat, se *cum ipsis*, qua talibus, futurum usque ad *finem seculorum*, Matt. XXVIII. fin.

§. CXLIV. 4. Infallibile judicium, sed quo praediti tantum fuerunt in rebus ad salutem pertinentibus, ac ipsis, qua legatis, competentibus, docendis, definiendis ac ordinandis. Promisit ipsis Christus *spiritum veritatis*, qui *ipsos in omnem veritatem duceret*, Joh. XVI: 13. Quicquid, qua legati Christi, *ligaverint* aut *solverint*, ratihaberetur in coelo Matt. XVI. quicquid petierint, dabitur ipsis, et ubi in *Christi nomine*, tanquam legati ejus, *in unum convenerint*, sive omnes, sive duo aut tres, ibi Christus ipse praesens

[illegible] XVIII: 19, 20. Quare Paulus 1 Theff. II: 13. laudat Theffalonicenfes, quod verbum Apoftolorum receperint, *non tanquam hominum*, fed *Dei* verbum: et Chriftus quoque Matt. X: 40. dicit, eum, qui Apoftolos receperit, *ipfum Chriftum* recipere, fic et Joh. XIII: 20. Quo etiam pertinet, quod Paulus 2 Cor. V: 19. adferit, *verbum reconciliationis mundi* cum Deo per Chriftum Apoftolis fuiffe *commiffum*, et *inditum*, eofque *pro Chrifto legatione fungi*, *ita ut ipfe Deus per eos precetur*, *ut Deo reconcilientur*. Denique et eo, inter alia, referri poteft, quod in epiftola ad Chriftianos ex Gentibus dicant Act. XV. *vifum eft Spiritui S.*, *et nobis*. 5. In fpecie donum extraordinarium Spiritus S., in rebus fapienter ac prudenter ordinandis, ad gloriam Dei, et Ecclefiae utilitatem, quare *fermo fapientiae* ipfis tribuitur 1 Cor. XII: 8., coll. 28., et in animorum qualitatibus, bonis ac malis dijudicandis: quod *difcernere fpiritus* adpellatur ib. v. 10. ficut Petrus in Anania et uxóre ejus demonftravit Act. V. et in Simone Mago ib. VIII: 21, 23. Paulus in Elyma Mago ib. c. XIII: 19. Quo etiam referri poteft, quod Chriftus, cum *fufflaffet in Apoftolos*, dixiffetque *accipite fpiritum* (fcilicet nunc in hoc figno fufflationis, poftea actu ipfo in fefto Pentecoftis Act. II.) fubjunxerit, *quorum peccata remiferitis*, iis *remiffa erunt*, et Joh. XX: 22, 23. Denique in caufa Chrifti ac euangelii fapienter, intrepide, ac efficaciter, defendenda ac vindicanda, coram tribunalibus, aut concione populi: ficut Chriftus iis promifit Matt. X: 19, 20. Luc. XXI: 15. et Stephanus Act. VII. ac Paulus Act. XXII et XXVI. exemplo fuo comprobavit, ne de aliis memorem. Addere liceat, eundem fpiritum fefe in fcriptis eorum exferuiffe, ftilo emphatico, et rebus de quibus agunt adcommodato, exaratis, ita ut [illegible] exprefferint *non edoctis humanae fapientiae verbis*, *fed* [illegible] fapientiae *Spiritus S.* (vox enim σοφίας repetenda et [illegible] eft ex fuperiore) *fpiritualia fpiritualibus conferentes* [illegible] II: 13. Quorum fenfus, ut opinor, huc redit: fpiritualia

ritualia non oratorie, aut elegante, sed simplici et nudo stilo, efferri ac adnunciari ab Apostolo, nec humanae, sed divinae, sapientiae convenienter: λόγοι διδακτοὶ πνεύμ. sunt sermones Spiritus S. rebus et revelationi congrui.

§. CXLV. 6. Praerogativa prorsus singularis dona Spiritus S. extraordinaria, in specie linguarum, cum baptizatis per *inpositionem manuum* communicandi, Act. VIII: 16, 17. et XIX: 6. Denique 7. potestas inmorigeros divinitus puniendi: quae *virgae Apostolicae* nomine insignita exstat, 1 Cor. IV: 21. alias *traditio Satanae* adpellatur in perniciem carnis, et salutem Spiritus per resipiscentiam 1 Cor. V: 5. et 1 Tim. I: 20. Cujus etiam meminit Apostolus 2 Cor. X: 6. ubi dicit, se in promtu habere omnem vindicare inobedientiam contumacem: quo etiam tota pericopa ejus cap. 1—6. referenda est, quod probe adverti velim, ad autoritatem puta et potestatem Apostolicam, cum in convincendo, tum in virga Apostolica puniendo, sitam, conf. etiam v. 8. Addantur 8. signa Apostolatus in multis et eximiis miraculis, quae patrare poterant, data occasione, et patrarunt, Rom. XV: 18, 19. 2 Cor. XII. et ubique. Fuerunt postremo viri summo gloriae Dei, et regni Christi, zelo ardentes, admiranda sanctitate fulgentes, stupendam constantiam in labore, et patientiam in malis, demonstrantes, *vere itaque lux*, et *sal mundi*, *Ecclesia in monte posita* etc. Matt. V. Tales tantique viri licet fuerint Apostoli, nec tamen omnia mox et semper sciverunt, nec ab omni naevo inmunes fuerunt, nec denique pro autoritate Apostolica semper egerunt. Utique in principio, Spiritu S. jam effuso, de Gentium vocatione, aut credentium ex illis una cum Judaeis aequali sorte in regno coelorum, nulla Judaeis relicta praerogativa, de legis ritualis plenissima abrogatione Judaeorum aeque ac Gentium respectu, minus fuerunt instructi, aut persuasi, uti de Petro et Jacobo constat ex actis Apost. X et XXI. Existimarunt forte in principio, se ad Israelitas fuisse missos, et in thronis duodecim tri-

bus Israelis judicaturos esse, ut Christus promiserat Matt. XIX. Quare Paulus numero eorum postea fuit additus, tanquam *Apostolus Gentium*, qui prae reliquis hac parte fuit illustratus; ipsum Petrum etiam reprehendit aliquando, et rectius instruxit Gal. II. Ipse Paulus fatetur, se nondum ad *perfectionem* venisse, sed eo tendere Phil. III. Denique in regno coelorum condendo ac promovendo, non imperiose egerunt, sed modeste, rationaliter, et convictorie: veritatem ad conscientiam reddentes manifestam, 2 Cor. I: 24. et IV: 2. et ubique in concionibus eorum ac Epistolis.

§. CXLVI. Ex dictis de scopo Apostolatus facile constat: eo scilicet tetendisse, ut 1. oculati testes essent dictorum, gestorum, et fatorum Christi, in specie resurrectionis a mortuis, Act. I: 8, 21, 22. X: 41. XXII: 15. 1 Cor. XV. Quare Paulus 1 Cor. IX: 1. dicit, *an Apostolus non sum? nonne Dominum vidi?* 2. Vices Christi in terris supplerent, ejusque essent legati, ejus nomine docendo, ordinando, et omnia decidendo ac dirigendo, uti modo exposui et demonstravi. Sed respectu *ordinis* quaeritur, inter ipsos fueritne aliqua subordinatio, ita ut unus eorum primatum aliquem tenuerit, cui reliqui fuerunt subjecti aliquatenus, an vero omnes pares, et aequales? Prius contendunt Pontificii, seu Catholico-Romani, Petro primatum tribuentes, ut ejus successoribus, Episcopis, uti opinantur, Romanis, primatum Ecclesiae eo fundamento vindicent. Ipsi Veteres Sec. III*tio*, uti Cyprianus, aliquam quoque in Petro agnoverunt praerogativam, quatenus eum tanquam primum, et vinculum unionis Ecclesiae consideraruntt: de quo postea. Sed 1. ejusmodi primatus nec vola nec vestigium sese in Scriptura S. offert. Sublestum imo falsum est, quod in dicto Christi ad Petrum, Matt. XVI.: *tu es Petrus, et super hac petra aedificabo Ecclesiam etc.* poni solet, cum alia ipsi non detur praerogativa, ac quod ipse primus inter Judaeos ac Gentiles jaceret fidei fundamentum in

confessione

confessione modo data, quae *per petram* intelligitur, situm; sicut inter Judaeos fecit Act. II. et Gentiles Act. X. De quo prolixe egi in serm. belg. ad Matth. l. c. Potestas vero *ligandi* et *solvendi* hic Petro data, deinceps, occasione contentionis Apostolorum de primatu, ad omnes transfertur cap. XVIII. et alibi. 2. Sermo autem Christi ad eos tunc habitus, Matt. XVIII. eo spectat totus, ut aequalitatem inter eos doceat, et inculcet: sicut in serm. belg. ad l. c. demonstravi. 3. Adversatur praeterea ejusmodi primatus vero conspectui, et scopo, Apostolatus. Sunt enim omnes proprie et eximie sic dicti Apostoli, iisdem praediti characteribus, qui omnem qualemcunque respuunt subordinationem; omnes sunt a Christo inmediate missi, eadem vestiti autoritate, eodem spiritu infallibili ducti: omnes in thronis sub Christo sedentes, et judicantes Matt. XIX. ut ibi exposui: denique omnes *fratres*, unum habentes Patrem, omnes *discipuli*, sub uno Doctore Christo Matt. XXIII. ut in commentario ad eam pericopam nuper exposui fusius. Postremo 4. aequalitatis indicium sese manifeste prodit, in synodo, sic dicta, Hierosolymitana Act. XV. cum Petrus sibi nullam in quaestione decidenda adrogaverit praerogativam, eam tantum memorans, qua primus Gentibus euangelium adnunciaret, uti ex Matt. XVI. modo notavi; omnes sententiam aequo jure dixerint, imo Jacobo omnes unanimiter adsurrexerint. Quod ex Gal. II. ulterius confirmatur, cum quod *Petro in faciem se restitisse* dicat Paulus, tum nullum Apostolum, etiam eminentiorem visum, sibi praestare, adeoque omnes esse pares, adserat v. 6. his notabilibus verbis, quae proferam, et obiter exponam: *ab iis, qui aliquid esse videntur* (videri possent inter Apostolos eminere, licet vere non sint aut aliis, aut me, excellentiores) *quales olim fuerint* (quas etiam praerogativas, tempore Christi prae me habuerint, quae a Deo nunc non respiciuntur, nec aliquam iis dant eminentiam, cum omnes nunc sint aequales; quae verba parenthesi, ut constructio fiat planior,

ſunt includenda) *nemo eſt, qui mihi praeſtat.* (ſeu me eſt praeſtantior: ut οὐδὲν ſit pro οὐδεν τὶς vel εἷς.)

§. CXLVII. Apoſtolatu deſcripto, ipſorum Apoſtolorum danda eſt aliqua notitia, primo generalis, dein nonnullorum ſpecialior. Ad *generalem* pertinet numerus, et ſtatus eorum ante inaugurationem, denique ipſa inauguratio per Spiritum S. in ipſos effuſum. 1. *Duodecim* ſunt a Chriſto electi, et Apoſtoli conſtituti, relate ad totidem tribus Iſraelis, in ſpecie Phylarchas, ſeu capita tribuum, quibuſcum comparari poſſunt Apoſtoli, quatenus, ſicut illi, quo tempore forma regiminis Theocratici in Iſraele locum tenuit, quaſi vicarii ſupremi regis coeleſtis conſiderari potuerunt, ita Apoſtoli vice Chriſti, ad dextram Patris ſedentis, functi ſunt. Quo Chriſtus reſpexit Matt. XIX: 29. Apoſtolis ſeſſionem ſuper 12 thronis, ad 12 tribus judicandas, promittens, et Ap. IV. quoque adluditur in 24 presbyteris, phylarchis, et Apoſtolis: uti ad Matt. XIX. obſervavi. Excidit quidem Judas Apoſtolatu, ſed ejus locum dein ſupplevit Matthias; ad numerum illum reſtituendum Act. I. Cum vero Gentes quoque vocandae eſſent ad eandem communionem Dei et Chriſti, adeoque Iſraeli inſerendae, Rom. XI., electus eſt novus Apoſtolus Paulus, et reliquis additus, tanquam in ſpecie *Gentium*, uti conſtat. Sicut itaque gentes converſae ad Iſraelem verum et ſpiritualem pertinent, et cum Judaeis ad 12 illas tribus, ita et Paulus ad collegium Apoſtolorum duodecim: de quo ad Matt. l. c. quoque expoſui.

§. CXLVIII. 2. Quod ad *ſtatum* eorum ante ſolennem inaugurationem adtinet, *a.* notari velim, eos, ſi non omnes, utique maximam longe partem, fuiſſe Johannis diſcipulos, ab eo baptizatos, et ab eo utique tempore vitae probae; uti ex Joh. I. colligitur. Cui non obſtat, quod Levi et Matthaeus, ſi illi ſint diverſi, de quo mox, *publicani* fuerint, quando vocati ſunt a Chriſto, cum et inter illos fuerint a Johanne tincti, uti conſtat; nec etiam quod

Paulus

Paulus se prae reliquis *peccatorem* adpellat, 1 Tim. I: 15. cum illud non sit, respectu vitae peccaminosae, absolute capiendum, uti ex Act. XXII: 3. et XXIII: 1. elucescit, sed restricte ac relate ad persecutionem, e zelo religionis ortam, quo prae aliis arsit, vers. 13. Sed *primum* peccatorum quoque se adpellat, non tam eorum, qui eo tempore conversi erant ad Christum, quam *modi* miraculosi respectu, quo ad fidem in Christum adductus erat, simul gratia Apostolatus et donorum Spiritus S. mactatus: ut ex versu seq. colligitur. Ceterum, ut illud addam, cum, se in eo conversionis modo esse ὑποτύπωσιν *exemplar eorum, qui credituri sunt* etc. subjungit, haud obscure, meo judicio, significat, Judaeos suo tempore simili ratione miraculosa esse permovendos ad Christum suscipiendum. *b.* Observari meretur, Apostolos fuisse illiteratos, rudes, et praejudiciis, tunc in Israele dominantibus, de singulari Israelis praerogativa, qua populi Dei, legis Mos. perpetuitate, ac Messiae regno externo, divite, et triumphante per orbem, inbutos, denique viles, et infimae sortis, nullius existimationis, aut dignitatis, aut potestatis; quippe Galilaeos piscatores, vel publicanos; *infantes* opposite ad *sapientes* Matt. XI: 25. non *sapientes secundum carnem* (seu humanam aestimationem) *potentes*, (opibus et potestate pollentes,) *nobiles* (nativitate aut statu praecellentes,) 1 Cor. I: 26. Non enim de credentibus in genere ibi sermo est, sed de Apostolis ac Euangelistis doctoribus, quos *vocationem eorum* adpellat, quatenus per eos *vocati* erant ad euangelii communionem. Dederunt quoque varia ruditatis et praejudiciorum indicia tempore morae Christi inter eos; uti ex historia euangelica nemini non notum est. Tales viri cum fallere nescii sint, quippe nullam fallendi rationem aut capacitatem habentes, adeoque testes factorum et fatorum Christi fide digniores, simul ad regnum spirituale condendum ac promovendum, quippe contra propria praejudicia, et ad tam sublimes veritates theoreticas et practicas excogitandas,

gitandas, aliisque persuadendas, plane inepti per se: ratio, quare electi fuerint, in oculos incurrit, cum, eos divino spiritu fuisse illuminatos, et divinam potentiam habuisse comitantem, qua omnia superarunt obstacula, et de animis hominum, praejudiciis et vitiis deditorum, triumpharunt, inde manifestum fiat: quod 1 Cor. I. et 2 Cor. IV. ac alibi expresse traditur.

§. XLIX. Hi Apostoli, ut de *inauguratione* eorum verbo moneam, ad Apostolatum quidem a Christo primo ministerii sui anno, occasione miraculosae piscium capturae, vocati sunt, *hominum piscatores* declarati, etiam ad regnum coelorum tanquam instans proclamandum missi, Matt. X., Christum continuo comitati quoque, ut oculati ac auriti essent dictorum et gestorum ejus testes idonei, passioni quoque ejus interfuerunt, eique adhaerere, licet dissipati, perrexerunt, Petro etiam abnegationem, metu mortis ipsi contra mentem extortam, mox reparante, denique post resurrectionem solenniter in Apostolatu a Christo confirmati sunt, signo quoque insufflationis per anticipationem quasi inaugurati, Joh. XX. quae omnia ex Euangeliis satis constant: actu tamen in muneris possessionem, et functionem non sunt inmissi, nisi post Christi exaltationem, tempore festi Pentecostes, quando, Spiritu S. in eos effuso, in novos quasi homines mutari, et ad munus recte obeundum apti sunt facti: uti Act. II. narratur. Quod itaque de Christo dixit Johannes Matt. III. ipsum *Spiritu S. et igne* esse baptizaturum, Christus ipse saepe promisit se alium Discipulis daturum advocatum, qui ipsos etiam in omnem duceret veritatem, denique in externo sufflationis signo quasi contulit, dicens *accipite Spiritum S.* Joh. XX. illud actu praestitit, eos *replendo Spiritu S.*, inter externam vehementioris flatus, et linguarum ignitarum, super singulis sedentium, signa; quibus dona Spiritus S. extraordinaria linguarum, et prophetandi in specie, cum ipsis jam communicata, fuerunt expicta et obsignata: sicut et mox, lucentis

culentis datis speciminibus, demonstrarunt. Renovati itaque hoc tempore, et in novos quasi homines, antiquis et carnalibus de regno Christi opinionibus ac adfectionibus depositis, mutati sunt, spirituales ac coelestes, aptique facti ad sedendum in thronis sub Christo, et judicandum tribus Israelis, seu Ecclesiam universalem ex Judaeis et Gentibus: sicut Matt. XIX: 28. habetur, et ad eum locum in serm. Belg. exposui adcuratius. Quare hic plura non addo, nisi illud unum observatum, Apostolos hic censeri debere publice fuisse inauguratos, et muneri Apostolico fungendo aptos redditos, adeoque quod Act. II: 1.— traditur, ad eos solos, et non reliquos, qui antea ipsorum conventui interfuerunt Act. I., referendum esse, secus ac aliis nonnullis videtur. Apostoli utique mox v. 14. soli memorantur, et illis solis competit, sicut Christus promiserat, solennis effusio Spiritus, instar inaugurationis actualis consideranda; respicitur quoque in phrasi instar πνοῆς βιαίας *venti vehementioris* v. 2. non, ut putatur, ad ventum tempestuosum, sed *flatum* oris, ut ipsa vox docet, adeoque haud obscure ad signum antea a Christo adhibitum, quo *sufflavit* in *Apostolos*, dicens, *accipite spiritum sanctum* Joh. XX. Cum itaque Act. II: 1. dicitur, erant ἅπαντες *omnes* solenniter in unum congregati, non omnes cap. I. memorati, sed *omnes Apostoli*, quibuscum illi antea tantum fuerant congregati, iique soli intelligendi sunt, qui c. I: 14. οὗτοι πάντες *illi omnes*, et v. 26. *undecim*, quibus Matthias sic erat adjunctus, quo in ἅπαντες c. II: 1. respicitur, dicti fuerant. *Omnes* itaque hic sunt *illi omnes* c. I: 14., qui antea habuerant alios sibi adjunctos, sed nunc soli erant, cum reliquorum nulla hic, ut antea, fiat mentio. Nec obstat, quod Act. XI: 15. Petrus Judaeis Christianis, qui eum ad Cornelium intrasse aegre ferebant, regerat, *Spiritum S.* in gentiles eos aeque fuisse *demissum ac super nos in principio*, cum sensus sit, acsi dixisset; *sicut nobis Apostolis*, qui Judaei sumus, spiritus miraculose fuit e coelo, sine hominis interventu, com-

[illegible]municatus, ut Ecclesia Judaica in nobis initiaretur, ita nunc item sine inpositione manuum nostrarum factum est, ut Gentilis inauguraretur Ecclesia.

§. CL. Adfuerunt vero Apostoli, nominatim recensiti Matt. X. Marc. III. et Luc. VI. et Act. I. sequentes; *Simon*, postea dictus *Petrus*, a confessione sua, *petra* Ecclesiae futura, Matt. XVI. et *Andreas*, *Jacobus*, etiam *major* dictus, ut ab altero Alphaei filio, minore adpellato, distingueretur, et *Johannes* fratres, filii Zebedaei, *Philippus* et *Bartholomaeus*, idem, ut videtur, ac Nathanael, *Tomas*, etiam *Didymus* nominatus, (quae nomina ejusdem sunt significatus, et *gemellum* denotant, prius Hebr., alterum Graecum) *Matthaeus* publicanus, *Jacobus* Alphaei filius, etiam *minor* dictus, et frater Christi, *Lebbaeus*, etiam *Taddaeus* cognominatus, ac *Judas* Luc. VI. *Simon* Cananites, ab urbe *Cana* in Galilaea, denique *Matthias*, Judae apostatae et proditori substitutus Act. I. Quibus postea adjunctus est *Paulus*; de quo suo loco. Quorum vita hic quidem enarranda foret; sed cum gesta et acta eorum ad Ecclesiae propagationem pertineant, de quo postea, scripta jam supra recensuerim, nonnulla de ortu, et obitu, eorum protulisse suffecerit. Cum vero de Johanne postea ad seq. periodum acturus sim, de Petro, Paulo, et Jacobo Alphaei plura dicenda sint, reliquorum notitiam paucis praemittam. Plura enim ex genuinis monumentis, fide dignis, hauriri nequeunt: incertas aut fictas narrationes, ex seriorum temporum traditionibus eductas, ab aliis, qui prostant, et satis noti sunt, repeti malim, quam hic legi.

§. CLI. *Matthaeus*, ut ab eo, per euangelium scriptum celebriore, incipiam, munere *publicanus*, nimirum inferioris ordinis, et superiorum publicanorum Romanorum minister inter Judaeos, quales inferioris conditionis viri esse solebant, et Judaeis exosi, saepe etiam iniqui exactores, et [illegible] peccatoribus ac gentilibus adcenseri soliti, sed, [illegible], a Johanne baptizatus, ac probae nunc vitae, a

Domino

Domino ex ipſo telonio ad Apoſtolatum vocatus, eo cum effectu, ut ipſi ſeſe mox, omnibus relictis, adjunxerit perpetuum comitem, Matt. IX. Sed ab altero publicano, ut Grotius jam vidit, et ab Haſaeo in Bibl. Brem. cl. V. demonſtratum eſt, *Levi* dicto, cujus Marc. II. et Luc. V. mentio eſt, tunc etiam ſimili modo a Chriſto vocato, probe diſtinguendus. Praeterquam quod nomina nimis differant, Levi expreſſe adpellatur *filius Alphaei*, qualis non fuit Matthaeus, ut ex Matt. X: 3. liquet, ubi *publicanus* vocatur, et ipſi ſubjungitur *Jacobus filius Alphaei*, abſque ut frater ejus dicatur; uti in aliis ſolet; accedit, *Levi*, cui *Lebi* prope convenit, eundem fuiſſe ac *Lebbaeum*, Thaddaeum cognominatum, fratrem Jacobi, et filium Alphaei; uti ex Matt. X: 3. ubi Jacobo adjungitur, recte colligitur. Nec obſtat, quod, epulo in domo Levi Chriſtum fuiſſe exceptum, Marcus et Lucas tradant, apud Matth. vero cenſeatur indicari illud in ejus domo fuiſſe factum, cum, quod obſervo, Matthaeus illud non expreſſe dixerit, ſed ſimpliciter c. IX: 9. eum accubuiſſe ἐν τῇ οἰκίᾳ in domo, non addito *ejus*; quod Marc. et Luc. ſuppleverunt, vocatione *Levi*, eodem tempore facta, narrata, et expreſſe addito *in domo ejus*. Ponamus itaque Matthaeum et Levi eodem tempore fuiſſe vocatos, ac Chriſtum una cum Matthaeo in domo Levi fuiſſe epulatum, et omnis diſcrepantia Euangeliſtarum diſparebit.

§. CLII. De *Bartholomaeo*, qui Philippo in catalogo Apoſtolorum Matt. X. et Marc. III. adjungitur, illud tantum obſervo, ipſum videri eundem eſſe ac Nathanaelem, cui Philippus Chriſtum monſtravit, quemque Chriſtus ipſe ſibi adſociavit, tanquam diſcipulum, poſtquam ſibi intima cordis penetralia patere ipſi perſuaſerat, de quo ſupra ſuo loco monui, Joh. I: 46.— Comparet quoque Nathanael inter Apoſtolos, quibus Chriſtus ſe ad mare Tiberiadis poſt reſurrectionem manifeſtavit Joh. XXI. Videtur itaque Bartholomaeus cognominatus a Patre Tholomaeo, cum nomen

men denotet *filium Tholomaei*. Sequatur *Judas*, cujus epiſtola in Canone ſupereſt; in cujus inſcriptione frater *Jacobi* adpellatur, filius itaque Alphaei, et frater Domini, idem qui Matt. X. *Lebbaeus*, ſeu Levi, uti modo vidimus, vocatur, et cognominatur *Taddaeus*, cui nomen *Judae* concinit, cum utrumque *confeſſorem* denotet: ſed Luc. VI: 16. Judas *Jacobi*, ſcilicet frater, ut ab altero Juda proditore diſtinguatur, adpellatur. Eſſe vero eum autorem epiſtolae, et non alium ejus nominis Epiſcopum Hieroſolymitanum, tempore Hadriani, ab aliis abunde eſt comprobatum, et ex titulo *ſervi Jeſu Chriſti*, Apoſtolis eximie proprio, nec non *fratris Jacobi*, ſatis eluceſcit. Agnita quoque eſt Epiſtola, tanquam Judae Apoſtoli, a Clemente Alexandrino, Origene, et aliis, nec aliquid habet eo indignum. Sed de quo hic non eſt diſſerendi locus. *Simon*, ut illud obiter obſervem, licet non ſit ignotum, *Cananites* a Matthaeo et Marco adpellatus eſt a Cana, urbe Galilaeae, unde oriundus fuit, ſed a Luc. VI. et Act. I. *Zelota*, non ſine adluſione ad Heb. קנא *Cana*, quia vel fervidioris indolis, vel ſectae Zelotarum inter Judaeos antea fuit: niſi quis velit, illud cognomen ex Heb. κανα. tanquam ejus interpretamentum ortum, vel a gloſſatore aliquo, vel ſi a Luca, tanquam recepti uſus inter Helleniſtas, quos ipſe ſimpliciter eſt ſecutus. Ceterum recte diſtinguendus eſt a Simone, filio Cleopae, qui Jacobo Apoſtolo ſucceſſit in ſede Epiſcopali Hieroſolymae Euſ. H. E. l. III. c. 11. qui a nonnullis confuſi ſunt: Apoſtolus enim non fuit Cleopae filius.

§. CLIII. His praemiſſis, de Jacobo et Petro, qui, cum Johanne, *columnae* elogio ſunt ornati Gal. II. fuſius diſſerendum eſt. *Jacobus*, non ille Zebedaei filius, frater Johannis, de quo in hiſtoria perſecutionis Agrippae Act. XII. poſtea dicendum erit, ſed Alphaei, qui et Cleopas adpellatur, filius fuit ac Mariae, ſororis matris Domini, propterea quoque frater Domini dictus, Apoſtolus et ſcriptor Epiſtolae in Ca-

none

none Script. S., martyrio adfectus a Judaeis Hierosolymae, antequam Albinus procurator eo venit. Quae summatim proposita fusius sunt pertractanda, ac demonstranda. Jacobum, de quo agimus, fuisse fratrem Christi, sicut eum etiam adpellat Jos. Ant. XX. et Euf. H. E. II: 1, cum constet, quaeritur qua ratione, et quo nomine talis sit? Veteres ante Hieronymum, in primis Graeci, Josephum, Mariae matris Christi sponsum, autumarunt ex alia, quam ante habuit, uxore Jacobum ejusque fratres procreasse: sed Hieronymus illud ex Apocryphorum deliramentis fuisse haustum tradit, et *fratres* Christi censet fuisse dictos ejus cognatos, ex sorore matris ejus natos. Quem alii deinceps secuti sunt. Vide Pearson ad Symb. Ap. art. III. et Valesius ad Euseb. l. c. In quam alterutram sententiam propterea passim iverunt, quod, post Christi partum, Mariam mansisse virginem pro dogmate habuerint, et secus sentientes, aut Helvidiani, ab Helvidio aliquo sic dicti, contra quem scripsit Hieron., in haereticorum classem relati sunt. Sed, hoc suo relicto loco, alia nobis persuadet ratio, Hieronymi sententiam longe esse veriorem. Utique Mariam, uxorem Clopae, fuisse Mariae, matris Christi, sororem, ex Joh. XIX: 25. manifestum est: hanc porro Mariam Clopae fuisse matrem Jacobi et Josae, ex Matt. XXVI: 56. et Marc. XV: 40. secum collatis, facile colligitur. Sed num Jacobus iste, frater Christi, fuerit Apostolus, et idem ac Jacobus, filius Alphaei, gravior videtur quaestio. Cum enim duo tantum fuerint Jacobi inter Apostolos, unus Zebedaei, frater Johannis, alter Alphaei, oportet noster Jacobus, si Apostolus sit, pro Alphaei agnoscatur filio. Vulgata satis inter Veteres fuit opinio, Jacobum fratrem Christi, unum discipulorum, et Episcopum Hierosolymit. fuisse, non Apostolum, aut Alphaei filium; ex libris, Clementi falso tributis, ut Const. Ap. l. II: 55. VII: 46. et Recognit. l. I. hausta. Nec Veteres, sed et Recentiores haud pauci, ut Grotius, Hammondus, et alii eam tenuerunt, sed nec desunt, qui

duos tantum noverunt Jacobos; uti Euf. H. E. l. II: 1. et Latini in officio Ecclefiaftico; de quo vid. Cotelerius ad Conft. Ap., et inter recentiores Pearfon Lect. in Act. Ap. Dodwell. de *jure laicorum* facerdotali cap. 3. Spanhemius de Apoftolis, Perizonius in Ep. ad Fabricium ad calcem Chriftologiae ejus Noach. etc. Vitringa Obf. S. l. III. alii. Nec dubitaverim, quin verior fit fententia de duobus tantum Jacobis, et noftro Apoftolo ac fratre Domini. Liquet utique 1, ex Gal. I: 19. et II: 9. Jacobum, fratrem Chrifti, effe Apoftolum, unum e duodecim. Adcenfetur enim Apoftolis, iifque praeponitur, et *columna* adpellatur, idemque ille qui in fynodo Hierof. Act. XV. verba fecit. Utique non Epifcopus ab Apoftolis diftinctus, qualis tunc nullus adfuit, et Apoftoli quoque ac prefbyteri leguntur in unum coacti. 2. Jacobus fuit, ut modo vidimus, filius Mariae, Clopae uxoris, haec autem eadem ac Alphaei uxor, quia Jacobus, Jofes, et Judas fuerunt fratres Matth. XIII: 55. Cum vero Maria, foror matris Chrifti, fit mater Jacobi et Jofae Marc. XV: 40. et Jacobus, cujus frater dicitur Judas, Alphaei adpelletur filius Act. I: 11. oportet Jacobus Mariae filius fit unus idemque, ut et Cleopas ac Alphaeus De quo ipfa nominum adfinitas teftatur: diverfa enim pronunciatio, cum levi inflexione, ex חלפי fecit et Alphaeum et Cleopam. 3. Addi forte poteft, Jacobum noftrum adpellari *parvum*, feu minorem, Marc. XV: 40. utique relate ad alium Jacobum majorem, qui eft Zebedaei filius, cum in Mariae familia talis non fuerit. Unde colligitur, Jacobum noftrum ad idem pertinere collegium Apoftolorum, cujus fuit alter Jacobus Zebedaei. 4. Denique, ubi Chriftus refufcitatus dicitur adparuiffe *Jacobo*, *et dein Apoftolis omnibus* 1 Cor. XV: 7. tantum abeft, ut, quod vult Valefius, Jacobum ab Apoftolis diftingui, hinc colligi poffit, cum Cephas v. 5. eodem modo feorfim memoretur, ut eum ad collegium Apoftolorum pertinere inde rectius eliciatur; phrafis enim,

et dein omnibus Apostolis, indicat, antea uni aut alteri Christum sese manifestasse ex Apostolis; cum vero is sit *Jacobus*, ad Apostolos pertineat, necesse est.

§. CLIV. Traditio, quae, Jacobum fuisse Episcopum Hierosolymitanum, eique successisse alios e familia Davidica, et cognatione Domini, habet, si stricte sumatur notio Episcopi, admitti nequit, cum Apostoli fuerint universales, nulli Ecclesiae aut loco adstricti, ut supra observatum est, sed, si latiore sensu capiatur, de peculiari ejus ad Ecclesiam Hierosolymitanam relatione, aliquid veri praefert, cum ejus haud obscura in Actis Ap. exstent indicia; c. XV: 7, 13. XXI: 19. nec non in Ep. ad Gal. I: 19. II: 9, 12. Certius est, Epistolam canonicam, ejus nomen praeferentem, ab ipso, et non alio Jacobo, conscriptam, adeoque Apostolicae autoritatis, esse. Cum enim nullus sit Jacobus, Hierosolymitanus Episcopus, ab Apostolo diversus, Zebedaei autem filius, quippe cito sub Agrippa e vivis sublatus Act. XII., esse nequeat, alius ac noster pro autore habendus non est. Cui non obstat titulus *servi* Christi, in fronte Epist., cum is sit honoratior, et Apostolis eximie proprius, uti ex Pauli Epistolarum nonnullarum inscriptionibus quoque liquet, in specie Phil. I: 1. Nec habet aliquid Epistola Apostolo indignum. Ceterum, fuisse Jacobum in *Ecclesia* non tantum, et inter Apostolos, de quo ex dictis constat, sed et inter ipsos Judaeos, honoratissimum, elogium, quo Josephus l. c. ipsum ornavit, quoque edocet. Eusebius vero H. E. l. II: 23. refert ex Hegesippo, eum a Christi temporibus *justum* eximie dictum fuisse, et *obliam*, seu, ut additur, *munimentum populi*, *et justitiam*. Quid vero nominis sit *Obliam?* minus liquidum est. Quod si ὀζλιαμ legeretur, quae Fulleri est opinio Misc. S. l. III. idem esset ac עז לעם *munimentum*, asylum, *populi*, quae phrasis Ps. XXIX: 11. occurrit: cui titulus principum virorum, qui civitatis *columina* sunt, ἔρεισμα, ut Cl. Hemsterhusius ad Lucian. Tim. observavit, bene respondet. Sed, lectione ser-

 vata,

vata, cum אב לעם *patre populi* comparari potest: est utique is titulus de doctore, et tutore populi satis usitatus, Jes. XXII: 21. sic et Elias ac Elisa *pater, equus et currus Israelis*, adpellantur: Razi quoque, propter benevolentiam erga populum, *Pater Judaeorum*, 2 Macc. XIV: 37. Narrat praeterea Hegesippus apud Euseb. Jacobum *legis* fuisse studiosum; quod ex Act. XXI. et Gal. II: 12. aliquid etiam acquirit roboris.

§. CLV. Violentam ejus mortem hac ratione tradit Josephus Ant. XX. Cum, Festo procuratore mortuo, Albinus ejus successor in itinere esset, Ananus Pontifex, istius Annae, qui judicio Christi quoque praesedit, filius maximus, ferox et crudelis, coacto synedrio, Jacobum, aliosque paucos, tanquam legis violatae reos, condemnavit, et lapidandos tradidit, graviter ferentibus viris optimis, et legis studiosis. Sed ex Clemente refert Eus. l. c. Jacobum e Templi fastigio esse praecipitatum, et ligno, seu fullonis vecte, percussum. Hegesippus vero apud Eus. variis illud ornavit circumstantiis. Tradit enim, Jacobum, cum sanctitate et autoritate sua multos ad Christianismum abduceret, fuisse a Sadducaeis insidiose in Templi fastigium eductum, eo scopo, ut populum ab errore abstraheret, publice declarando, Jesum non esse Christum; secus cum faceret Jacobus, eum esse praecipitem ab illis datum, dein lapidatum, denique fullonis vecte occisum. Quam Hegesippi narrationem antequam discutiam, uno alterove observato illustrabo. Cum Jacobum a Judaeis fuisse interrogatum refert, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ *quae sit janua Jesu*, et respondisse *Jesum esse servatorem*; quid sibi vox θύρα *janua* velit, difficulter exponitur, et varias peperit Doctorum conjecturas, hic non recensendas, ut brevitati studeam. Dubium mihi non est, quin interrogatio eorum eo tetenderit, ut scirent, quid Jacobus de Christo sentiret, quod confirmat Eusebius Dem. Eu. l. III: 5. dicens, rogasse eos, *quam de Christo habeat ipse opinionem*. Quem locum deinceps quoque adtulit

tulit Cl. Wesseling, autor speciminis observ. S. in symbolis Litter. Ikenii tom. III., qui etiam Obs. l. I. c. 21. speciosam dedit rationem vocis *θύρας januae* adhibitae, sive ambiguitate vocis Heb. שערה vel פתח, quae *januam* pariter ac *sententiam* denotat, fuerit deceptus Hegesippus, sive θύρα figurate usurpetur pro *explicatione*, *enarratione*: ut sensus sit: cum variae de Jesu Christo prostent opiniones, tu dicas, quodnam sit *ostium Jesu*, seu illud, quo quid certi de ipso statui ac credi potest. Forte rectius cum Hebr. תורה, unde θύρα erronee fluxit, confertur, et *institutio*, doctrina, intelligitur, vel cum תאר, ut quaesitum fuerit de *forma*, et *idea* Christi definienda, quum recte sequitur, *eum esse servatorem*. Alterum habet observatum, Hegesippum, cum haud longe post necem Jacobi secutam tradit *obsidionem Vespasiani*, et *Judaeorum captivitatem*, haud obscure innuere, judicium hoc ob illam necem Judaeis fuisse immissum: quod e Josepho etiam censeri posset haustum, si, quod Origenes contra Celsum, et in comm. ad Matt., tradit, ut et Eusebius H. E. II. c. 23., in Josepho olim lectum fuisset, contigisse Judaeis excidium, *in ultionem Jacobi justi, qui erat frater Jesu, dicti Christi, quoniam eum, cum justissimus erat, Judaei interfecerant*. Quae verba, cum nusquam compareant apud Josephum, nec aut a Judaeis erasa, aut a Christianis aliquando intrusa, censeri possint, Origenem ad alium Josephi locum Ant. XX: 8. respexisse, et inde illud de Josepho tradidisse, mihi nunc non videtur improbabile. Cum scilicet Jos. l. c. retulisset, Jonathanem Pontificem in ipso Templo a sicariis, quos Felix Procurator adornaverat, occisum, illaque nece inpunita Templum fuisse ejusmodi hominibus foedatum, haec verba subjungit, *eam ob causam Deum* per Romanos *punivisse Judaeos*. Quae ad Jacobi caedem retulisse videtur Origenes, sive memoriae vitio, sive ob similitudinem facti. Sicut enim Jonathas in Templo, ita et Jacobus, censebatur occisus, uterque crudelissime, et injustissime. Accedit, illa facinora haud magno temporis intervallo fuisse dissita. §. CLVI.

§. CLVI. Quod ad circumstantias, ab Hegesippo narratas; autumaverim, quoad rem ipsam, eas ex Josepho [illegible] desumtas. Ipse enim expresse memoravit, Ananum [illegible] *[illegible]aeum*; cui concinit Hegesippus, ubi, *quosdam* e [illegible] haeresibus Judaeorum interrogasse Jacobum de Christo cum dixisset, subjungit deinceps, eos *resurrectionem* et [illegible] *judicium* negasse. Hic enim sensus est verborum ejus, minus recte perceptus. Deinde, Jacobum fuisse legis studiosum clare indicat Josephus, unde Hegesippus [illegible] videtur, quae de stricta et austera vivendi ratione ejus refert. Denique, quod Josephus ipsum esse *traditum lapidandum* tradit, Hegesippus adsumsit, sed circumstantiis ex ingenio suo ornavit, pro more suo, ut Jacobi mors esset gloriosior. Fieri quoque potuit, ut fraudulenter cum eo egerint hostes, eumque in aliquod fastigium eductum, uti in lapidatione plerumque fiebat, inde praecipitaverint, dein lapidibus obruerint; imo, cum nondum videretur mortuus, et omnia confuse agerentur, fieri potuit, ut ligno fuerit ab aliquo occisus. Sed reliquae circumstantiae mihi videntur ab Hegesippo vel fictae, vel ex fama haustae, ex. gr. quod narrat, Jacobo licuisse *sanctum sanctorum ingredi, quia lineas semper* gerebat vestes, quod de Templi fastigio fuerit deturbatus, quodque ipsum de confessione fidei in Christum interrogarint, etc. Vid. Scaliger ad Eusebii Chron. et Clericus hist. sec. I. qui Petavio ad Epiph. haer. 78, Scaligerum refutanti, respondet. Ceterum, ut de tempore martyrii ejus verbo moneam, Eusebius, Hieronymus, alii, illud adligarunt ann. 7*mo* Neronis AEr. V. 61. nec citius cum Valesio ad Eus., qui 4*to* Neronis contigisse autumat, statui potest, cum Festus, cui successit Albinus, non inceperit praeesse Judaeae ante 6*tum* Neronis; Martyrium itaque ejus ante 7*mum* Neronis constitui nequit. Quod ex seq. narratione Josephi de Caesareae Philippi ampliatione, per Agrippam decennalibus Neronis facta, confirmat Pagi ad Baron.

§. CLVII.

§. CLVII. *Petri* notitiam, quantum ex Euangeliis hauriri potest, supra suo loco cum jam dederim, gesta ejus postea, ubi de propagatione Euangelii enarraturus sim, hic de morte ejus, ac circumstantiis loci et temporis, dixisse sufficerit. Petrum fuisse cruci suffixum, ex historia Eccles. inter omnes constat, eo magis quod illud ab ipso Christo fuerit ei denunciatum Joh. XXI: 18. his verbis: *cum senex fueris factus, extendes manus tuas, et alius te cinget* (non tam ad portandam crucem, quam vinculis et funibus in cruce ipsa, uti moris erat) *et ducet quorsum non velis* (scilicet ad mortem, naturalibus inclinationibus contrariam, et infamem, seu ad grave et tristissimum fatum subeundum. Concinit Gr. phrasis, συμφορὴ ἀνεθέλητος, sicut formula οὐχ' ὡς ἤθελε vel βούλεαι, verbis in speciem lenissimis, de tristi calamitate seu infortunio. Vid. not. ad Herodot. nov. edit. p. 545.) Quibus verbis mortis genus indicari, Johannes ipse vers. 19 declarat. Quo etiam dictum Christi ad ipsum Joh. XIII: 36. pertinet, *postea sequeris me*, scilicet in morte. Addit quidem traditio, quam ex Origene memoravit Eusebius H. E. III. et Dem. Eu. l. III., ut et Chrysostomus hom. 66 in Gen. Oper. t. IV., ipsum, ad ejus petitionem, ne aequaretur Christo, capite deorsum demisso esse crucifixum; sed illud non genium Apostolicum, sed superstitionem redolet, nec vetustiores ejus meminerunt. Traditio, cujus etiam meminit Ambrosius epist. ad Auxentium de *basilicis non tradendis*, quae habet, Christum Petro fugam Roma meditanti, adparuisse, eumque de instante admonuisse martyrio Romae, originem forte repetit ex 2 Pet. I: 14. ubi dicit, Dominum sibi instantem mortem revelasse. Illustrior est de *loco* et *tempore* martyrii ejus quaestio. Petrum Romae non tantum fuisse testantur Papias apud Euf. H. E. II: 15. et Irenaeus adv. Haer. l. III., sed et ibi cruci fuisse adfixum, Dionysius Corinthiorum Episcopus, Irenaeo paululum inferior, apud Euf. H. E. II. et Origenes *ibid.* l. III., ne Tertullianum, Clementem Alex., aliosque

que veteres memorem. Vid. Pearson de *success. prim. Pontif. Romae* Diss. I. c. 7. Cui constantissimae traditioni suffragatur, quod sub Nerone, tempore persecutionis, quae Romae viguit, contigerit, nec ullus alius locus, qui tamen ignotus esse non potuit, ab aliquo fuerit memoriae proditus. Nec dubito, quin universalem nacta fuisset traditio adsensum, si, progressu temporis, non fuissent aliena et falsa ei admixta, uti, Petrum sub Claudio venisse Romam, et 25 annos gessisse Episcopatum, praeterea Simonem Magum, Romae adoratum, tanquam Deum, multis miraculis clarum, fuisse, cum volaret, praecipitatum precibus Petri, et prostitutum: uti in Const. Ap. l. VI. et alibi narratur. Quae omnia ficta sunt, et a Doctis falsi jam convicta. Fabula de conflictu Petri cum Simone Romae, hujusque volatu, et illius, inde orta, crucifixione, quam Arnobius adv. Gent. sec. IV. memoravit, et late narravit; ejusdem sec. scriptor, Pseudo Hegesippus de excidio Hierosol., primos natales suos debet Lucio Carino, famoso inpostori sec. II., ex cujus *actis Petri* simile quid profert Origenes comm. in Matt. vid. Beausobrius Hist. Manich. t. I. Occasionem praebuisse videtur historia Icari cujusdam *volantis, et juxta cubiculum Neronis decidentis*, apud Sueton. in Ner. c. 12. Simonem vero, tanquam Deum, fuisse Romae adoratum, ex Justini Martyris errore in vulgus emanasse videtur. Ille enim Apol. vulgo II*da* §. 74. narrat, Simonem a Romanis fuisse cultum, statua ipsi in Tiberi erecta, cum inscriptione *Simoni Deo sancto*. Quam fabulam viri Docti jam abunde refutarunt, ut Dalenius in peculiari diss. ad calcem libri de Oraculis, J. Basnagius in Exercit Hist., alii: originem quoque erroris Justini Mart. detexerunt, quippe quaerendam in inscriptione, quae *semonem sancum, Deum fidium*, Sabinorum Numen, foederibus sanciendis praefectum, significavit: cui robur addit statua, cum hac inscriptione sub Gregorio XIII. Papa, in ipsa insula Tiberina, effossa, quam exhibet Baronius in Annalibus. Deceptus fuisse potuit Just.

Just. Mart., si non a Samaritanis, quod putat Vales, ad Eus. H. II: 13. per litterarum similitudinem, *simonis* et *semonis*, nec non *sancti* et *sanci*. Vid. Grabe ad Just. M. l. c. Deus iste Sabinis dictus fuit *semo* et *sancus* a sanciendo; et *Deus fidius*.

§. CLVIII. Opinio de Episcopatu Petri, primum Antiocheno per ann. 7, dein Romano per 25, ab initiis Claudii, sicut Apostolatui, ut supra observavi, manifeste repugnat, ita ex Actis Apost., ac Epistolis Pauli, facile refutatur, cum eum Romae ante ann. IX. Neronis, aer. Vulg. 62, non fuisse, ex illis clarissime elucescat. Lucas, in actis Ap. Petri gesta et fata enarrans, usque ad concilium Hierosol. Act. XV. annos 14 post Pauli conversionem habitum, ipsum in Judaea, et in synodo illa praesentem, sistit. Postea fuit Antiochiae Gal. II., et quo tempore Paulus Epist. ad Rom. a. 4to Ner. aer. V. 58, exaravit, Petrus Romae non fuit; cum eum non salutaverit, nec inter operarios, quos laudat, memoraverit. Quid? quod ad illud usque tempus nullum Apostolum Romae fuisse, haud obscure innuat c. XV: 20. Quod etiam c. I: 11. pro hypothesi habet, si per χάρισμα donum gratiae, ad quod cum Romanis communicandum se eos adire desiderare declarat, intelligendum sit, ut videtur, extraordinarium donum Spiritus S., per solos Apostolos conferendum. Cujusmodi donorum communicatio cum Gentibus cum signum esset et testimonium divinum electionis Gentium aeque ac Judaeorum, Act. X: 44. XI: 15. aptissimum erat medium Gentes in fide confirmandi: uti v. 12. adcuratius exponit, significans, se Romanis ita persuadere velle, ipsorum, qua Gentilium, et suam, qua Judaeorum, fidem et communionem in Christo, non esse diversam, sed eandem, omni discrimine Judaeorum et Gentilium sublato. Quod in hac epist. maxime intendit. Porro, quo tempore Paulus Romam abductus, et ibi in vinculis fuit, Petrus Romae non adfuit; quia in Epist. tunc scriptis, uti ad Philipp., Ephes., Coloss. et Philem. ne minima

 occurrat

occurrat Petri mentio, solutus autem est vinculis a. 9no; Ner. aer. V. 62.

§. CLIX. Haec, quae produxi, in causa fuerunt, quare nonnulli, ingente adparatu, Petrum nunquam Romae fuisse, aut ibi martyrio adfectum, demonstrare conati sunt: uti, post Salmasium, instituit Fr. Spanhemius in peculiari Diss., ubi et alias rationes, pro Petri mora Romae produci solitas, recte refutavit; uti ex. gr. quod 1 Pet. V: 13. Petrus se *Babylone* scribere indicat; non enim, quod Veteres aliqui commenti sunt, Roma, mystice sic dicta, intelligitur, sed vel Assyriaca, vel potius AEgyptiaca; ut supra observavi. Sed haec falsa rem ipsam nondum falsitatis arguunt, maxime cum antiquissimi eas fictas ignorarint circumstantias, nec desint, qui Petrum non nisi sub Nerone venisse Romam tradunt, uti Lactantius de mort. Persec. c. 2. diserte adserit. Denique nulla fuit a Spanhemio ratio adlata solida a constante Veterum traditione discedendi. Quod enim Papiam pro unico ejus fonte habeat, illud fundamento caret, cum alii, ipso paulo inferiores idem referant, absque ut, eos ex Papia sumsisse, ulla sit suspicio, praeterea constans sit et universalis traditio, qualis vix esse potuerit, si de veritate rei non constitisset, maxime cum locus crucifixionis Petri, tam celebris Apostoli, ignorari non potuerit: ne dicam, Papiae autoritatem in ejusmodi rebus facti non esse adeo spernendam. De quo postea. Protulit tamen nonnulla Cl. Spanhemius, quae majorem merentur adtentionem, verbo adtingenda et diluenda. Petri martyrium *Romae* non memorasse Clementem Rom. ep. ad Cor. §. 5. ubi ejus mentionem fecit, urget, indeque, Petrum Romae non fuisse occisum, colligit. Sed 1. nec de Paulo, ubi ejus martyrium eo ipso loco narrat, illud expresse tradidit, qui tamen Romae passus est. Dicit tantum in genere, ipsum ad *Occidentis terminos* venisse, nec tamen Romam ea phrasi indigitat, sed potius Hispaniam, de quo postea. Deinde 2. Romam ipsi in oculis fuisse, vel inde liquet, quod

quod cum Romae fcripferit, nec alium martyrii locum memoraverit, uti feciffet, fi alibi illud contigiffet, tum de Romanis loquatur martyribus; uti ex §. 6. patet. Adjungit, Ignatium in Epift. ad Romanos ejus non meminiffe: verum, praeterquam quod ex filentio ejus nihil certi colligi queat, indirecte tamen illud indicavit, ubi §. 4. dicit, *non ut Petrus et Paulus praecipio vobis*: quod expreffe in Ep. ad Rom. monendi rationem non habuiffet, nifi, eos Romae euangelium adnunciaffe, et mortuos fuiffe, conftare crediddiffet.

§. CLX. Denique cum Paulus in *pofteriore* ep. ad Tim., quae in pofterioribus fcripta eft vinculis, haud diu ante mortem ejus, Petri nullam fecerit mentionem, eum tunc Romae non fuiffe, recte quidem, fed ibi non ante degiffe, male concluditur, quia antea potuit martyrium Romae fubiiffe, Paulo, a prioribus vinculis liberato, et aliis in locis verfante. De quo ut rectius conftet, de *tempore* mortis Petri paulo adcuratius agendum eft. Plurimis quidem Veterum fedit opinio, Petrum et Paulum eodem anno, quin et fecundum nonnullos die, fuiffe martyrio adfectos, ex Dionyfii Corinth., ut puto, Epiftola apud Euf. H. E. l. II: 25. orta, ubi, eos κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν *eodem tempore* martyrium pertuliffe, traditur; fed illa phrafis latitudinem admittit, quemadmodum ipfe Euf. ad tempus Neronis eam in genere refert. Antiquiffima utique opinio habet, Petrum fuiffe ante Paulum aliquo tempore occifum. Clemens Rom. l. c. Petri praemittit martyrium: Juftinus martyr et Irenaeus quinquennio ante Paulum illud Petro contigiffe tradunt, fi fides fit Simeoni Metaphraftae Lat. apud Surium, et Gr. apud Junium ad Clem. Rom., habenda. Qua ratione Petrus in principio perfecutionis Neronianae, quae a. 64. aer. Vulg. incepit, coronatus fuiffet, Prudentius vero περὶ στεφάνων *de coronis*, unum annum autumat antevertiffe Petrum. Accedit, ejus a Paulo in pofter. epift. ad Tim., ut modo notavi, nullam factam effe mentionem.

§. CLXI. Petro recte subjungitur *Paulus*, de quo agendum restat, quippe cum eo comparatus Gal. II. tanquam Gentium, ut ille Judaeorum, in primis Apostolus, cum ipso quoque Romae sub Nerone adfectus martyrio, circa idem itaque in genere tempus, ut modo disputavi, minimus quidem in oculis suis, nec dignus, qui tanto fungatur munere, ob persecutionem Christianorum, sed in oculis Christi, et ob praestitos labores, et singulares revelationes, ipsi factas, nemini secundus 1 Cor. XV. et 2 Cor. XI, XII. a Deo per Christum inmediate vocatus ad Apostolatum, et divinitus instructus Gal. I., insuper Apostolorum collegio extra numerum debitum insertus. Origine fuit Judaeus, Hebraeus ex Hebraeis, et Benjaminita, 2 Cor. XI. Phil. III. natus in celebri, etiam eruditorum virorum, teste Strabone l. XIV., consessu, urbe Ciliciae Tharso, simul civis Romanus Act. XXII. non qua civis Tharsensis, de qua Tharsensium praerogativa nihil constat, sed quatenus ex parentibus civitate Romana donatis, sive vi meritorum, sive emtione, fuerit ortus. Vid. Ez. Spanhemius in *Orbe Romano*. Gustum aliquem eruditionis secularis postquam, ut probabile est, in urbe erudita cepisset, in ea enim Paulum non fuisse hospitem ex Epistolis et aliunde patet, Hierosolymam, ut scientia rerum Judaicarum inbueretur, translatus, magnum prae reliquis sociis in eruditione Judaica, et legis et traditionum respectu, praecipue Pharisaica, fecit progressum, ad *pedes Gamalielis*, celeberrimi tunc temporis doctoris sectae Pharisaicae, *educatus* Act. XXII: 3. adeoque, quae vis phrasios est, non tantum discipulus ejus, sed et domesticus, ac familiaris; praeceptorem in fervente sectae studio forte etiam, quod non est in discipulis rarum, superans. Utique in modo sectae tuendae ac promovendae a moderatione, et sapiente consilio Gamalielis, cujus mentio est Act. V., longe discessit, ac Christianos insano zelo persecutus, in domos, ubi congregati erant, irrumpens, et ad tribunalia trahens, necem quoque eorum omni mo-

do

do procurans, uti in Stephano Act. VII. adparuit: nec intra Hierosolymae aut Judaeae sese continuit limites, verum, litteris Synedrii Judaici munitus, ad exteras se quoque contulit oras, ut Christianos inde vinctos sisteret Hierosolymae judicandos. Sed hic tantus traditionum paternarum Zelota, et Christianorum inquisitor ac persecutor, Ecclesiam instar *leonis* vastare adgressus, in medio furore a Christo, quasi altero Simsone, respectu leoninae indolis, profligatus in via Damascum versus, dulcissimum aptus factus est praebere mel euangelii. Modus conversionis ad Christum, et vocationis ad Apostolatum, prorsus singularis ac miraculosus, quo Christum sibi se manifestantem in via Damascena vidit, et audivit objurgantem, quod ipsum in Christianis persequeretur, simul luce, fulminis instar, percussus, et oculorum usu privatus, ac Damascum ire jussus, ut ab Anania aliquo sanaretur, et Christianismo per baptismum insereretur Act. IX., sicut veritatem Christianismi valide demonstrat, uti in oculos incurrit, et ab aliis extra dubitationis aleam positum est, ita de apostolatu ejus clare testatur, simul tanquam in typo repraesentat modum, quo universus Israel, sub finem oeconomiae novae, convertetur: uti ipse Paulus innuit 1 Tim. I: 16. quod supra jam observavi.

§. CLXII. Saulus hac ratione conversus, et vocatus ad Apostolatum, ab Anania baptizatus, et Spiritu S. plenus, mox secessit in Arabiam, Damasco vicinam, antequam euangelium alicubi adnunciaverit, quod demum incepit inde reversus Damascum: uti ex Gal. I: 17. colligi posse videtur. Quod itaque Act. IX: 22. traditur de Paulo Damasci Christum adnunciante, et Judaeos confundente, contigit, ut videtur, post reditum ejus ex deserto Arabiae, cujus in Act. Ap. nulla facta est mentio. Videtur quidem mox fidem suam in synagoga publice declarasse, ut v. 20 refertur, sed ulterius non processisse, nisi post reditum ex Arabia, adeoque, quod v. 22 habetur, reditum fuisse secutum

probabile est. Quare desertum illud petierit mox a vocatione sua, et quid ibi egerit, aut ei acciderit, licet expresse non memoretur, probabile tamen mihi fit, eum a Spiritu eo fuisse ductum, ut in munere recte obeundo instrueretur divinitus, adeoque ipsi haud unam tunc contigisse revelationem divinam. Cum enim ipse, narrata sua vocatione, mox subjungit Gal. I: 17. sese *carnem et sanguinem*, seu homines, non consuluisse, nec Hierosolymam se ad Apostolos contulisse, sed *in Arabiam* discessisse, et dein rediisse *Damascum*, haud obscure indicat, sese, quod modo notavi, Damasci mox non praestitisse doctorem Christianum, sed post reditum ex Arabia, ut Act. IX: 22. habetur; praeterea, quod hic intendo, Arabiae desertum petiisse *ductu spiritus*, quo, baptismo tinctus, expresse dicitur *plenus* Act. IX: 17. ut ibi uberius instrueretur, corroboraretur, et ad illustre, simul grave, munus, cum multis molestiis, laboribus, et periculis conjunctum, praecipue respectu Sauli, uti Act. IX: 15, 16. Ananiae de ipso praedictum fuit, praepararetur, et aptus redderetur. Sicut ergo, ut credibile est, ipse sese precibus, lectione, et meditatione Script. S., aliisque exercitiis idoneis occupatum tenuit, ita et haud una honoratus fuit revelatione divina, ad ipsum notitia regni Christi, spiritualis ac coelestis, legis Mosaicae abolitionis, ac euangelii gratiae, in omni complexu suo, instruendum, opposite ad humanam institutionem, quam ipse ubique a se removit, uti Gal. I, II. 1 Cor. XI: 23. Ephes. III: 3. et alibi. Quare plusquam probabile est, eum et hoc tempore in paradisum, et usque ad tertium coelum, fuisse raptum, et inter alia didicisse, quae ad disciplinam quandam referri possunt arcani, in hac vita cum hominibus non communicanda; ut ipse innuit, ἄῤῥητα adpellans ῥήματα *verba non dicenda*, 2 Cor. XII. Unde est, quod prae reliquis Apostolis fuerit hisce in rebus eruditus. Ne autem quis ad id obhaerescat, quod triennio post demum venerit Hierosolymam, observari velim, non tradi ipsum

sum *tres* annos in Arabia trivisse, sed post tres. annos Hierosolymam rediisse: adeo ut in Arabia non tantum, sed et alibi, potuerit versatus fuisse, etiam Damasci altera vice, antequam Hierosolymam profectus est. Hinc Damascum redux, tanta cum convictione Christum adnunciavit inter Judaeos, ut in ejus necem conspiraverint, regis Arabiae, cui tunc subjecta erat Damascus, incertum quando et qua ratione, cum ad Romanorum dominium pertinuerit, Praefecto in partes tracto, Act. IX. et 2 Cor. XI: 32. quare clam sese subduxit, ut ibi narratur, et alio secessit.

§. CLXIII. Profectus dein est prima vice, post vocationem suam, Hierosolymam, ut cum Petro conferret, mansitque quindecim dies, nec alium vidit Apostolum, praeter Jacobum. Contigit illud tribus annis post conversionem ejus, Gal. I: 18, 19. Cum autem Hierosolymis euangelium libere inter Judaeos, et Hellenistas adnunciaret, in eorum odium adeo incurrit, ut ab Hellenistis, quibuscum acriter disceptavit, ad necem fuerit quaesitus. Quando a Christianis est Caesaream abductus, unde in Syriam ac Ciliciam sese contulit, et Tarsi detinuit, Act. IX. Gal. I: 21. Quo audito Barnabas eum requisivit, et secum Antiochiam duxit, ad Ecclesias colligendas vel confirmandas. Quo tempore fideles nacti sunt nomen *Christianorum*, forte a Latinis, cum ad eorum linguam conformatum sit, adeoque a Romanis gentilibus, ibi degentibus, ipsis datum videtur, ut a Judaeis distinguerentur, tanquam Christi, regis Judaeorum crucifixi, sectatores, sed bonone an malo animo? definire non ausim. Illud singulare est, fideles ipsos eo titulo non nisi sero sese insignivisse, sed ab infidelibus eo fuisse notatos, uti Act. XXVI: 28. et 1 Pet. IV: 16. Fame vero ingruente, secundum praedictionem Agabi, prophetico dono praediti, collectae factae sunt in subsidium fidelium Hierosol., quas cum Barnaba eo transtulit Paulus; et ita secunda vice venit Hierosolymam, Act. XI. Quando in Templo adoranti Christus ipsi, in ecstasin rapto, adparuit, et

in mandatis dedit, ut inde sese proriperet, et ad Gentes luce euangelii illustrandas verteret, Act. XXII: 17. Quae ultima fuit ejus vocatio ad apostolatum inter Gentes obeundum. Cui obsecutus inde cum Barnaba rediit Antiochiam, adsumto Johanne Marco Act. XII: 25. et jussu Spiritus S. ab Ecclesia dimissus est, ad euangelium inter Gentes promulgandum: ubi obiter notetur, quod postea usui erit, Paulum et Barnabam, licet a Spiritu S. vocatos, fuisse a tribus prophetis, post jejunia et preces, per *inpositionem* manuum emissos, ad euangelium adnunciandum, sicut mox cum memoratis sociis adgressus est facere, Act. XIII. A quo tempore incipit epocha laborum Pauli, tanquam Apostoli Gentium: quorum notitiam dabo, ubi de propagatione Ecclesiae agendum est: gessit quoque ab eo tempore nomen *Pauli*, loco Sauli; occasione conversionis Sergii *Pauli*, praesidis Romanorum in insula Cypro, quippe Romanum, et in signum civitatis Romanae ipsi datum, sicut *Sauli* indicium erat originis Hebraeae. Utique Luc. Act. XIII. eum tunc incipit hoc nomine constanter adpellare. Gesseritne jam ante illud, duplici nomine Sauli et Pauli insignitus, incertum, licet a more Judaeorum ejus temporis alienum non sit. Sed fundamento caret opinio eruditi viri La Croze in thesauro Epist. Lacroz t. III. praenomen *Tertii* ipsi quoque adhaesisse: *Tertius* enim, licet inter praenomina Roman. occurrat, nusquam Paulo datus est, Rom. XVI: 22., quod unicum est opinionis fundamentum, occurrens non est Paulus ipse, sed ejus amanuensis, qui Epistolam descripsit, ut diserte additur.

§. CLXIV. Itinera, gesta, et fata Pauli cum postea, ut dixi, enarraturus sim, hic chronologiam eorum, et epocham conversionis ejus, unde reliqua dependent, constituam, quantum fieri potest probabiliter. Certi enim aliquid vix poterit definiri, minus propter diversas Doctorum hypotheses. Secundum meam sententiam, quam cum Pearsono, Vitringa, et aliis, communem habeo, qui consuli possunt,

Paulus

Paulus ann. Caji *1mo*, aer. Vulg. 37. conversus est, in priora vero conjectus vincula a. Neronis *4to*, aer. V. 58, inde post quinquennium solutus, a. Neronis *9no*, aer. V. 62, dein denuo Romae vinctus, tandem martyrio coronatus est, a. Neronis *14to*, aer. V. 68. Quam sententiam per sequentes theses faciam, ductum Cl. Vitringae in *hypotyp. hist. S.* in primis secutus, probabilem. 1. *Prima* fert, secundum ejus iter Hierosolymam ad collectas deferendas, cujus modo memini, Act. XI., fuisse institutum ann. Claudii *3tio*, aer. V. 44. idque sex annis post ejus conversionem; unde sponte elucescit, epocham ejus conversionis in anno Caji *1mo*, ut dixi, figendam esse; cum inter Caji *1mum*, et Claudii *3tium*, tot anni sint. Prior pars de itinere Hierosolymam, anno Claudii *3tio*, duabus nititur rationibus, *una*, Herodem Agrippam eo anno, ut suo loco vidimus, obiisse, cujus mors illud iter mox secuta est Act. XII. *altera*, famem, quae illas peperit collectas, in illum Claudii annum incidere, teste Josepho et Eusebio in Chron.: sed posterior pars ex itineribus Pauli, tempore intermedio habitis, probabiliter colligitur. Tribus enim annis delituit in Arabia, et alibi, post conversionem, uno anno Antiochiae moratus est Act. XI: 26. dein Hierosolymis fuit, in Syria et Cilicia aliquod tempus trivit, donec eum inde extraxerit Barnabas: quae omnia facile biennium explent. Quibus lucem 2. *secunda* thesis infundit, quae, Synodum Hierosolymitanam Act. XV. celebratam esse, habet, ann. 14 post conversionem Pauli, adeoque 7 vel 8 ann. post secundum ejus iter Hierosol., quod ex itineribus Pauli recte firmatur; uti ex sequentibus suo loco patebit. Thesin vero extra dubium collocat locus Gal. II: 1. Annorum enim 14, ibi memoratorum, epocha, non a trium annorum mora in Arabia, et alibi, ut putatur, sed a conversione Pauli omnino petenda est, cum, quod in tota hac pericopa inde initium sumatur, tum, una serie anni illi *tres* et *quatuordecim* non subjungantur. Synodus itaque, secundum hunc computum, habita est ann.

... post secundum

... in priora venisse
... septem ann. post
... as recte convenit.
... X: 31. Corinthi ses-
... tempus postulant iti-
... ... it *a*. quod duos an-
... Felici procuratori Ju-
... Duo enim illi anni
... unt, cum *multos* an-
... : 10. Dein *b*. Festum
... isse, probabile non sit,
... aut *4to* contigisse passim
... praefecturam brevi tenue-
... atur, quod Festus adhuc
... Octavia, uxor Neronis esset
... ad Neronis *9no*, aer. V. 62
... Neronis *6tum* praefecturam
... vincula Pauli *duos* ann. jam
... recte ponitur ann. aer. V.
... vincalis Romanis videri ex-
... esset Barrhus, vir bo-
... Tigellinus, Neroni simillimus,
... Neronis *9no* factam fuerit, et
... in vincalis, ut mox patebit,
Neronis incepisse.
... lucem mutuatur thesis, Pau-
... V. 62. liberati esse redditum,
... duraſſet. Quod historiae
... Caesareae fuit in vinculis, to-
... XXVIII: 30. annum facile re-
... iter Romam. Ceterum, A-
... assertum, vix dubitari pote-
... in Epistolis ad Ephes., Phi-
lipp.,

lipp., Coloss. et Philem., quas Romae in vinculis scripsit, nimis fidenter de instante sua liberatione loquatur, quam ut illam non fuisse secutam statui possit. 1. Lucas Act. XXVIII, tradens, eum biennium Romae vinctum trivisse, mortem ejus sine dubio memorasset, si vincula illa in ea fuissent terminata. 2. Cum 2 ep. ad Tim. in vinculis Romae fuerit exarata, nec tamen in prioribus, ut supra vidimus, oportet fuerit inde liberatus, et altera vice in custodiam datus. Epocham martyrii ejus in ann. Neron. 14*tum*, aer. V. 68. incidere, evicit Pearson in Annal. Paul. Coronatus quidem est sub Nerone, sed absente, et finita jam persecutione, summam tenente Helio Caesareano: a quo viro saevissimo in arctam conjectus est, cum Romam rediisset, et minus notam, custodiam, quare Onesimus eum, non nisi aliquandiu quaesitum, invenisse legitur 2 Tim. I: 17. Productus aliquando coram Helio tanta cum efficacia se defendit, ut *ereptus* fuerit *ore leonis* 2 Tim. IV: 16. non quidem directe Helii, sed Satanae *circumcursantis ad devorandum*, per Helium nunc agentis: sed brevi post eam sortem subire debuit, *gladio* capite amputato; uti narrat Eusebius H. E. III: 25. et ex antiquissimis confirmat autoribus. Tradit vero Clemens Rom. ep. ad Cor. §. 5. passum fuisse *ἐπὶ ἡγεμόνων sub praefectis*, quales tunc fuerunt Tigellinus, Sabinus, alii, praecipue Helius. Ceterum, ut illud obiter observem, Paulum, ut de ejus indole, dotibus, et qualitatibus moralibus, omni parte laudabilibus, et praeclaris, sileam, prae reliquis excelluisse 1. notitia regni Christi spiritualis et coelestis, opposite ad terrestria et legalia OEconomiae Veteris, 2. ardente studio illud propagandi, et in sua puritate contra Judaizantes Christianos conservandi ac tuendi, uti ex Epistolis liquet, flagrasse 3. laboribus ac periculis, aliisque malis, euangelii causa perferendis, 4. denique illa *fide* illustrissimum fuisse, quae, ut Heb. XI: 1. habetur, est *sperandorum ὑπόστασις*, seu certissima fiducia de rebus quas speramus consequendis, et *rerum, quae non videntur, ἔλεγχος*

viva repraeſentatio, ac demonſtratio, acſi praeſentes eſſent. Quae omnia ex ejus vita et Epiſtolis facile eluceſcunt.

§. CLXVII. De Euangeliſtis, qui Apoſtolorum quaſi vicarii fuerunt, in euangelio adnunciando, et rebus Eccleſiarum ordinandis, antequam agam, *duorum*, peculari ſenſu adpellatorum, Euangeliſtarum, quatenus ſcripto quoque promulgarunt euangelium, ſeu hiſtoriam vitae, geſtorum, et fatorum Chriſti dederunt, et ab Apoſtolis diſtinctorum, Marci et Lucae, mentio facienda eſt. Cum haud unus memoretur *Marcus*, ſed alibi *Johannes Marcus* Act. XII et XV. alibi Marcus nepos Barnabae Col. IV. alibi Marcus filius Petri, non proprie, ſed myſtice, ſic dictus, quatenus ab eo converſus eſt, vel genuinus ejus diſcipulus ac comes fuit, quo ſenſu Timotheus Pauli vocatur filius, Marcus denique abſolute, cujus Paulus inter cooperarios ſuos meminit in Ep. ad Philem. et 2 Tim. IV: 11. dubium eſt, num unus idemque ſit, qui duplici nomine, uno Hebr. Johannis, altero Gr. Marci, fuit inſignitus Barnabae Nepos, primum comes Pauli et Barnabae, dein, poſt ſynodum Hieroſolymitan. Act. XV. ſolius Barnabae; ſed poſtea quoque, et in primis, Petri, an diverſi, ſive duo, Johannes Marcus, nepos Barnabae, et *Marcus*, Petri comes; quod poſterius non eſt inprobabile; licet minus certum: ſed illud tanti non eſt. Euangelii autem ſcriptor videtur fuiſſe Marcus, quem Petrus filium ſuum adpellat, et comitem habuit in AEgypto, ubi priorem ſcripſit Epiſt. 1 Pet. V: 13. Utique traditio antiquiſſima habet, eum ex Petri inſtructione illud compoſuiſſe, et Alexandriae degiſſe Epiſcopum Euſ. H. E. III: 16. Prioris anſam forte praebuit dictum Petri 2 Pet. I: 15. quo ſe curaturum promittit, ut poſt *deceſſum ſuum in rerum earum memoriam reducantur* fideles, ad euangelium Marci adplicitum, eo majore quoque jure, quod pericopam aliquam ex eo recenſeat. Poſterius latiore ſenſu, quo Jacobus, ut ſupra habuimus, Epiſcopus Hieroſolymae eſt adpellatus, adſumi poteſt, quatenus ad eam Eccle-

 ſiam

siam peculiarem habuit relationem, maxime post Petri obitum; adeo ut successio Episcoporum Alexandriae ab ipso initium ceperit. De quo postea. Serioris temporis traditiones de martyrio ejus, et reliquiis, Venetias translatis, et alia in loca, lubens mitto, tanquam parvi faciendas. De ejus Euangelio supra egi. De *Luca* paucis absolvam, cum de ipso parum constet, et recentiores traditiones alibi, quam hic, legi malim. Lucas, nomine ex Lucano, quod Romanis non fuit ignotum, sicut Silas ex Silvano, contracto, a Lucio itaque Act. XIII: 1. et Rom. XVI: 21. probe distinguendus, sitne idem ac Lucas *medicus* Col. IV: 14. quod passim putatur, dubium mihi est, cum epitheton *medici* censeri possit expresse additum, ut ab alio Luca distingueretur. Censetur Antiochenus, origine Gentilis, et a Paulo conversus, illud certum est, ipsum fuisse Paulum in itineribus comitatum post synodum Hierosolym., cum ab eo tempore de Paulo, et comitibus in prima persona loquatur, se includens, Act. XVI. Profectus quoque cum eo est Romam, Act. XXVII. XXVIII., ubi ipsi in vinculis adfuit, ut et in posterioribus, 2 Tim. IV: 11. Plura de ipso non constant.

§. CLXVIII. *Euangelistae*, quatenus peculiarem aliquem constituerunt ordinem, et ab Apostolis ac ordinariis doctoribus, seu pastoribus, distincti fuerunt, quos Paulus Ephes. IV: 11. memoravit, et inter eos collocavit medios, vero suo conspectu, fuerunt ministri extraordinarii, nulli Ecclesiae particulari adfixi, sed euangelio per orbem promulgando, et Ecclesiis ordinandis, destinati, tanquam Apostolorum legati, et vicarii, qui ipsis a latere erant, iisque in verbi Dei adnunciatione, sacrorum administratione, et presbyterorum ordinatione, aliisque rebus similibus, adjumento, proximi quoque Apostolis in donis et potestate, sed vicaria, et Apostolis inferiores. Qualis fuit Philippus *unus e septem*. Act. XXI: 8. adeoque cum ipso et reliqui, *diaconi* dicti, qui pro brevi tempore eleemosynis aequaliter

diſtribuendis fuerunt ab Apoſtolis praefecti Act. VI. per *manuum* quoque inpoſitionem, viri ſpiritus et fidei pleni, inter quos eminuit Stephanus, primus Martyr Act. VI et VII. Quibus deinceps alii fuerunt adcenſiti, uti Lucas, Timotheus, Titus, Marcus, alii. Num ad certum aliquem fuerint numerum redacti, et quantum, non conſtat. Traditio quidem habet, eos 70, vel 72, fuiſſe numero, quorum nomina recenſentur in Chron. Alex., et Pſeudo-Dorothei ſynopſi ad calcem ejus. Varios vero indices Prophetarum et Euangeliſtarum exhibet Fabricius ad calcem Gaulmini de *vita et morte Moſis*, ubi etiam comparet Blondelli diſſert. de 70 diſcipulis Chriſti: ſed traditio plane eſt incerta, et ex falſa opinione de Euangeliſtis, et 70 diſcipulis a Chriſto emiſſis Luc. X., iiſdem orta. Illi enim diſcipuli pro brevi tantum tempore fuerunt ſelecti, et eo unice deſtinati, ut per urbes et vicos promulgarent, regnum coelorum ante fores eſſe, et ipſum Chriſtum ſeſe iis mox praeſtiturum praeſentem. Quo nuncio peracto, ad Chriſtum redierunt laeti, et daemonia fuiſſe a ſe domita retulerunt. Perpetui itaque euangeliſtae non fuerunt inſtituti; nec ad euangelium poſt Chriſti exaltationem adnunciandum, aut Eccleſias colligendas, ordinati; uti Apoſtoli. Quare vero 70 fuerint electi, definiri nequit; licet ad 70 ſeniores, Moſi ad breve tempus adjunctos, et ſpiritu ejus ornatos Num. XI. fuiſſe adluſum, non ſit inprobabile. Cum tamen Chriſtus iis eadem fere dederit mandata, ac promiſſa, quae antea Apoſtolis Matt. X., praemiſerit quoque, meſſem fore copioſam, paucos eſſe operarios, Dominumque meſſis orandum, ut majore numero emittat: non abs re forte fuerit ſtatuere, Dominum hoc exemplo inſinuatum voluiſſe, ſequente tempore ejuſmodi viros locum habituros, qui Apoſtolis ad manus eſſent, eoſque in opere et munere adjuvarent; abſque ut inde colligendum ſit, tot praeciſe numero futuros, aut eoſdem diſcipulos, nunc a Chriſto ſelectos. Fieri tamen potuit, ut ex iis fuerint ali-

qui

qui desumti, sed alii quoque ad eam sunt evecti dignitatem; quorum mentio est in Act. et Epist. Apostolorum. Inter quos cum emineant, praeter Stephanum, de quo postea, Timotheus et Titus, quippe a Paulo Epistolis honorati, de iis verbo dicam.

§. CLXIX. *Timotheus*, quod Graecum est nomen, et inter Graecos non ignotum, q. d. *a Deo honoratus*, quod in nostrum pulchre quadrat, in aliqua urbe, sive Derbe, sive Lystra, potius *Derbe*, quia *Derbaeus* adpellatur Act. XX: 4. (legi enim ibi debet δερβαῖος δὲ τιμόθεος, et non καὶ; ut ex toto versu patescit) Lycaoniae, quae Cappadociae fuit subjecta, et Tauro monti ac Isauriae proxima, natus e Patre Gentili, sed matre Eunice, et avia Loi, Judaea, ideoque incircumcisus, sed a pia matre et avia verae religionis notitia probe ab infantia instructus, et una cum illis ad Christum a Paulo conversus, cum prima vice ibi euangelium adnunciaret; deinde ab ipso, post aliquod tempus eo reversus, in arctam adsumtus societatem, et euangelista per inpositionem manuum renunciatus, eumque in finem, ne Judaeis esset offensioni, circumcisus, quia patrem ejus gentilem fuisse noverant. Quae omnia constant ex Act. XIV, XVI. 1 Tim. I: 18. IV: 14. et 2 Tim. III: 15. De inpositione manuum Pauli, eamque donorum Spiritus S., in specie linguarum et prophetiae, communicatione secuta, testatur ipse Paulus 2 Tim. I: 6., qui et alibi 1 Tim. IV: 14. doni prophetandi extraordinarii, quo Timotheus gaudebat, meminit; ubi ipsum admonet, ut eo solicite utatur in presbyterorum inauguratione, ne nimis cito alicui manum inponat, uti ib. v. 22. expresse declarat. Hunc enim sensum, ut id obiter observem, aptaverim vexatissimo loco 1 Tim. IV: 14. minus recte intellecto, cum de *inpositione manuum*, a presbyterio facta Timotheo, capi soleat, quod ferri nequit, cum, quod Timotheus, quippe Euangelista, et vicarius Pauli, censeri nequeat a presbyteris per inpositionem manuum inauguratus, tum, quod

Paulus sibi illud diserte tribuat 2 Tim. I: 6. Sensus verborum 1 Tim. IV: 16. huc redit, ut Timotheus admoneatur de dono prophetandi recte utendo, in presbyterorum electione ac inauguratione, quae fiebat per presbyterium, seu consessum presbyterorum, aut doctorum Ecclesiae alicujus; adeoque ita vertenda et exponenda sunt: *ne neglecto donum, quod in te est, quodque tibi datum est, per prophetiam* scilicet exserendum, seu *in prophetia* situm, sicut διὰ pro ἐν haud raro sumi solet: intelligitur donum prophetandi extraordinarium; cujus notitiam dedit Paulus 1 Cor. XIV. ; construi itaque debet, non, ut solet, cum verbo *datum est*, quod commode exponi nequit, cum donum non fuerit per *prophetiam* ipsi datum, sed per inpositionem manuum Pauli; verum cum ipso dono, ut donum prophetiae ipsi datum definiretur: reliqua verba, *cum inpositione manuum presbyterii* non, ut modo notavi, ad Timotheum, tanquam a presbyterio inauguratum, sed ad presbyteri alicujus inaugurationem, a presbyterio faciendam, referenda, et cum monito Pauli de dono Spiritus S., quo praeditus erat Timotheus, ab ipso adhibendo, quum aliquis presbyterorum ordini sit inscribendus, ne indignus constituatur presbyter, seu Episcopus: uti admonuit ibid. v. 22., connectenda sunt. Sensus ergo est, Timotheum doni sui usum conjungere debere cum inpositione manuum a presbyterio facienda, et in ejus ritus commoda.

§. CLXX. Timotheus Paulo ea ratione adjunctus, eum ab eo tempore quaquaversum comitatus est: venit utique cum eo Paulus in Macedoniam, inde Athenas, et dein Corinthum; ut ex Act. Ap. liquet: adfuit quoque ipsi in prioribus vinculis Romae, ut ex Epistolis tunc scriptis nomine quoque Timothei patet: vinculis solutus Paulus, inter alia loca, visitavit Cretae Ecclesias, et ibi Titum reliquit, dein in Asiam tetendit, et Ephesi manere jussit Timotheum, cum Macedoniam petiit, 1 Tim. I: 3. Num inde priorem ad eum scripserit Epistolam incertum est. Subscriptio quidem

Laodi-

Laodicaeam, Phrygiae Pacatianae Metropolin, locum fuisse tradit, sed ei fidere non licet, minus etiam, quod ea ex Epistola inde scripta, et Col. IV. memorata, ac pro ep. ad Tim. habita, sine ullo fundamento, orta videatur; illud plusquam probabile est, inter priora et posteriora vincula fuisse exaratam, forte, ut Usserius et Pearson conjecerunt, circa ultima Neronis, vel ann. aer. Vulg. 65. Denique in posterioribus vinculis *alteram* ad eum misit Epist., ut supra vidimus, et Timotheum, Ephesi adhuc residentem, ad se vocavit, 2 Tim. IV: 9. qui etiam Romam ad ipsum *venit*, ut probabile est, mansitque ad mortem ejus usque: quo tempore et ipse in vincula videtur conjectus, sed brevi dimissus; ut ex Heb. XIII: 23. colligitur: de quo supra jam egi. Videtur tunc rediisse Ephesum, et Ecclesias Asiae curasse, donec tempore persecutionis Domitiani vel martyrio coronatus fuerit, vel mortuus. Communis quidem traditio in martyrologiis, et apud Phot. Bibl. cod. 254 obvia, habet, eum a Gentilibus, quorum idololatriam acriter perstrinxit, fuisse occisum; quae mors, nonnullis circumstantiis adornata, fusius narratur in Epist., nomine Polycratis ad Ecclesias Asiae scripta, in act. Sanct. Antverp. recensita, sed nomen ejus mentita, et a recentiore autore profecta. Manet itaque martyrium ejus in incerto. Illud tantum probabile videtur, Timotheum non amplius superfuisse, quo tempore Johannes Apost. ex insula Patmo, ubi sub Domitiano exulem egit, in Asiam venit, et Ecclesias Asiae ordinavit, cum Timothei nulla amplius fiat mentio. Sedem vero post Pauli mortem videtur fixam habuisse Ephesi, et Ecclesias Asiae in vicinia curasse, nomine vel euangelistae et legati Pauli, qui eum ibi reliquerat, et eum in finem, vel etiam *Episcopi*, a presbyteris jam distincti, sicut post Apostolorum mortem jam factum est, uti postea suo loco narrabo. Quo sensu admitti potest, quod Const. Ap. l. VI. c. 46. et Euseb. H. E. III: 4. aliique Veteres tradiderunt, eum fuisse primum Episcopum Ephesinum. Ceterum quam

dilectus fuerit Paulo, ejusque doctrinam ac vitam prae reliquis inbiberit ac expresserit, ex ipsius Pauli testimonio, Phil. III. 1 Thess. III: 1. 1 Cor IV et XVI. nec non Epist. ad eum satis constat. Quo etiam facit, quod Epist. ad Philipp., Coloss. et Philem. suo non tantum, sed et Timothei, nomine miserit.

§. CLXXI. Timotheo recte adjungitur *Titus*, haud uno nomine ei similis, aeque quippe ac ipse *filius* Pauli, quia ab ipso conversus fuit, et quidem *genuinus secundum communem* fidem, Graecis scilicet et Judaeis Christianis eandem, qui doctrinae et ductui Pauli, prae reliquis, adhaerebat, adpellatus Tit. I: 9., denique aeque ac Timotheus euangelista, quare *fratrem* suum eum vocat Paulus 2 Cor. II: 13., et legatus ejus, cui Ecclesias Cretae, qua tali, commisit ordinandas, Tit. I. quem etiam nunc huc nunc illuc misit, ad aliqua negotia suo nomine peragenda 2 Cor. VIII et IX. Epistolam quoque suam posteriorem ad Corinth. ipsi tradidit deferendam, si subscriptioni sit fides habenda. Denique saepe suum habuit in itineribus comitem. Utique eum secum sumsit Hierosolymam ad Apostolos consulendos super quaestione de lege Mos. a Gentilibus Christianis observanda Gal. II. Praeterea cum Paulus, vinculis Romanis solutus, in Orientem tetendit, Titum habuit comitem, et Cretae reliquit, tanquam vicarium suum Tit. I. Adfuit quoque Paulo in posterioribus vinculis 2 Tim. IV: 10. sed brevi inde discessit in Dalmatiam, ut ibid. traditur. Ceterum, Titus fuit origine *gentilis* Gal. II. mansitque, Christianus factus et euangelista, *incircumcisus*, secus ac Christiani e Judaeis, legis Mos. studiosi, volebant, ibid., ne videretur illis in libertate Christiana infringenda adsurgere. Timotheum quidem circumcidi permiserat, quia ex matre Judaea erat, ne Judaeos offenderet, sed Titum noluit, ex utroque parente gentili natum, ob falsos illos fratres. Plura de Tito ex certis non constant monumentis, quorum rationem hic tantum habemus. De Epist. Pauli ad

ad eum ſcripta ſupra ſuo loco expoſui. Illud tantum addo, eum, mortuo Paulo, rediiſſe, ut probabile eſt, in Cretam, et ibi ad mortem uſque reſediſſe, tanquam Eccleſiarum earum ſupremum directorem. Sicut modo de Timotheo, tanquam Epheſino Epiſcopo, obſervavi. Quod ex Euſebio et aliis Veteribus confirmatur.

§. CLXXII. Hiſce addendus adhuc eſt *Apollo*, vel Apollos, plenius Apollodorus, unde nomen contractum eſt, ſicut ex Silvano Silas, Lucano Lucas, ſuperioribus, ſi non ſuperior, ſaltem aequalis, et in nonnullis ſimilis, non quidem Pauli diſcipulus, et legatus, attamen fidus amicus, et cooperarius, Chriſtianae libertatis quoque cum eo, reſpectu legis Moſ., ſtrenuus adſertor, et ad Paulum ac Apoſtolos proxime accedens, ita ut ab eo, aeque ac Paulo et Petro, ſeſe nonnulli in Eccleſia Corinthiaca denominarint; 1 Cor. I. quemque ipſe Paulus ſibi aliquatenus aequet ibid. III: 5.—IV: 6. Timothei et Titi quoque ſocius Tit. III: 13. Heb. XIII: 23. ſcriptor Epiſtolae ad Hebr., uti ſupra conatus ſum adſtruere, denique eloquentia, et penitiore myſteriorum divinorum, ac rituum legis Moſ., ſcientia celeberrimus, uti ex Ep. ad Hebr. patet, et ex titulo λόγιος *diſertus* Act. XVIII: 24. nec non quod, cum Paulus *plantaverit*, ipſe *rigaſſe* dicatur 1 Cor. III. confirmatur. Ortu fuit Judaeus, et Alexandrinus genere, in Script. Vet. Teſt. probe verſatus, fervidus ſpiritu, qui Epheſi, licet non niſi Johannis baptiſtae inſtitutiones hauſiſſet, adeoque prima regni coelorum elementa tantum ſciret, Hebr. VI. recenſita, de Spiritus S. effuſione nihil ſciens, nec ejus particeps, uti ex c. XIX. liquet, cauſam Meſſiae contra Judaeos *intrepide* egit, Act. XVIII: 25. (legendum enim pro ἀκριβῶς ibi videtur ἀφόβως, uti Phil. I: 14. poſtea enim ab Aquila inſtructus eſt ἀκριβέστερον, ut ibid. v. 26. habetur) deinceps accuratius viam Domini edoctus, Achaiam petens, et Corinthi verſatus, *multum contulit credentibus* διὰ τῆς χάριτος, ſive plenius διὰ λόγου χάριτος, ſive per *ſermonis gratiam*,

am, ut eloquentiam, sive per *verbum gratiae* Dei, opposite ad legem Act. XIV: 3., conjungi utique debet cum συνεβαλ. *contulit*. Cui concinit, quod ipsi τὸ ποτίζειν *rigare*, sicut Paulo *plantare*, adtribuatur 1 Cor: III: 6. Dein alio secessit, et Paulo Ephesi versato sese adjunxit, nec Corinthum, ob factiones Christianorum repetere, licet a Paulo admonitus, voluit 1 Cor. XVI: 12. Postea Tito adfuit in Creta, Ecclesias ibi ordinanti, Tit. III: 13. unde ad Pauli monitum a Tito dimissus sese contulisse videtur in Italiam, ubi aliquandiu haesit, et epist. ad Hebr. scripsit, donec cum Timotheo, Romae versante, et a vinculis liberato, eas oras reliquerit, ipse Alexandriam, Timotheus Ephesum, venerit Heb. XIII., ubi, si conjecturae locus sit, scholam catecheticam erexit, quam alii Marco tribuunt, quae ab eo tempore diu ibi viguit, uti suo loco patebit. Utique, si ipse sit scriptor epist. ad Hebr., eaque ad Alexandrinos missa, aliam, ac Doctoris, functionem vix censeri potest obiisse, cum sese a ductoribus ac pastoribus distinguat, Heb. XIII: 17.— Plura de ipso non constant.

§. CLXXIII. Reliquis Euangelistis, de quibus nihil habeo quod observem, missis, adeoque extraordinaria Ecclesiae Apostolicae gubernatione absoluta, ad *ordinariam*, et subordinatam Ecclesiarum particularium pergo. Quam tractationem, antequam adgrediar, observari velim, ut regiminis vere Christiani generalem dem conspectum, Ecclesiam aliquam particularem externam esse societatem aequalem unitam ad Deum in Christo colendum, secundum doctrinam a Christo, ejusque legatis Apostolis, traditam, ordine decente colligatam; *aequalem*, dico, et non *inaequalem*, societatem, ut excludatur inperium, et directio tantum admittatur negotiorum, in communi peragendorum, cum quadam praerogativa suffragii; adeoque in qua idem omnibus membris competit jus, et non rectores ac subditi locum habent, sed docentes, ac ducentes, et auditores ac sequentes. Quae societas, ordinis causa, nonnullis ex se munus docendi, et sa-

crorum

crorum exercitium demandat, ita tamen, ut ab ea maneant dependentes. Quo praemisso observato, quod hic fusius non deduco aut adstruo, quippe non hujus loci, feci illud aliquatenus in commentario ad Matth. XXIII: 1—12. *formam* regiminis, ut ea voce, tanquam usitata, sed latiore sensu, utar, in Ecclesia primaeva usitatam; relate ad *Rectores* et *ministros* exponam, postquam historiam tradidero quaestionis de *Rectoribus*, inter Pontificios non tantum et Protestantes, sed inter hos ipsos, quorum alii sunt *Episcopatus* patroni acerrimi, uti Anglicani, alii, ut Reformati, *presbyteratus*. Controvertitur enim, num forma regiminis in Ecclesia Apostolica fuerit Episcopalis, an Presbyterialis, sive num duo locum habuerint ordines, gradu, potestate, et officiis distincti, quorum alii Episcopi, alii Presbyteri sunt dicti, adeoque Episcopi a Presbyteris diversi, et iis superiores; denique, num regimen Episcopale sit Apostolicum et divinum, an Ecclesiasticum et humanum? Est quidem duplex quaestio, una de re ipsa, altera de nomine, prior, num distincti illi gradus obtinuerint, posterior num distincta jam nomina Episcoporum et Presbyterorum illis fuerint adsignata? Sed prior, tanquam majoris momenti, nos unice tenebit occupatos. Anglicana Ecclesia, ut cum ea in specie agam, Episcopalem ordinem, gradu, potestate, et munere a Presbyteriali distinctum defendens, distinguit tamen in Episcopali ordine inter divini et humani juris officia ac praerogativas, cum quaedam a Principibus Christianis in Episcopos esse collata privilegia fateantur moderatiores, quae ex. gr., ad matrimoniales, testamentarias, aliasque civiles spectant causas. Juris vero divini ea esse censent, quae ad Episcopalem ordinem proprie pertinent, qualia sunt, baptizatorum confirmatio, presbyterorum, aliorumque Clericorum, electio, ordinatio ac depositio, membrorum reliquorum excommunicatio et absolutio, denique Ecclesiae dioecesanae regimen et administratio; adeo ut omnium rerum cura et ordinatio ipsis competat, et Presbyteri ipsis

sint subjecti. Duos hosce ordines distinctos itaque communis eorum habet hypothesis ab Apostolis esse in perpetuum institutos; licet Hammond., qui hanc quaestionem pluribus tractavit, probabilius habeat, solum Episcopalem ordinem primitus fuisse institutum, Presbyterialem deinceps, ei subordinatum.

§. CLXXIV. Sed Reformatorum vulgata fert opinio, unum fuisse ordinem, et Ecclesiae gubernationem communi Presbyterorum senatui, nomine, officio, dignitate, ac potestate parium, commissam, sine ejusmodi Praeside a caeteris distincto, qui Episcopi nomen habuisset, ordinem vero Episcopalem, proprie dictum, non nisi sec. II*do* et deinceps locum accepisse. Quam hypothesin exposuerunt, et adstruxerunt celeberrimi illi duumviri Blondellus et Salmasius, ille *in defensione* sententiae Hieronymi de Episcopis et presbyteris, hic vero primum sub nomine Walonis Messalini latens, de *Episcopis*, et deinceps proprio nomine in *adparatu* ad libros de *Primatu Papae*. Sed non defuerunt inter Reformatos, qui incesserunt medii, collegii presbyterorum agnoscentes praesidem, et praefectum perpetuum, gradu quidem et potestate ab illis non distinctum, sed ordine tantum, et fortasse dignitatis aliqua specie, fere sicut in Senatu Academico, et aliis obtinet collegiis, cujus est, collegas convocare, rem proponere deliberandam, suffragia colligere, sententiam pronunciare, et primum ordine habere locum. Quam sententiam pluribus defendit L. Cappellus in *thesibus Salmuriens.* Quinimo huic Praesidi praecipuas partes in institutione et regimine fuisse datas, ordinis et honoris causa, praecipue in majoribus Ecclesiis, cum viri essent multis dotibus ac donis illustres ejusmodi praesides, censet C. Vitringa de Syn. V. l. II. Denique propius adhuc ad Episcopalem ordinem accessit Scultetus ad Ep. ad Tit. c. II., in principio solos Presbyteros esse constitutos contendens, Apostolis sibi Episcopalem curam et potestatem reservantibus, sed, cum Ecclesiae multipli-

applicarentur, simul ex presbyterorum aequalitate orirentur dissidia, ita ut alius ex. gr. diceret, *ego sum Pauli*, *alius ego Cephae* etc. tunc praesidem, a presbyteris diversum, fuisse ab ipsis Apostolis praefectum, ordine, proprie dicto, et potestate superiorem, qui deinceps fuit *Episcopi* nomine insignitus. Qua ratione Episcopatus ab ipsorum Apostolorum institutione foret repetendus. Sequitur non tantum in eo, sed et superat Hieronymum, qui alibi scribit, Episcopos, *magis ex Ecclesiae consuetudine*, *quam dispositionis Dominicae veritate*, *majores esse Presbyteris*. Veteres, ut de eorum sententia aliquid subjungam, in ea fuerunt omnes usque ad Hieronymum haeresi, Episcopatum ab Apostolis esse institutum, uti ex Ignatii non tantum Epistolis genuinis, sed et sequentium doctorum scriptis, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Origenis, et aliorum, abunde demonstratum est a Pearson. Vind. Ignat. p. II. Beveregio ad can. Ap. l. II. et aliis. Objicit quidem Cappellus, Episcopatum ab Ignatio ad Magnes. vocari νεωτέρικην τάξιν *novellam institutionem*, et inde colligit, Episcopatum post medium sec. II. quando hunc autorem vixisse autumat, demum incepisse: sed ea phrasi *juvenilem ordinem*, et juvenem designari episcopum, clare demonstravit Pearson in Praef. ad Vind. Ignat. Praeterea, cum Aerius Presbyter sec. IV. propterea quoque pro haeretico fuerit habitus, quod Episcopatum negaverit ab Apostolis introductum, teste Epiphanio haeres. 75., communem jam tunc et dominantem fuisse opinionem contrariam, manifestum est. Denique de eadem opinione testatur, quod Episcoporum successio fuerit ab Apostolis deducta; uti postea patebit. Primus, qui a recepta hac discessit opinione, fuit Hieronymus, qui in comm. ad Ep. ad Tit., et in Epistola ad Evagrium, eandem expressit sententiam, quam modo ex Sculteto exposui, hoc tantum cum discrimine, quod non tam e divino, quam Ecclesiastico, jure Episcopatum derivaverit. Citatur quidem eandem in sententiam autor Comment., sub Ambrosii nomine latens, qui

ante Hieronymum vixisse videtur, sed ipse *tres* ordines fuisse institutos expressis verbis tradit, tantum *nomina* in principio fuisse confusa dicit.

§. CLXXV. Ex mea sententia, ut eam per unam alteramve thesin exponam, et adstruam, 1. Ecclesiae particulares, periodo Apostolica, a collegio virorum ejusdem dignitatis et potestatis, sive Episcopi audiant, sive Presbyteri, fuerunt administratae, sub Apostolis, eorumve delegatis, tanquam supremis directoribus, qui quasi vices Episcoporum, quales postea introducti sunt, suppleverunt. Rectores itaque fuerunt Apostoli et Presbyteri, non vero Apostoli, Episcopi, et Presbyteri. Apostoli, eorumve delegati, fuerunt vere sic dicti et supremi Episcopi, nec praeter eos ulli alii, a presbyteris diversi. Thesis his nititur rationibus. 1. Cum Apostoli fuerint a Christo universales constituti Ecclesiarum omnium inspectores et directores, uti supra, ubi de Apostolis, vidimus, Episcopis aliis locum non fuisse, sponte sua in oculos incurrit. Licet enim ubique praesentes esse non potuerint, per litteras, aut delegatos, hunc defectum facile suppleverunt. Quod cum ab iis factum esse constet, hinc, 2. quae secunda est ratio, colligere licet, alios non fuisse status et ordinarios Episcopos. Titus, ut uno alterove exemplo rem illustrem et adfirmem, qui ab Episcopatus patronis citatur tanquam Cretae Episcopus, a Paulo constitutus, personam legati Pauli ibi egit in rebus ordinandis, ac presbyteris constituendis. Paulus utique eum *ad tempus* tantum ibi reliquerat, c. I: 5. et rebus peractis ad se redire jussit, c. III: 12. Deinde in mandatis habuit, presbyteros *eligere* et *ordinare κατα πολιν per urbes*, adeoque omnium per totam insulam Ecclesiarum erat Episcopus, quae singulae suos habebant presbyteros. Denique monitum Apostoli, c. I: 13. *redargue eos ἀποτόμως rigide et severe*, nec non c. III: 10, 13. *haereticum post unam alteramve admonitionem spernito, et repudiato, sciens eum esse perversi animi, ac proprio judicio condemnatum*, majorem spirat

rat autoritatem in Titum collatam, quam ordinario competit Episcopo, posterius quoque Spiritum *discretionis*, ut adpellatur, involvit, quo quis in corruptam animi indolem, ambitiosam et lucripetam, ex qua contentiosus, et sectae faciendae studiosus, agit, penetrat. Ipsum illud *arguere μετὰ πάσης ἐπιταγῆς cum omni*, vel summo, *inperio* c. II: 15. non nisi in legatum, apostolica praeditum potestate, quadrat, ne quidem in ordinarium Episcopum, si quis, ob insolentiam phraseos, legere malit πάσης ἐπιστάσεως *summa instantia*; uti est 2 Tim. IV: 2., additur mox quoque, *nemo te contemnat*. Sed quid in rem clarius? quam quod Apost. diserte dicat se Titum, *mandatis a se instructum*, *reliquisse Cretae*, c. I: 5. Idem de Timotheo, et aliis euangelistis, ferendum est judicium.

§. CLXXVI. 3. Dictis splendidam infundit lucem praeclarus iste locus Act. XX: 17, 28. cum ex eo clarissime patescat, Paulum sese Episcopum gerere Ephesinum, qui, tanquam presbyterorum praeses, eos ultima vice officii serio admonet, qua ratione Ecclesia, se absente, sit gubernanda. Adpellat vero eos *presbyteros* vers. 17, et mox v. 28. *Episcopos*, nulla Episcopi alicujus singularis facta mentione, manifesto indicio, nullum fuisse, et nomina presbyteri ac Episcopi secum permisceri. Qualem vero sese hic Paulus talem quoque sese praestat Petrus, 1 Pet. V: 1. ubi *presbyteros* adhortatur, tanquam συμπρεσβύτερος *consenior*, ut Vulg. vertit, vel *una* presbyter, adeoque ad quem Ecclesiarum illarum inspectio, et ipsorum presbyterorum, pertinebat. 4. Haud leve addit momentum, quod Ecclesiae Hierosolymitanae rectores *Apostoli* adpellantur, et *Presbyteri* Act. XV., argumento, Apostolos fuisse supremos, et Episcopos ac Presbyteros iis subjectos, absque ut ulla *Episcopi* fiat mentio. Denique 5. Episcopus a Presbyteris distinctus nusquam in Act. aut Epist. Apostolorum occurit, e contra, nomina Episcopi et Presbyteri secum permutantur, Act. XX: 17, 28. Tit. I: 2, 7. 1 Pet. V: 1, 2., officia

praescribuntur prorsus eadem 1 Thess. V: 12. 1 Pet. V. Denique *ordines* Ecclesiastici in *presbyteros* dispescuntur et *Diaconos* Phil. I: 1. 1 Tim. III: 1, 2. Cujus argumenti vis clarius elucescit, si modus loquendi in Epist. Ignatianis, aliisque ejus temporis monumentis, conferatur, quippe in quibus hi ordines Episcoporum et Presbyterorum ubique distinguuntur, imo nusquam presbyter Episcopi, aut Episcopus *presbyteri*, nomine insignitur, ubi ordines Ecclesiastici recensentur.

§. CLXXVII. 2. Altera mea thesis, superiori ad sententiam plene dicendam addenda, fert, inter Presbyteros fuisse unum ordine primum, et praesidem perpetuum, licet a reliquis parum diversum. Quam quidem ex Script., quae ejus nusquam meminit, adfirmare nequeo, sed aliunde probabilem facere possum. α. Ipsa rei natura ejusmodi Praesidem, ordinis ergo, et ut confusio vitetur, requirere videtur, qui coetum in unum cogit, suffragia colligit, etc. sicut in omnibus obtinet collegiis. β. Sed, talem praesidem obtinuisse perpetuum et ad vitam, probabile fit, cum, per conformationem regiminis Ecclesiae ad Synagogarum Judaeorum, a Doctis dudum demonstratam, ubi tales fuerunt Praesides, *Archi-synagogi* adpellati, tum, quod hinc facilius ratio dari queat Episcopatus tam cito introducti, uti sequente jam periodo hujus seculi contigit. De quo postea suo loco differam. Ceterum observari meretur, quod disputatis addendum est, eandem nobiscum sententiam fovisse autorem Commentariorum in Epistolis Pauli, Hieronymo falso adscriptorum, qui ad 1 Tim. III. in haec verba loquitur: *quaeritur, cur de presbyteris nullam fecerit mentionem, sed eos in Episcoporum nomine comprehenderit? quia secundus ordo pene unus est gradus* etc. Quod ab ipsius Hieronymi mente parum abit, ipse enim in Epist. ad Evagrium itidem vult, *in Episcopo et Presbyterum* apud Paulum *contineri.*

§. CLXXVIII. Forma regiminis Ecclesiastici in Ecclesia primaeva

primaeva definita, ad *accidentia et officia* Rectorum pergere possem, nisi Presbyteri, sic dicti, laici, seu seniores, pastoribus in nostris Ecclesiis, tanquam consiliarii, adjuncti, aliquam injicerent moram. Quaeritur enim, num tales *seniores*, e populo sumti, sive in perpetuum, sive ad tempus, variant enim in eo Ecclesiae nostrae, quibus Euangelium publice adnunciare, conciones habere, aut sacramenta administrare non licet, quique sumtibus Ecclesiae non sustentantur, sed qui, tanquam pastorum consiliarii, intersunt consessui Ecclesiastico, et rebus Ecclesiae una cum illis prospiciunt; qui originem suam debent Calvino, Instit. lib. III et IV*to*, num, inquam, tales in Ecclesia locum habuerint Apostolica, seu regiminis formae, ab Apostolis institutae, conveniant? Quod quaesitum si ex Script. S. sit, ut debet, solvendum, fateri debeo, mihi nusquam occurrisse mentionem, aut vel minimum ejusmodi presbyterorum, aut seniorum, Laicorum indicium. Fundari quidem ea institutio solet in verbis Pauli 1 Tim. V: 17. *qui bene praesunt presbyteri, duplice honore digni habeantur, maxime qui laborant in sermone et doctrina*; sed, si quid video, minus solide, et contra mentem Apostoli; uti jam demonstravit Scultet. ad eum locum. Adpellantur utique προεστῶτες *praesides*, et rectores, ac *presbyteri*; quae nomina ordinarios statosque ductores constanter denotant; praeterea tales hic intelliguntur, qui sumtibus Ecclesiae sustentantur, quem significatum hic omnino habet vox τιμὴ *honor*, cui mox μισθὸς *merces* substituitur. Quae et originaria et satis usitata est vocis potestas; uti a Grotio et Raphelio ad Matt. XV. et aliis satis comprobatum est. Est utique, quod obiter observo, a τίω proprie *tendo*, et tensione *pendo*, unde Lat. *timare*, obsoletum, et *aestimare*, seu *aes* pendere, in quo veterum erat *pecunia*. Sensus vero loci est, presbyteros, qui officio recte funguntur, duplici, prae viduis et diaconis, dignos esse *praemio*, maxime qui in euangelio promulgando, ac docendo, collocant operam. Cum enim omnes ad om-

nia officia non aeque essent apti, munia, ad quae idem omnibus erat jus, non eadem aptitudo, inter se distribuebant, adeo ut aliis docendi, aliis gubernandi, officium fuerit demandatum. Minor adhuc demonstrationis est vis in monito Pauli Rom. XII: 8. *qui praeest, cum diligentia* praesit: προϊστάμενος enim ibi est quicunque fidelis, qui pauperibus et egenis praeest curandis, non ergo praefectus aliquis Ecclesiasticus, sed quivis fidelis; uti a C. Vitringa l. c. et aliis abunde demonstratum est. Denique 1 Cor. XII: 28. ἀντιλήψεις *opitulationes* adpellantur, qui dono sanandi praediti miseris et aegrotis succurrebant, et κυβερνήσεις *gubernationes*, (si vox illa genuina sit, et non leg. καὶ διερμηνείας *et interpretationes*, ac cum γένη γλωσσ. *genera linguarum* cohaereat, quod ex v. 30. quid roboris acquirit,) esse videntur, qui solertia et prudentia, ac dono discernendi spiritus, praediti erant, ut ex coll. v. 10. colligi forte potest; adeoque ad homines dirigendos, ne a falsis prophetis decipiantur, apti: cui potestati vox apud LXX Interpretes non male concinit. Attamen, licet ejusmodi seniores laici fuerint in Ecclesia Apostolica ignoti, progressu temporis non fuit insolitum, seniores et prudentes viros de plebe difficilioribus in casibus in consilium adhibere; quod speciem quandam similitudinis habet cum nostris senioribus.

§. CLXXIX. Nihil restat, quam ut *accidentia*, et *muneris* rectorum partes, verbo adtingam. Ad accidentia pertinet, eorum *electio* et *Ordinatio*, ac *sustentatio*. *Electio* ordinarie facta est ab Apostolis, aut eorum delegatis, Tit. I: 5. sed praesente, adplaudente, subinde postulante, populo, Ecclesiam constituente, quippe penes quem jus electionis erat, Act. XIV: 23. ubi verbum χειροτον. denotat per suffragia, quae protensis manibus dari solebant, eligere; uti 2 Cor. VIII: 19. *Inauguratio* fiebat per inpositionem manuum presbyterii, 1 Tim. IV: 14. ritu a Judaeis, in presbyterorum ordinatione usitato, derivato; de quo vid. Seldenus ad Eutychii Orig. Alex., probe ab illo, quo baptizato

ab

ab Apostolis manus inponebantur, distinguendo, nec alio, ut videtur, tendente, quam ut hoc signo potestas, nomine Ecclesiae, sacra faciendi in medio sui, concessa repraesentaretur, una cum voto Spiritus S., cum eo communicandi, non quidem ad extraordinarium donum, sed ut ad munus obeundum aptus sit, et in eo prosper. Cujus primum exemplum sese offert in Paulo et Barnaba, a Spiritu S. selectis, ad euangelium disseminandum per orbem Act. XIII: 3. sed extraordinarium, ac cum Spiritus S. communicatione conjunctum, ac a tribus prophetis factum: unde videtur originem habuisse, quod postea rectorum ordinatio a *tribus* fuerit peracta. Extraordinarium etiam est in Episcopis Ephesinis, *a Spiritu S.* constitutis Act. XX: 28. Denique de *sustentatione* eorum sumtibus Ecclesiae, cui inserviebant, monuisse suffecerit, cum res per se loquatur, et testatissima sit ex 1 Cor. IX., 1 Tim. IV: 17, 18. et aliis locis. Quod vero ad *munus* eorum adtinet, ejus partes fuerunt, quod etiam verbo notasse suffecerit, preces praeire, populum docere, conciones habere, sacramenta administrare, ducere populum sua doctrina et exemplo, aliaque ordinare, ita ut *omnia ordine et decenter fiant*, 1 Cor. XIV: 40. denique *disciplinae* Ecclesiasticae praeesse. De quo mox plura. Tantum notetur, potestatem inperandi, dominandi, et cogendi, ab eorum munere fuisse longe alienam: uti Petrus 1 Pet. V: 2, 3. diserte ipsis injunxit. Vult enim, ne *dominentur cleris*, *sed ut gregis sint exemplaria*. Ubi fideles adpellat κλήρους, seu propriam Christi haereditariam possessionem, ipsi soli subjectam, uti vel inde patet, quod et modo, et hic, cum voce *gregis*, cujus Christus est *pastorum princeps*, v. 4. permisceat. Eripit vero ipsis omne qualecunque inperium et dominium, potestatemque legislatoriam, ac coactivam, in praescribendis regulis fidei et vitae, solumque relinquit *exemplum*, ab ipsis sponte, et cum propria convictione ac persuasione, imitandum, simul mediorum salutis, instar *pabuli*, subministrationem, et amicam ac blan-

dam directionem, uti *pastores* decet. Quo etiam pertinet, quod ἡγούμενοι Heb. XIII: 17. probe ab illis v. 7. memoratis, qui *verbum Dei*, tanquam ejus legati, Apostoli et Euangelistae, iis adnunciaverant, et jam defuncti erant, distinguendi; adeoque qui ἡγούμενοι ἐν τοῖς ἀδελφοῖς Act. XV: 22. seu praestantiores inter fratres in doctrina et vita vocantur, et simpliciter ἡγούμενοι τοῦ λόγου *sermone praeeuntes*, Act. XIV: 12. quos propterea pluris facere, et spontaneo obsequio honorare, debeant; absque ut illis vera docentibus, et recta instituta ordinantibus, molestias praebeant, et se temere opponant: quippe qui curam animarum gerant, et Deo sint rationem reddituri, ut laeti, et non gementes, id faciant.

§. CLXXX. De disciplina Ecclesiastica, ad munus Rectorum pertinente, antequam disseram, verbo dabo notitiam ministrorum, qui *Diaconi* adpellari, et cum חזנים in synagogis conferri, solent: quorum officia in primaeva Ecclesia alia non memorantur, quam egenis, hospitibus, et confessoribus suppeditare necessaria, idemque in agapis, cum S. coena conjunctis, praestare: quo etiam unice tendit verbum διακονεῖν, et vocis διάκονος *Diaconus* in Script. usus: uti ex Act. VI: 2., et Epist. ad Tim. ac Tit. aliisque locis patet. Praeludia hujus instituti dederunt septem Euangelistae, in Ecclesia Hierosolymitana extra ordinem constituti, occasione querelarum, quas ciebant Hellenistae, seu proselyti e Gentilibus, quod *viduae* ipsorum in distribuendis eleemosynis per Hebraeos, seu Judaeos, origine despectui haberentur, Act. VI. Quibus ut succurrerent Apostoli, suo loco substituerunt septem viros, ab ipsa Ecclesia selectos, quos per inpositionem manuum declararunt legatos suos ad hoc ministerium obeundum. Ex quo mihi manifestum videtur, viros hosce fuisse vicarios Apostolorum constitutos, seu eorum deputatos, alias *Euangelistas* dictos, adeoque nec presbyteros, nec ordinarios ministros, postea *diaconorum* nomine insignitos, ipsisque pro brevi tempore fuisse extra ordinem commissum, ut, ad querelas illas removendas, susten-

tationi

tationi viduarum Hellenistarum prospicerent. Huc utique tendit, quod Apostoli dicant, sibi non licere, verbi ministerio relicto, inservire mensis, adeoque alios viros idoneos sibi esse sufficiendos, qui ergo eorum locum supplerent, et eorum personas, tanquam legati, repraesentarent, praeterea quod per *impositionem manuum* ab ipsis Apostolis fuerint inaugurati; denique Philippus diserte adpelletur *Euangelista*, *unus e septem illis*, Act. XXI. et ejus munere in eunucho Candaces convertendo functus fuerit, Act. VIII. uti et Stephanus Act. VI et VII. Ordinarii itaque et proprie dicti non fuerunt diaconi, nec munere presbyteri, sed euangelistae, ad breve tempus extra ordinem eleemosynis, sine personarum acceptione distribuendis, in specie Hellenistis succurrendis, praefecti. Ecclesiis deinde multiplicatis, et per orbem disseminatis, alii, et ordinarii, sunt, una cum presbyteris, introducti *Diaconi*, quorum officia primitus, ut dixi, in vitae subsidiis procurandis, ubi necesse erat, seu mensa administranda, fuerunt sita, sed deinceps alia ministerialia accesserunt, uti catechumenos instituere, praelegere Script. S., oratoria curare, et similia. De quo postea suo loco. Ex dictis facile de *Diaconissis*, seu viduis aut innuptis, minimum sexagenariis, judicatur: quare longiores non nectam moras, et ad disciplinam Ecclesiast., *qualis in* Ecclesia Apost. obtinuit, depingendam paulo adcuratius, me confero. Quae disquisitio eo utilior est, quo magis progressu temporis in pejus degeneravit, a primaeva institutione, et vera sua natura, longe aliena facta, in summum dedecus, et ruinam, Christianismi.

§. CLXXXI. Versatur quidem ea aeque circa *admittendos* ad Ecclesiae alicujus communionem, ac *admissos*, seu fideles, sed posterior nostram in primis meretur adtentionem et operam: quare verbo notasse suffecerit, Ecclesiae hoc tempore fuisse per baptismum insertos, qui leges fundamentales societatis Christianae sese recipere, seseque iis conformes praestituros esse, ore profiterentur, nec pro-

 fessionem

fessionem ipso opere refutabant. Admissi autem fuerunt, quantum constat, ad simplicem confessionem, sed vitae praegressae non contrariam, sine ulteriore examine conscientiarum, aut *discretionis* spiritu interveniente. Quod et ex eo elucescit, quod uno eodemque tempore, uti die Pentecostis, ingente numero, ad solam fidei et resipiscentiae professionem, fuerint lavacro tincti, et Philippus Eunuchum quoque ita baptizaverit Act. II et VIII. Apostolus quoque I Cor. XI. cuique sui explorationem in S. coenae usu reliquerit. Quaenam autem fuerit ea confessio, ex supra dictis de fide et doctrina, ac formula baptismi, satis constat. Vertamus itaque nos ad ipsa Ecclesiae membra, seu ei jam insertos, circa quos *disciplina* sese proprie exserit, quippe in eorum exorbitantium, et fundamentales societatis leges proterve ac obstinate transgredientium, *castigatione* sita, quae non solum reprehensionem, et interminationem, quae *verbalis* audit, sed et *separationem* a societate, comprehendit, sive ex parte, sive ex toto, ut dicitur. Quae *excommunicationis* nomine insigniri solet, quia communio cum ejusmodi homine rumpitur, nec ipse pro membro societatis istius amplius habetur, aut tractatur. De qua excommunicatione, qualis in Ecclesiis Protestantium exercetur, acriter, seculo Reformationis, disputatum est, dum alii eam in Script. S., aut jure divino, fundatam esse negarunt, quorum antesignanus fuit Tomas Erastus, medicus Heidelbergensis, libro hac de re scripto, a cujus lectione quisque, modo veritatis sit studiosus, doctior recedet et moderatior, alii vero ardentiore zelo defenderunt, et urserunt, quorum dux est Th. Beza, libro contra Erastum edito. Quae lites ab eo tempore manserunt, et identidem renovatae sunt: quam historiam pertexuisse, aut quaestionem ipsam pertractasse, nihil adtinet, nec hujus est loci, ubi de Ecclesia Apostolica unice agimus; ad quam cum utrinque provocetur, nostrum fuerit, ejus adcuratiorem dedisse notitiam. Cum vero, aliquam disciplinam, et morum pra-

vorum

[redacted]

vorum coercitionem, in ea locum habuisse, utrinque concedatur, quia diserta ejus prostant indicia variis in locis, uti Matt. XVIII: 15. Rom. XVI: 17. 1 Cor. V. 2 Thess. III: 6, 14. Tit. III: 10., ne 2 Joh. 10: et 3 Joh. 10. memorem, quae ad sequentem periodum pertinent, et posterius hominis ambitiosi ac dominantis facinus comprehendunt, de modo et ratione exercendae disciplinae, ejusque jure, cui innitur, disputatio sit: ipsam exponam excommunicationem, qualis in Ecclesia Apost. obtinuit, et in ejus fundamentum inquiram, postquam, ad confusionem vitandam, praemisero, duplicem obtinuisse excommunicationem, unam *privatam*, alteram *publicam*, illam relate ad singula membra, hanc ad Ecclesiam totam. Prior in eo fuit sita, quod aliquis alium, a quo graviore adfectus erat injuria, post omnia resipiscentiae eliciendae media frustranea, adeoque obstinatum, e particulari sua communione, et conversatione, removet. Quae *privata* adpellatur, quia Ecclesia talem a sacris in medio sui non arcet, ne quidem laesus sese in publico sacrorum exercitio ab eo separat. Quale injuriae reparandae medium, Judaeis non inusitatum, Dominus ipse discipulis suis permisit Matt. XVIII. Hunc enim istius loci esse verum intellectum, Erastus in thes. de Excommunicatione, et earum confirmatione, docte et *fuse* demonstravit; cujus vestigia postea presserunt Seldenus de Synedr. l. I. c. 9. et Vitringa syn. Vet. p. I. lib. III. qui uberiorem infuderunt lucem, et aliquos errores Erasti quoque correxerunt: quod et nos in serm. belg. ad Matt. facimus. Cujusmodi excommunicationis apud Judaeos documenta produxit Seldenus ibid. c. 7. et apud Christianos priorum seculorum Valesius ad Eus. H. E. VI: 43., ex Irenaeo adv. haeres. l. I. c. 9. Cl. Vitringa l. c. Privatae hujus excommunicationis mentionem obiter feci, non tantum eo scopo, ut, hunc locum disputationi directe non esse inmiscendum, adpareat, sed et quia typum et exemplar aliquod praebere queat *publicae*.

§. CLXXXII. Excommunicatio publica, ad quam itaque pergo, cum *personas* comprehendat, quas ferit, quasi *poenam*, quam infligit, denique personas, quae eam exercent, de iis distincte agendum est. *a.* Qui hoc fulmine, ut cum vulgo loquar, percutiebantur, non erant simpliciter peccatores, aut criminis qualiscunque rei, sed qui leges societatis Christianae fundamentales violarunt, et subverterunt, ac in eo contra omnes admonitiones ac interminationes pertinaciter perseverarunt. Sic ex. gr. qui *schismata* suscitabant, et *scandala* graviora, doctrinae Apostolicae in primis, quae *secundum pietatem* est, e diametro contraria, et charitatem ac fidem, leges fundamentales, subvertentes Rom. XVI: 17. scortatores, avari, idololatrae, convitiatores, ebriosi, raptores 1 Cor. V: 11. haeretici αὐτοκατάκριτοι non simpliciter, etiam graviter, errantes, sed qui, quaestus et dominii causa, partes faciunt in Ecclesia, pravorum principiorum suorum non ignari, homines petulantis ingenii, et turbones, Tit. III: 10. denique qui ἀτάκτως, ordinis, disciplinae, et legum societatis, nulla habita ratione *ambulant*, 2 Thess. III: 6, 14. in specie, qui, omissis suis negotiis, otio indulgent, aut aliena curant: quales, ut recte observavit Raphelius, ἀτακτεῖν dicuntur, et Paulus directe in oculis habuit, uti ex seq. patet. Secundum itaque disciplinam Apostolicam peccata publica, enormia, scelera, et scandala graviora, ea ratione arcebantur, nec eorum criminum rei excommunicabantur, nisi post seriam et solennem increpationem, haud semel repetitam, omni effectu cassam, Tit. III. et 2 Cor. III: 6. ubi talis ἐπιτιμία *increpatio* sufficere dicitur scortatori resipiscenti. Ex quo in oculos incurrit, quantum inter hujus et sequentium temporum disciplinam distet. Postea enim praecipites in excommunicationem levissimis de causis ruere coeperunt; maxime postquam synodorum qualescunque canones de doctrina, ritibus, et moribus, societates Christianas nimis arctis circumscripserunt limitibus, et vim legis acceperunt, adeo ut qui vel dissentirent, vel non observarent,

rent, e societate fuerint ejecti; uti ex Historia Eccles. omnium temporum constat.

§. CLXXXIII. β. De excommunicationis *forma* cum maxime fuerit disputatum, ea paulo adcuratius est definienda. Reformatorum enim sententiae et praxi de S. Coenae negatione, praecipuam ejus partem faciente, ita ut graviori excommunicationi tantum accedat solennis declaratio omnis communionis ruptae et cessantis, sese in primis opposuit Erastus, qui, S. Coenam huic disciplinae non esse inmiscendam, contendit, cum sit unionis Christianae vinculum, adeoque jus non esse presbyterio, aliquem criminum reum, sed poenitentiam profitentem, ac S. Coenae usum adpetentem, ab eo removere, nec inquirendum esse, verane an falsa sit resipiscentia, sed illud proprio cujusque permittendum examini, secundum Ap. monitum 1 Cor. XI. Consistit vero, secundum ipsum, excommunicatio in sola singulorum membrorum societatis separatione a familiariore cum tali scelerato commercio, cujus in Scriptis Ap. mentio est. Haec vera fuit Erasti hypothesis, quam in thesibus expressit, et defendit, nec alia fuit Ecclesiarum Helveticarum praxis, eadem quoque sententia Bullingeri, Gualteri, aliorumque Helvetiae Doctorum, ut vel ex litteris eorum, libro Erasti subjectis, constat. Rationes vero communi sententiae objectae sunt sequentes. 1. Quia nemo ob morum inpuritatem a sacris Templi, aut paschatis celebratione, fuit sub V. T. prohibitus. 2. Johannes Baptista omnes poenitentiam professos, sine ulteriore examine, admisit, Christus quoque Judam proditorem ad S. Coenae communionem, Paulus quoque eos Corinthiorum, qui sese summae erga S. Coenam irreverentiae reos egerant, arcendos non praecepit, denique Apostoli poenam temporalem, in Satanae traditione sitam, inflixerunt, non excommunicarunt, 1 Cor. V. 3. Loca Script. non S. Coenae, sed commercii familiaris, usum simpliciter et unice prohibent.

§. CLXXXIV. Ad quae Erasti argumenta cum minus so-

lide, ut mihi videtur, responderint ejus adversarii, in magnas se conjecerunt angustias, negando, quae negari non poterant, aut debebant. Equidem omnia, quae protuli, ei concedi posse autumaverim, absque ut in ejus opinionem necesse fuerit ire; cui alia ratione occurrendum est: cujus brevem dabo intellectum. 1. Utique ad primum argumentum regessisse suffecerit, ab OEconomia legali et typica ad spiritualem nullam valere consequentiam, quia foederi externo tunc locus erat, nunc nullus; sacra erant tunc externa et typica, quique externe ea observabat, typicae et legali satisfaciebat dispensationi, eratque Judaeis, modo circumcisis, et legaliter puris, jus ad ea sacra; quare legalis, et non moralis, inpuritas quem ab iis arcebat. Quae omnia sub OEconomia spirituali secus sese habent: Legalis nunc nulla, sola obtinet moralis, inpuritas: ad sacra nostra nemini, nisi vera et efficace fide praedito, jus est, membrum Ecclesiae nemo nisi fidelis, et virtutis studiosus, communio nostra sacra cum solis est credentibus veris, ad quos solos societas pertinet Christiana: quare hanc fidem professi, nec moribus eam refutantes, admittuntur soli, idque hoc fundamento, quod veram esse eorum et sinceram confessionem praesumatur: cujus contrarium si palam et certo constet, rumpitur cum eo communio sacra. Judaeus legaliter purus admittebatur, sed. Christianus moraliter talis: Judaeo, modo circumciso, et legaliter mundo, jus in sacra Templi negari non poterat, potest Christiano moraliter inpuro. 2. Exempla vero producta in rem praesentem parum faciunt, cum ex illis tantum hoc colligi possit, quinam peccatores excommunicandi sint, qui non, sed minime in quo sita fuerit excommunicatio. Judae exemplum utique non tantum evinceret, si quid in hanc rem valeret, ejusmodi homines non tantum ad S. Coenam, sed et ad familiare commercium esse admittendos, quod in disciplinam Apostolicam directe incurrit: sed ad illud Judae regessisse sufficit, illud esse extraordinarium, nec publicum adhuc ab ip-

so

so datum esse scandalum; eo praeterea spectasse, ut sibi in posterum caveat Ecclesia a censura in hypocritas exercenda, aut sceleratos occultos; cum illud sine multiplice confusione, et detrimento, fieri non possit. Sed, Judam coenae paschali aut eucharistiae interfuisse, equidem non statuerim. De quo in lib. Diss. S. mentem fusius explicui. Eodem etiam tendit modus agendi, quem Johannes Baptista, et Apostoli tenuerunt, ut, ne, eos minus rigidos fuisse in admittendis civibus Ecclesiae, quam deinceps fuerunt, et nunc sunt nonnulli, dicam, suo docerent exemplo, nostrum non esse de interiore hominis statu judicare, sed in confessione acquiescere, nec aliquem, nisi Christianismi capitales leges obstinate et palam violantem, damnare; tantum officii nostri esse, quemcunque, severissime etiam subinde, admonere, et ad sui explorationem compellere: ut est 1 Cor. XI.

§. CLXXXV. 3. Script. S. loca clare quidem, meo quoque judicio, evincunt, excommunicationem in S. Coenae negatione non fuisse unice sitam, sed non, eam exclusam fuisse, quod in rem praesentem sufficit. *a.* Quocum omne commercium exercere Ecclesiae denegatur, cum, familiarissimum omnino includi, manifestum sit, ad S. Coenam in coetu nostro tales admitti non posse colligendum est, quia religiosa non tantum, sed arctissima, in ejus exercitio, fruuntur communione credentes, in unam colligati societatem; cum se invicem unius corporis membra considerent, et charitatis Christianae, ac fraternae, vinculo arcte inter se constringantur. Christianos in domibus quoque privatis familiariter sacra administrantes, cui quaeso probabile fiat, ad se admittere voluisse ejusmodi homines, quibuscum ne edere quidem licitum fuerit, 1 Cor. V. quosque *vitare* debeant Rom. XVI. nec salutare, aut in domum recipere erat permissum 2 Joh. 10.: *salutare* est, alicui, secundum receptam formulam, tanquam fratri in Christo, dicere *pax tibi*, aut *pax et gratia tecum*, uti ex clausula Epistolarum

Pauli, et Christi salutatione Joh. XXI. ac aliunde patet, ubi, quod observo, in *domum recipere* est ad sacra peragenda in domo, ubi Ecclesia erat, admittere. Quod si quis cum Erasto regerat, sacra esse omnibus communia, familiare autem commercium nostrae esse potestatis, non sacrorum usum, nemini quippe negandum: is ad animum, velim, revocet, aliud esse sacris uti in genere, aliud in societate nostra. Prohibere alicui cultum Dei, etiam sacramentalem, nemini, cujuscunque sit ordinis, aut potestatis, licere, lubens fateor, sed eidem cum eodem adsidere mensae religiosae, in eodem coetu et loco, aeque, si non magis, interdictum censeo, ac familiari uti consortio. β. Quae denegandi commercii ratio est, ea magis mihi valere ad sacrorum interdictionem videtur: sit enim utrumque, 1. ne toti inputarentur facinora coetui, uti fieri posset, si scelerati membra societatis religiosae haberentur, et tractarentur, 2. ut pudefiant peccatores, et ad se redeant, videntes se ab illis, penes quos vera est Ecclesia, jure rejectos, 3. ut absterreantur alii, nec polluatur societas, cum fermentum facile corrumpat massam 1 Cor. V. γ. Denique ne quis objiciat, sacra ad emendationem peccatorum esse destinata, adeoque ea media iis non eripienda, observari velim, sacrorum non esse eundem conspectum; nec omnia eo spectare. Utique S. Coena fidelium tantum est, fidei augendae, non producendae, destinata, fidem et pietatis studium praerequirit, non efficit, indigne sumta judicium verius Dei, quam gratiam conversionis, adfert; nisi forte per accidens; cujus hic ratio non est habenda.

§. CLXXXVI. Sed, missa hac disputatione, inquiramus in excommunicationis cum partes, tum genuinum conspectum. Separationem ab Ecclesiae et societatis Christianae corpore ea fuisse comprehensam, dubio caret, cum in id cunctae phrases directe exeant, sed commercii non tantum fidelium familiaris, verum et *loci* congregationis religiosae privatio, includi videtur, cum quod loca illa non tam publi-

ea quam privata hoc tempore erant, ubi sacra fiebant, ad quae excommunicati non admittebantur, tum Script. S. phrases id requirant, uti *declinare ab eo*, non *commisceri* aut *edere* cum eo, *non recipere* in *domum:* ne ad Judaeorum morem in synagogis provocem. Licet enim ejectionem e synagoga locum quoque involvisse recte probaverit contra Seldenum C. Vitringa syn. V. p. I. lib. III. nescio tamen, num conformatio Christianorum ad disciplinam Judaeorum fuerit perfecta, et eo usque se porrexerit. Ceterum S. Coenae negationem ea fuisse comprehensam, licet, ut modo disputavi, verum sit, adserere tamen nolim, excommunicationem, qua quis, salva communione Ecclesiastica, a solo S. Coenae usu arcetur, in usu hoc tempore fuisse. Praeterquam enim, quod ejus nusquam fiat in Scriptura mentio, phrases memoratae, et quod graves tantum peccatores fuerint excommunicati, totalem requirunt separationem. Accedit, minorem illam, quae dicitur, excommunicationem diu post fuisse ignotam in Ecclesia. Multo minus absurdus ille, et Christianismo injuriosus, mos obtinuit, quo anathemate percussi, aut alia corporali poena adfecti fuerunt peccatores. Pollebant quidem Apostoli potestate *Satanae* aliquem tradendi, sed illi soli, quasi vice Magistratus, et ad tempus, raro quoque usi, nec in perniciem, sed salutem animarum, per corporis adflictiones, uti a Doctis abunde demonstratum est, et ex 1 Cor. V. ac aliunde manifestum. Nec *inprecatus* est Petrus Ananiae, ejusque uxori, mortem, quod Christianis olim objecit Porphyrius, sed ei spiritu prophetico potius denunciavit, uti respondit Hieron. ep. 8va. Anathema quidem in eos pronunciat Paulus 1 Cor. XVI: 22. *qui Christum non amant*, sed, praeterquam quod Apostolicam spiret autoritatem, ad alios non derivatam, generale quid est, quod neminem in specie ferit, nisi ejus criminis reum, uti sunt universales prophetarum interminationes, ne dicam, phrasin, *non amare*, emphatice hic comprehendere odium, abnegationem, sed et blasphemiam.

ſunt, quod cum jurisdictione et tribunali fuerit confuſa; ita demonſtrant, quantopere poſtea a vera ſua natura, et puritate, degeneraverit, quum juriſdictionis, judicii, ac tribunalis Eccleſiaſtici, conſpectum accepit excommunicatio, ex quodam *inperio ſacro*, in poteſtate ligandi ac ſolvendi, vel jure clavium, fundato, tracta eſt, et jure Magiſtratus Eccleſiaſtici coepit exerceri; praeterea ad Judaicam adcommodata eſt diſciplinam, et civiles accepit effectus, adeoque in poenam civilem degeneravit. De quo ex hiſtoria Eccleſiae abunde conſtat.

§. CLXXXIX. γ. Supereſt *perſonas* monſtremus, poteſtate excommunicandi praeditas, eamque exercere ſolitas. Cum haec poteſtas clero, ſive Epiſcopis, ſive Presbyteris, vulgo fuerit adſignata, Eraſtus ei ſententiae fervente ſtudio ſe oppoſuit, et omnem poenalem juriſdictionem Magiſtratui vindicavit; ſed huic innixus hypotheſi, ejus eſſe naturae diſciplinam Eccleſiaſticam. Cuncta enim ejus ratiocinia eo collineant, ut, duplicem in ſocietate non poſſe eſſe juriſdictionem, aequali praeditam poteſtate, et independentem, demonſtret. Quae omnia ſponte ſua corruunt, ſi, quod ſupra diſputavi, excommunicatio veram ſuam retineat naturam, a juriſdictione probe diſtinctam: alienam vero ſi induat faciem, uti poſtea induit, Eccleſia cum ſocietate civili commixta, neſcio qua ratione ratiocinia Eraſti, aliorumque, in primis ICtorum, enervari queant, niſi admittatur, ſententiam Eccleſiaſticam ſaltem a Magiſtratu civili, quo ſuperior in ſocietate non eſt, adprobari et confirmari debere. Verum, ſi excommunicatio pure ſit Eccleſiaſtica, nec effectum habeat civilem, aut excommunicati ſtatum non reddat in civitate deteriorem, poteſtas ea, ſecundum meam ſententiam, quam ſine ambagibus, vitatis omnibus litibus, exhibebo, 1. originitus reſidet penes ipſam Eccleſiam particularem, cujus membrum eſt reus, et non penes clerum, ſeu presbyterium, aut aliquem alium Senatum Eccleſiaſticum, ob has rationes. *a.* Chriſtus Matt.

XVIII.

XVIII. *Ecclesiae* vult dicendum, si frater laesus ad reconciliationem adigere nequeat laedentem, Paulus solennem objurgationem Ecclesiae quoque tribuit 2 Cor. II., quae in excommunicationem, si frustranea sit, exire debet. Per Ecclesiam vero intelligi seniores, seu Clericos, a stilo Script., et re ipsa, nimis alienum est. *b.* Omnibus in locis, supra citatis, ubi excommunicationis fit mentio, Ecclesiae illa tribuitur. Fideles ubique, ut commercium ejusmodi peccatorum vitent, admonentur, utque cum illis non edant, nec eos in domum recipiant. *c.* Diotrephes atro notatur a Johanne in 3*tia*. epist. carbone, tanquam qui jus, sibi non competens, adrogavit, quod aliquos *Ecclesiae* communione, sua autoritate, *expulerit:* omne qualecunque inperium in Ecclesia presbyteris denegavit Petrus 2 Pet. V., ad exemplum Christi, qui inter suum et civile regnum hoc discrimen diserte statuit, quod in eo nullum dominium locum habere adferat. Quid? quod ipse Paulus neget, se *dominari* hac parte inter Corinthios velle, sed ipsis relinquat, ut se a scelerato separent, 2 Cor. I: 24. Denique *d.* si Clerici ab Ecclesia non acceperunt potestatem illam, oportet vel a Christo habeant, quod falsum est, et nusquam traditur, de *clavibus* enim mox dicam, vel sibi rapere censendi sunt. Nihil ergo relinquitur, quam, quod 2. observandum est, ut *statuatur*, potestatis istius, penes Ecclesiam residentis, *exercitium* ab Ecclesia Clero esse demandatum, ita ut ejus nomine, tanquam legati Ecclesiae, et non Christi, quod non sunt, eo defungantur officio. Quae vera est sententia, et juri, clero competenti, sufficit defendendo. De quo plura, quod possem, nunc non proferam.

§. CXC. De *jure*, cui excommunicandi potestas innititur, acerrimae fuerunt, et sunt, contentiones, dum alii Divinum, alii humanum, urgent. De quo, praeter alios, vide Seldenus de synedr. l. I. c. 7. ubi historiam controversiae tradit, et sententiam suam profert, quae habet, jus illud e consuetudine Judaica esse natum, a Caesaribus dein con-

cessum, sed a membris ipsius societatis, se invicem ad id obstringentibus, confirmatum. Quam disputationem cum ingredi non liceat, mentem paucis exponam. 1. Ad consuetudinem Judaeorum in synagogis hanc Christianae Ecclesiae disciplinam esse conformatam, lubens concedo, nec nego, Judaeos, sine expresso Dei mandato, sponte eum morem introduxisse. Judaei in exilio Babylonico versati, et dum aliorum potestati essent subjecti, cum alia ipsis non pateret malos coercendi via, ad hanc confugerunt: utique tempore Ezrae et Nehemiae prima occurrunt excommunicationis indicia. 2. Hoc concesso, disciplinam tamen hanc ad exemplum Christi, ab Apostolis, tanquam ejus legatis, quibus claves regni coelorum fuerunt commissae, esse institutam, eaque ratione divina superstructam autoritate, omnino pertendo. *Exemplum* Christi dixi, non mandatum, quia illius, non hujus, prostat indicium, ita tamen, ut Apostolis totum hoc demandaverit negotium, cum ratihabitionis promisso. De quo clare ex loco Matt. XVIII: 15. constat, modo recte capiatur. Cum Dominus privatae injuriae ulciscendae modum aliquem tradidisset, nec tamen eum, tanquam necessarium, et unicum, praescripsisset, subjungit, se Apostolis dare omnia in Ecclesia ordinandi potestatem, dicendo, *quicquid ligaveritis in terra, ligatum erit in coelo* etc. eo ipso significans, se Apostolis demandare supremam potestatem, hunc vel alium dissidiorum componendorum modum non tantum, sed et quaecunque alia, in usum Ecclesiae ordinandi, ac dirigendi, cum ratihabitionis coelestis promisso. Hic, ut opinor, verus est verborum sensus et nexus; uti in Sermon. Belg. fusius exposui. Quo admisso, locus quidem ad disciplinam Ecclesiasticam stabiliendam non pertinet directe, attamen eam jure divino esse superstructam inde recte colligitur, si, ab Apostolis, autoritate divina vestitis, profectam et institutam esse, demonstrari possit: uti facile cernitur. De Apostolorum ordinatione cum res certa sit ex locis supra citatis, disciplinam

jure

jure divino niti, recte concluditur. Novi equidem excipi solere, Apostolorum ordinationem restringendam esse ad tempus, quo Ecclesia sub infideli Magistratu degit, tanquam relicta, et sibi tradita, societas, nec obtinere amplius, quando ipsa potestas civilis Christiana est, et curam Ecclesiae, uti omnium aliorum in medio civitatis suae collegiorum, gerit: sed, ut paucis respondeam, 1. restrictio illa nullo nititur fundamento, nusquam in Script. S. occurrit, 2. falsa superstructa est hypothesi, de excommunicatione, proprie sic dicta jurisdictione, et effectu civili cum ea conjuncto: de quo supra exposui. 3. Addo, excommunicationem ab Apostolo 1 Cor. V. considerari tanquam a poena civili diversam. Cum enim posset ipse, et vellet, poenam infligere corporalem, sceleratum Satanae tradendo; jussit tamen, ut Ecclesia eum a sua removeret communione. Ceterum, ut illud quasi in transitu observem, absque ut me in famosam quaestionem de jure Magistratus circa sacra inmittam, Magistratus, quoad excommunicationem, est, curare 1. ne ea sit injusta, et fundamentalibus Christianae societatis legibus adversa, adeoque, ne quis per dominantem factionem aut opprimatur, aut injuria adficiatur, 2. ne conditio excommunicati fiat in civitate pejor, adeoque ne censura in eam influat. Denique 3. si Ecclesia sit cum civitate confusa, et in unam societatem conflata, bene an male non disputo, excommunicatio ejus examini ad minimum est subjicienda, et ab eo pro re nata vel approbanda, vel corrigenda. Habet enim tunc conspectum poenae civilis, jurisdictionis ac tribunalis, Magistratui unice competentis.

§. CXCI. 3. Denique disciplinam hanc ex jure naturae et societatis sponte sua fluere, eique unice esse consonam, adfirmare non vereor. Istius utique juris est, 1. ut vitare liceat sceleratorum commercium, ne societati nota inuratur, eaque corrumpatur, 2. ut societas suas habeat leges, easque exsequatur. Sunt enim societatum omnium vincula,

fine quibus se ulla tueri nequit. Cum autem Christiana, qua talis, et per se considerata, diversa sit a politica, et Christum pro capite habeat, disciplina quoque ejus diversa sit, necesse est, nec non potestas ipsi competat, sese ab homine, qui leges ejus capitales violat, separandi; maxime cum societatem ea sub conditione inierit, ut leges ejus observaret. Magistratus vero est, permittere, ut societas sedem in sua habeat civitate, deinde ut secundum proprias leges gubernetur, modo civitas inde nihil capiat detrimenti. De quo plura dixisse nihil adtinet, nec hujus loci est. Quod si recte advertatur, quae de jure Caesareo fuse et erudite disputat Seldenus, facile disparebunt.

§. CXCII. De *Synodis*, quae gubernationis Ecclesiae ac disciplinae partem faciunt, et progressu temporis in Ecclesia fuerunt frequentes, earumque usu et autoritate, integra restaret tractatio, si eam ingredi scopus permitteret, aut hujus esset loci. Cum enim nulla earum fiat in Actis aut Epistolis Apostolorum mentio, nulla de iis dentur praecepta, nihil quoque occurrat, unde colligi de synodis aliquid potest, hac disquisitione supersedere licet. Tantum, cum Apostolorum et Presbyterorum Hierosolymitanae Ecclesiae conventus, causa quaestionis, a Christianis nonnullis sectae Pharisaicae motae, de circumcisionis ac legis Mosaicae observandae necessitate, respectu fidelium e Gentilibus, cum synodo soleat comparari, ea de re nonnulla videntur dicenda, eo in primis scopo, ut verus ejus conspectus in lucem prodeat, ex quo simul elucescet, quid simile aut dissimile habeant cum eo synodi. Quaestio de circumcisione et lege, ad gentiles conversos quoque pertinente, a Paulo et Barnaba, quod 1. et ante omnia observandum est, ad Apostolos et Presbyteros, Hierosolymae degentes, sponte, non ex necessitate, delata est, nec eo scopo, ut ab iis decideretur, et decisio, qualicunque etiam modo facta, vim obligandi suo respectu, seu ad eos, Paulum et Barnabam, relate, haberet, sed ut doctrinam suam cum ea Apostolorum reli-

quorum

quorum conferrent, concordemque esse, ad majorem adversariorum convictionem, et gentilium consolationem, demonstrarent. Praeterquam enim quod Paulus, aeque ac reliqui, Apostolus erat, adeoque ejusdem autoritatis, ac infallibilitatis, nemini in doctrina subjectus, nec alicui rationem debens; Ipse Gal. II: 1., hac de re agens, totidem verbis declarat, se id fecisse motu divino, et eo scopo, ut, collatione instituta, concordia doctrinae suae et reliquorum Apostolorum fieret manifestior; non itaque, acsi decisione eorum opus haberet, aut de doctrina sua dubitaret, sed ut omnium Apostolorum eandem esse adpareret. Dicit v. 2. expresse, se Hierosolymam ad Apostolos tetendisse, non, ne forte in vanum curreret, sed ut, de veritate satis certus, falsis fratribus, discrimen doctrinae Pauli et reliquorum Apostolorum jactantibus, os obstrueret, v. 3, et 4. Ex quo, ut illud obiter observem, patescit, v. 2. fin. non leg. μήπως, ut nunc habetur, sed μὴ ὡς *non tanquam*, vel, *non acsi*, in *vanum curro*, *aut cucurri*. etc. Addit praeterea v. 6. et seq. se, aeque ac reliquos, esse verum Apostolum, nec illis inferiorem, se etiam nihil ab ipsis recepisse, sed eos secum amice consensisse.

§. CXCIII. 2. *Secundum* habet observatum, Apostolos, in unum coactos, praesentibus presbyteris, et reliquis credentibus Ecclesiae Hierosolymitanae, ejusque solius, quotquot adesse voluerant, sententias suas exposuisse solos, et in doctrinam Pauli de libertate Christiana unanimiter consensisse: uti ex Act. XV. manifestum est. Interfuisse quoque de populo Christiano ex v. 12, 22 et 23. mihi certum videtur: sed solos Apostolos, consentientibus presbyteris, causam definivisse, ex eodem cap. nec non c. XVI: 4. elucescit. 3. *Tertium* est, Apostolos sese hic gessisse, tanquam a Spiritu actos, et ejus declarationem, antea factam, secutos. Quod utrumque c. XV: 28. his verbis significant, *visum est nobis et Spiritui S.* etc. h. e. nobis, Spiritu gaudentibus, et ejus decisionem sequentibus. Respicitur enim in *Spiritus S.* mentione

tione quoque ad ejus illapfum in Cornelium, et focios gentiles Act. X., quo Deus, gentes ad fuam communionem fine circumcifione a fe admitti, declaravit, uti ex Act. XV: 8. liquet.

§. CXCIV. Ex dictis difcrimen hujus conventus, et fynodorum proprie fic dictarum, fefe facile offert. *a.* enim fola Ecclefia Hierofolymitana fuit confulta, non plures Ecclefiae per deputatos in unum convenerunt. *b.* Apoftoli foli, et qua tales, fententiam dixerunt, *c.* decretum non per fuffragia, et per plura, fed unanimiter, et fecundum Spiritus S. ductum, formarunt. *d.* Paulus et Barnabas coram hoc non comparuerunt conventu, ut eorum doctrina examinaretur, et dijudicaretur, fed fponte ad Apoftolos fefe contulerunt, ut, amica et fraterna inftituta collatione, confenfus eorum in lucem prodiret, et falfi, ac contentiofi, doctores Pharifaici proftituerentur. Gefferunt fefe itaque Apoftoli una cum Paulo tanquam aequales, eodem actos Spiritu, convenienter dicto et promiffo Chrifti Matt. XVIII: 20. *ubi duo aut tres in meo nomine fuerint congregati, ibi ego in medio eorum:* fimul exemplum Ecclefiis praebuerunt imitandum, ad pacem et aequalitatem doctorum confervandam, in eo fitum, ut fecum invicem quidem conferant, tanquam aequales, et fratres, fed alii in alios dominium non exerceant, aut quaeftiones per plura *inperiofe* non definiant: funt enim, aeque ac Apoftoli, relate ad fe invicem, pares, omnes difcipuli unius magiftri Chrifti, et fratres unius Patris Dei Matt. XXIII. praeterea, ut a quaefitis abftineant definiendis, quae a Spiritu S. non funt ante decifa, five clare et expreffe revelata; ita ut dicere nequeant, *vifum eft Spiritui S. et nobis*, denique fibi caveant a pace et unione rumpenda, et litibus ac divifionibus fovendis, aliifque damnandis et adfligendis, per temerarias et inperiofas definitiones in caufa fidei et doctrinae.

§. CXCV. Quae cuncta qui adverterit, fimul ad ftatum Ecclefiarum particularium, durante periodo Apoftolica, adtenderit,

tenderit, is, ni fallor, non mirabitur, nullius synodi factam esse mentionem, nullum quoque ejus respectu datum fuisse ab Apostolis praeceptum, aut monitum. Synodis hoc tempore nullus erat locus, cum quod Apostoli vel ipsi, vel per Euangelistas, sive missos suos, omnia ubique direxerint, ut ex superioribus constat, tum Ecclesiae particulares fuerint independentes; nec secum, per aliquam expressam confoederationem, quam synodi pro hypothesi habent, ita consociatae, ut, ad communem utilitatem, quaestionesve decidendas, necesse fuerit in unum convenire. De quo singularum Ecclesiarum statu, et conspectu, ex Actis et Epistolis Apostolorum clare constat, Epistolae quoque Apocal. II et III. haud obscure testantur. Abstinuisse quoque videntur a praeceptis hac de re in posterum dandis, sive quod illud Ecclesiarum ordinationi reliquerint, generalibus monitis de pace et unione secum invicem conservanda, litibus ambitiosis et contentiosis vitandis, *ordinis* et *decentiae* regulis unice tenendis, 1 Cor. XIV. fin. similibusque aliis contenti, sive, synodos ejusmodi in controversiis de fide, prae hominum ambitione et corruptione, salutares non habituras effectus, praeviderint, sive denique existimaverint, fundamenta fidei et vitae Christianae satis clare esse definita, ut dissensum vix admittant; reliqua dogmata a singulis pro luce sua esse dijudicanda, et dissensum hac parte per mutuam charitatem, salva unione Christiana, esse tolerandum, absque ut alii in alios exerceant inperium. Quo varia Christi et Apostolorum monita, sive directe sive indirecte, manifeste tendunt, Christi ex. gr. Matt. XXIII: 8—12. Petri 1 Petri V: 3. Pauli 1 Cor. III. XIV. et Phil. III: 15. ac alibi saepe. In primis notabilis est locus 1 Cor. III: 11—15. ubi diserte declarat, fundamento, quod ipse posuit, *Jesum esse Christum*, salvo, unicuique relinquendum esse, quid super eo aedificaverit, magis minusve verum, et pretiosum, aut contrarium, cum suo tempore illud sit a Deo dijudicandum etc. De quo hic pluribus disserere non licet.

VITA ET MORES.

§. CXCVI. De *vita et moribus* Chriſtianorum, in quibus *quarta* pars eſſentialis Eccleſiae conſiſtit, hac periodo, paucis abſolvere potero, cum ex Actis et Epiſtolis Apoſtolicis elucefcat, Eccleſiam Apoſtolicam fuiſſe maximam partem omne genus virtutibus ornatam, licet non defuerint hypocritae, nec omnia exulaverint vitia, quibus vita non caret humana, periodo quoque labente major eam infecerit corruptio, quae caput ſequente periodo magis extulit: ſicut prima Epiſtola Apocal. II. ad Epheſ. ſcripta, ſed ad hanc et ſequentem periodum Eccleſiae univerſalis quoque ſpectans, edocet, cum haec noſtra valde laudetur hac parte, ſed ſequens, tanquam quae a *charitate*, ſeu pietatis ac virtutis ſtudio, haud parum deſciverit, vituperetur. Protuliſſe ad noſtrum *ſcopum* ſuffecerit nonnulla exſtantiora ſpecimina laudabilis hac parte ſtatus Eccleſiae Apoſtolicae in medium. 1. Quoad veritatum ſalutarium, et viarum Dei, *cognitionem*, negari nequit, comparatione inter credentes hujus et ſuperioris temporis inſtituta, Chriſtianos in *luce* dici poſſe verſatos, oppoſite ad *tenebras* praecedentium temporum, Jeſ. IX. Habebant *unctionem a ſancto*, et — *cognoſcebant omnia* 1 Joh. II. *Spiritu quoque in omnem carnem effuſo* Joel III. Act. II. *Viderunt retecta facie gloriam Domini, tanquam in ſpeculo* etc. 2 Cor. III. Nec mirum, cum praeclari per Eccleſias fuerint ſparſi viri, qui ſua luce eas illuſtrarunt, et Apoſtoli quoque, in primis Paulus, copioſas, etiam plures quam habemus, ſcripſerint ad eas Epiſtolas. *Sermo* quoque Dei abundanter fideles tenuerit occupatos Col. III: 16. Quare Hebraei, in epiſt. circa finem periodi ſcripta ad eos cap. V: 12., ſpeciatim culpantur, quod in ſublimioribus praecipue doctrinis fuerint rudiores; Galatas miratur Paulus, ſeſe per falſos doctores tam cito paſſos fuiſſe abripi ad legis cum euangelio mixturam, Gal. I: 6. cum melius eſſent inſtructi. Sed 2. *fidei* reſpectu, certitudo, firmitas, cum ſpe et

fiducia

fiducia conjuncta passim in Ecclesiis fuit conspicua, in multis quoque fidelibus summo gradu. Stephanus erat *fidei* plenus Act. VI. ut et Barnabas c. XI. Fides Romanae Ecclesiae totum personuerat orbem Rom. I. Ephesiorum ad aures Pauli pervenerat, Ephes. I. In Colossensibus laudatur *στερέωμα fundatissima fides* Col. I et II. Thessalonicensium quoque *opus fidei* 1 Thess. I et III. imo vires dicitur indies sumere 2 Thess. I. Corinthii in fide et per eam stabant 2 Cor. I. imo, ne plura proferam, de Ecclesiis in genere traditur, eas in fide fuisse confirmatas, Act. XVI. Mitto Paulum, Timotheum, Philemonem, aliosque ingente numero hac parte celebres. Paulus de se grandia loquitur, Gal. II: 20. et 2 Tim. I. in Timotheo *infucatam* laudat fidem 2 Tim. I. ut et in Philemone, Philem. 5. Nec mirum, cum testes oculati et auriti dictorum, factorum, et fatorum Christi superessent, miracula quoque frequentia fierent, et Spiritus fidei efficaciter ageret.

§. CXCVII. 3. Eluxit praeterea fides eximie in *charitate*, et amore fraterno, ac beneficentia erga pauperes, et adflictos. Erat Ecclesiae in primordiis *cor unum et anima una* Act. IV. Egregium testimonium dedit Paulus Corinthiis 2 Cor. VIII. Thessalonicensibus 1 Thess. I, III et IV. Colossensibus Col. I. Hebraeis quoque scriptor Ep. ad Heb. VI. Missis aliis non possum, quin, inter alia documenta in eleemosynis, quae ab Apost. collectae Hierosolymam fuerunt delatae, qua parte Ecclesiae Macedoniae insigni ornatae sunt encomio 2 Cor. VIII. et in agapis, supra memoratis, in specie provocem ad *communionem bonorum* in Ecclesia primaeva Hierosolymitana, Act. II: 44. IV: 32, 35. eo etiam scopo, ut verum ejus dem intellectum, ne quis hic erret, et cum Pythagoreorum, Essenorum, aliorumve similium, communione confundat. Capi enim phrasis unice debet de summa liberalitate, qua bona sua etiam vendebant, et pecuniae distributionem committebant Apostolis, ita tamen ut jus proprium semper retinuerint. De quo

clare constat ex Act. IV: 32, 35. et V: 4. Praeterea, ut pergam, 4. cum ex fide et charitate studium regni Christi promovendi oriatur, notari in specie meretur, illud fuisse ardentissimum hac periodo in longe pluribus, uti in Stephano, *pleno virtute* Act. VI. Apollo, fervente spiritu Act. XVIII. Corinthiis 2 Cor. IX. Epaphra Col. IV., aliis, egregiis quoque speciminibus demonstratum *a.* in cultus Dei ac religionis frequentia et adsiduitate, Act. II: 42. *b.* liberrima ac intrepida fidei confessione, et euangelii adnunciatione Act. IV: 13, 31. XIV: 3. 2 Cor. III: 12. IV: 13. Phil. I: 14. *c.* in periculis caussa Christi subeundis, sive bonis suis spoliarentur, Heb. X: 34. sive incarcerarentur, sive flagellis caederentur, sive martyrio adficerentur etc. quae satis nota sunt. 5. Negligendum quoque non est, quod, rebus hujus mundi postpositis, animos oculosque habuerint defixos in spiritualia, et coelestia, ita ut eorum *conversatio* fuerit *in coelis* Phil. III: 20. Alte sonat, quod Paulus de se testatur Gal. II: 20. Phil. III: 8. Col. III. 1. et alibi de credentibus quoque in genere Eph. II: 5, 6. Laudari denique 6. meretur in Christianis *simplicitas* illa, qua de fratribus sinistre non cogitabant, nec pravas fovebant suspiciones, aut calumniis aures aperiebant, Act. II: 46. charitatis qualitates, 1 Cor. XIII. recensitas, in se exprimentes. Praestitit itaque, ut concludam, Ecclesia Apostolica in genere considerata, *genus selectum*, *sacerdotium regale*, *gentem sanctam*, *populum acquisitionis* etc. veluti *lapides vivos*, *domum spiritualem*, *sacerdotium sanctum*, *ad offerendum spirituales hostias*, *acceptas Deo per Christum* 1 Pet. II: 5, 9. Quo etiam facit, quod Apostoli in Epistolarum suarum inscriptionibus eos adpellaverint *vocatos sanctos*, *dilectos* Dei, *sanctificatos* in *Christo* etc. quia tales maximam partem erant, vel prae se ferebant, omnes, qui ad Ecclesiam vere pertinent, esse debent.

STATUS ACCIDENTALIS ECCLESIAE.

§. CXCVIII. Consideratur hac parte Ecclesia relate *ad se ipsam*, vel ad *mundum*. *Priore* respectu magis minusve gloriosa est, aut tranquilla, per haereses aut schismata magis minusve turbata, *posteriore* vero per orbem propagatur, vel non, persecutiones patitur, vel pace gaudet. Ecclesia Apostolica, priore respectu, singulari ratione fuit *gloriosa*, nec per *haereses* aut *schismata* multum contaminata. De quo nunc distinctius est differendum. Gloriosa ejus conditio sita fuit in eo, quod illustriores habuerit doctores et rectores in Apostolis et Euangelistis, donis praeterea extraordinariis Spiritus S. abundaverit. De Apostolis et Euangelistis cum supra fusius differuerim, hic de donis illis nonnulla proferam, prout ab Apost. 1 Cor. XII: 8.— recensentur, quae variis in muneribus, occasionibus, et personis sese exseruerunt, omnia in Apostolos subinde concurrerunt. 1. Primum complectitur *sermonem sapientiae*, seu summam et infallibilem sapientiam et prudentiam in variis Dei oeconomiis, in primis respectu vocationis gentium, et mysteriis providentiae Dei, intelligendis, et cum gratia ac persuasione explicandis, pro cujusque statu ac capacitate, in omnibus rebus ordinandis convenienter oeconomiae gratiae, ac regno Christi, spirituali et coelesti, ad ejus commoda. Quod donum in Apostolis eximie et proprie eluxit, tanquam qui duodecim tribus judicarent, et ligandi ac solvendi suprema praediti erant potestate. Quam sapientiam sibi tribuit Paulus 1 Cor. III. et Ephes. III: 4. Petrus in ipso celebrat 2 Pet. III., ipse Paulus in Epistolis luculenter demonstravit. 2. Secundum, in *sermone scientiae* situm, referre licet ad eos, qui singulari cognitione veritatum non tantum euangelicarum instructi erant, sed et alias scientias ex. gr. logicas, rhetoricas, historicas, philosophicas, callebant, et ad docendum, convincendum, refutandum, admonendum, consolandum, apti erant; viri Dei in opere Domini *perfecti* 2 Tim. III. Tam

late sumitur haec vox 1 Cor. XIII. et alibi, et in Prophetas ac doctores recte convenit. 3. Tertium donum est, πίστεως *fidei*, seu fiduciae, in efficaciter precando, operibusque peragendis difficilioribus, qualiacunque fuerint, cum certa auxilii divini spe et successus persuasione, Jac. V: 15. adpellat *precationem fidei, quae aegrotum sanat*, et eo respectu mox subjungit, *precationem justi* ἐνεργουμένην *efficacem* multum valere: ubi precatio *efficax* est, non, ut saepe putatur, quae magno cum zelo, et clamosa voce, funditur, aut multis constat verbis, etiam figuris ornata eloquentiam spirat, sed quae simplex quidem et clara, brevis licet, ut esse debet, per *fidem*, cum ea conjunctam, effectum sortitur, et efficax fit διὰ πίστεως *per fidem*, sicut Gal. V: 6. *fides* adpellatur *efficax*, eodem verbo adhibito, per *charitatem:* sicut Jac. I: 6. precatio jubetur facienda in *fide* etc. Cujus *fidei* meminit Ap. 1 Cor. XIII: 2. ubi πᾶσαν πίστιν adpellat, quae summo gradu talis est, qualis est illustrissimorum miraculorum.

§. CXCIX. 4. Sequitur *sanationis* donum, quo qualescunque morbi et languores miraculose sanabantur; quod Apostolis fuit datum Matt. X. et aliis 70 discipulis Luc. X. et variis in casibus demonstratum est. 5. *Operationes virtutum* ἐνεργήματα δυνάμεων referre licet ad omnia qualiacunque miracula, praeter donum sanandi, ut ejicere daemonia, excitare mortuos, coecos, claudos etc. pristino restituere statui, quascunque etiam plagas infligere, uti Paulus Elymae Mago fecit Act. XIII: 11., ipsam mortem etc. Quo etiam pertinet virga apostolica, et traditio Satanae; nec non illustris pericopa 2 Cor. X: 2—6. quippe restringenda ad autoritatem et potestatem Apostolicam in convincendo, et speciatim virga apostolica puniendo; quod ex vers. 8. firmatur. 6. Sextum donum est *prophetiae*, in futurorum praedictione non tantum situm, sed et in dextre, et copiose, de rebus divinis per Spiritus S. revelationem differendo. Prioris generis exempla prostant Act. XI: 28., XXI: 11. 1 Tim.

I: 18.

I: 18. IV: 1. posterioris testimonium exhibet Apost. 1 Cor. XIV. quod caput ex ea hypothesi est explicandum, uti ex omnibus ejus partibus facile elucescit, et ab aliis satis est comprobatum. Agit utique ibi Apost., et in praecedentibus, de donis Spiritus S., in peregrina lingua, et prophetando, sese ostendentibus; et illud prophetandi in coetu credentium praeferendum esse demonstrat; praeterea *revelationem* prophetae factam expresse memorat v. 30. *Prophetare* stilo Script denotat, de rebus divinis ex Spiritus instinctu differere, lingua quoque auditoribus nota, et ad eorum aedificationem, cum *linguis loqui* illud facere significet *peregrina* lingua, adeo ut haec duo dona arcte secum cohaereant, relate ad materiam, ac spiritus inpulsum, et discrimen tantum sit in lingua, vel peregrina, vel vernacula: de quo mox recurret occasio agendi. Distinctionem inter Prophetas et doctores reliquos recte expressit scholion antiquum ad 1 Cor. XII. 28. *qui prophetat, ex spiritu loquitur, qui docet, ex propria mente et intellectu.* 7. Septimum donum διακρίσεως πνευμάτων *discretionis spirituum* directe, ut opinor, respicit, ad veros falsosque Prophetas et doctores, cum eorum doctrinis, dijudicandos: uti ex voce πνευμ., et 1 Joh. IV: 1. patet. Unde exponendum videtur monitum Apostoli 1 Cor. XIV: 29. *Prophetae duo aut tres loquantur*, et οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν *alii dijudicent*, scilicet *spiritu* διακρίσεως *discretionis praediti*; uti modo v. 27. dixerat, *sive lingua quis loquitur* peregrina, fiat *per binos*, vel *ad summum tres*, *et unus interpretetur*, scilicet dono interpretandi gavisus. Referri enim illud debet ad donum extraordinarium, quo quis, ab alio dicta lingua peregrina, statim novit lingua nota interpretari, licet peregrinae istius linguae sit rudis. De quo dono mox. Interea non nego, viguisse quoque donum sinceritatis fidei, vel falsitatis, in aliis discernendae, uti Petrus in Anania, et Simone Mago demonstravit, adeoque ad illud quoque latiore sensu extendi.

§. CC. 8. Donum *linguarum*, cum Apostolis, tempore inaugu-

inaugurationis eorum, feſto Pentecoſtes, communicatum; non in auditoribus, ſua lingua audientibus quae ipſis peregrina dicebantur, quod nonnulli, etiam e Veteribus, uti Arnobius adv. Gent. l. I. et Arator de act. Apoſt. l. I. meminit, etiam, ſed rejicit, Greg. Nazianz. Or. XLIV, infeliciter fuerunt opinati, ſed in ipſis loquentibus, lingua ſibi ignota mentem exprimentibus, ſitum fuiſſe, clarius eſt, et certius ex Act. II. et I Cor. XIV., quam ut in dubium vocari poſſit, nec indiget demonſtratione. Sed illud in Apoſtolos, aut alios eo dono gaviſos, permanentem non contuliſſe linguae peregrinae notitiam, aut ea ſcribendi vel loquendi facultatem, verum pro re nata, et ad tempus, conceſſum, cum inter infideles, ac peregrinos, verſarentur, quibus euangelium adnunciare, aut quibuſcum ſermones habere debuerunt, obſervari meretur, et demonſtrari: quod non eſt in difficili. Praeterquam enim, quod miracula non ſint ſine urgente ratione et neceſſitate, quae hic nulla eſt, cum Graecam ex. gr. linguam, qua uſi ſunt et ſcripſerunt Apoſtoli, proprio marte addiſcere facile potuerint, ſicut fecerunt, diverſitate ſtili, quo uſi ſunt, arguente, multiplicanda, *a.* nullum donum extraordinarium permanentem adtulit facultatem *b.* qui dono illo gaudebant, toti erant in Spiritu, ab eo extraordinarie correpti, et occupati, et ex eo loquebantur, Act. II: 4. X: 44. I Cor. XIV: 2. etc. Ceterum, ſicut illud donum oeconomiae gratiae, ad omnes gentes quoque pertinentis, ſignum erat ac pignus, ita eo ſpectabat, ut euangelium inter quaſcunque gentes diverſarum linguarum facilius propagaretur. Sed nec fructu aut utilitate carebat inter ipſos fideles, quatenus, quo tempore eo mactabantur, pleni erant ſcientiae rerum divinarum, quae, dono illo ceſſante, manebat animis eorum aliquatenus infixa; donum utique *prophetiae* cum eo paſſim erat conjunctum, Act. II, X, XIX. I Cor. XIV., et ipſi non ignari erant rerum, quae lingua ignota ab ipſis proferebantur: uti ex I Cor. XIV: 4. ubi *ſe ipſum aedificare* ac v. 28. *ſibi loqui*

loqui dicitur; patescit: unde exponendum est, quod v. 2. legatur πνευματι loqui mysteria, h. e. et Spiritu suo, et in spiritu, vel ex spiritu, quo obsessus est, quod v. 14 et 15. dicitur, orare spiritum, et in spiritu, opposite ad τὸν intelligentiam, scilicet inde ab aliis hauriendam. Sensus ergo est, idem sibi quidem, sed non auditoribus, linguae ignaris, prodesse, cum ipse quidem intelligat, et fructum inde carpat, sed non alius, mentem ejus non percipiens, nisi adsit qui dono interpretandi praeditus est, cujus meminit Ap. ib. v. 27. Quod 9. nonum fuit donum extraordinarium, et ἑρμηνεία γλωσσῶν interpretatio linguarum adpellatur, 1 Cor. XII: 10 et 30. in eo situm, quod quis linguam sibi ignotam in suam transferre possit. Quo Ap. monitum 1 Cor. XIV: 27. *sive lingua quis loquitur — — unus interpretetur*, scilicet dono gavisus, linguam sibi ignotam in aliam notam transferendi, tendit, ex quo aliud v. 13. exponendum est, *qui loquitur lingua* peregrina in precando, *oret ut interpretetur*, h. e. ita oret lingua peregrina, ut quis adsit, *qui interpretetur*.

HAERESES ET SCHISMATA.

§. CCI. Alterum, quod ad statum Ecclesiae Apostolicae accidentalem, relate ad ipsam Ecclesiam, spectat, est pax Ecclesiastica, opposita haeresibus, schismatibus, ac turbis factiosis, vocibus illis sensu Ecclesiastico sumtis. Proprie enim vox αἵρεσις *haeresis* privi judicii sententiam denotat, dein usu suo, inter alia, *sectam*, sive in bonum sive in malum. Pro secta Pharisaica occurrit Act. XXVI: 5. Sadducaeorum Act. V: 17. religio Christiana *sectae* nomine a Judaeis insignita fuit, Act. XXIV. in malum sumta vox stilo Scrip. S. non *errorem* intellectus simpliciter, etiam gravissimum, in doctrina religionis; sed factionem et sectam ex corrupto principio ortam, significat: *schisma* et *haeresis* enim alternantur 1 Cor. XI. et *haeresis* inter *opera carnis* locum

 tenet

tenet Gal. V. Haereticis quoque opponuntur, tanquam qui haeresibus exortis innotescunt, *οἱ δόκιμοι*, qui probatae scilicet sunt pietatis ac virtutis, eoque ipso ab haeresibus fovendis alieni, quippe quae a corrupta indole, et vitiis voluntatis, originem repetunt, qui itaque a veritatis studio et charitate non deflectunt: 1 Cor. XI: 19. *Carnales* se praestare Corinthios declarat Ap. 1 Cor. III: 3. per *zelum, lites et dissidia*, quibus alius dicebat, *ego Pauli*, alius, *ego Petri* etc. Denique illud extra dubium collocatur ex notabili loco Tit. III: 10, 11. ubi *haereticus* expresse dicitur *perversus esse*, et *apud se damnatus*, tanquam sibi conscius; se lucri, ambitionis, aut similium adfectuum causa, factiones instituere in Ecclesia; quem propterea una alterave vice admonendum tantum vult Paulus, et dein, si non resipuerit, removendum. Quo etiam postremo pertinet, quod, qui resurrectionem negaverint, non erroris simpliciter, sed *bonae conscientiae* perditae rei agantur 1 Tim. I: 19. ubi, *circa fidem* facere *naufragium*, abjecta bona conscientia, est, ipsam fidem, ejusque fructum, vi malae conscientiae, *perdere*, sicut res, navi fracta, perit. Sed stilo Ecclesiastico, a Scripturae multum diverso, qui innumera peperit mala, Christianismo teterrimam inussit notam, *haeresis* est error simpliciter capitalis, qui dogma aliquod, pro capitali Christianismi, vel et particularis alicujus Ecclesiae formulis suis conclusae, habitum, destruit, vel ita videtur, sive directe, sive indirecte, per consequentia inde deducta, haud raro per diversam methodum eandem rem exprimendi, uti ex. gr. in Nestorianis, Eutychianis, Monothelitis, et Adoptianis, exempla postea edocebunt. *Schisma* vero audit factio in Ecclesia formata, qua in partes disceditur, ob minoris, utique non maximi momenti, dogmata, vel instituta, et vinculum unionis ac charitatis rumpitur; cujus non illi sunt autores, qui dissentiunt, sed qui dissensum adgravant, seseque propterea separant ab aliis, corrupto moti principio. Posteriore hoc sensu de haeresibus et

schismatibus in historia conscribenda agemus: uti historicum, qualem hic praefero, decet.

§. CCII. Haereses, in Script. S. memoratae, tres sunt, una *theoretica* magis, duae reliquae *practicae*, sive circa ritus religiosos, sive circa vitam et mores: quas cum, praeter alios, illustraverit C. Vitringa Obs. S. l. IV. breviores hic erimus. *Prima* fuit circa capitale dogma resurrectionis mortuorum versata, et in eo sita, quod omnem qualemcunque eorum resuscitationem negaverit, quam jam factam, non futuram, esse contendit: uti ex 1 Cor. XV. 1 Tim. I: 14. et 2 Tim. II: 18. constat. Sed quaestio superest, quo sensu, seu qua sensus amplitudine, illud intellexerint hi homines? Cl. Vir, modo laudatus, communi insistens opinioni, resurrectionis nomine eos animae, post mortem, existentiam, ac omnem felicitatem post hanc vitam, quoque inficias ivisse, adeoque Sadducaeismum in Christianismum introduxisse, multis disputat: sed a qua sententia jam olim in *disputatione* Academica, praeside Magni viri Filio, et adprobante, de hac haeresi a me conscripta, ac ventilata in hac Academia, me alienum professus sum; profiteorque etiamnum. Ex mea itaque opinione solam corporum, salva animae, sed solius, et qualicunque vita, resurrectionem negarunt, sed ita ut judicium ultimum, una cum beatitate cum eo connexa, secundum Apostoli ratiocinium, simul negarint. Rationes, quibus haec hypothesis innixa est, sunt sequentes. Praeterquam quod Christianismum professis vix censeri queat in mentem venire posse, omnem vitam post mortem corporis negare, cum ipsum Christianismum, et Christum servatorem, hac ratione abnegassent, postea varii fuerint, nomine Gnosticorum noti, qui, salva animae vita, corporum resurrectioni contradixerunt, adeoque tales etiam hos fuisse haereticos, contra quos Apost. disputat, longe sit probabilius: 1. Solius resurrectionis corporum in toto cap. 1 Cor. XV., et aliis in locis, facta est mentio; cum de Sadducaeis expresse tradatur, eos insuper *Angeli et Spi-*

ritus negasse existentiam Act. XXIII., quippe quo fundamento opinio de nulla resurrectione superstructa erat. 2. Objectiones, quae ipsum quaesitum exhibere solent, quibus Ap. respondet, unice ad corpus non resuscitandum spectant: 1 Cor. XV: 35. Argumenta quoque 3., quibus Apostolus contra adversarios utitur, cum toto ejus ratiocinio, ad solum corpus pertinent; nulla animae, cum morte evanescentis, facta mentione. 4. Absurdum, quod Apostolus eorum sententiae, tanquam ejus consequens, opponit, in eo tantum situm est, quod *fideles* tunc censeri debeant *periisse*, *qui in Christo mortui sunt:* sed si eorum hypothesis directe omnem vitam post mortem e medio sustulisset, tanquam absurdum consectarium adduci hoc vix posset, cum illud diserte statuissent, adeoque illud alio argumento fuisset refellendum.

§. CCIII. Sed ipsum illud absurdum, cujus memini, Christianos, in Christo mortuos, periisse, et eos in hac vita esse miserrimos mortalium, si nulla detur resurrectio, nostram videtur destruere, et communem firmare sententiam, in eo quippe unice fundatam, cum, si sola corporis resurrectio fuisset, salva animae vita, negata, tale consequens inde necti vix potuisset: admitto ratiocinium, si ex nostrorum corporum resurrectione sublata illud directe deduxisset Apostolus: sed illud secus sese habet, et hoc non observatum errorem peperit. Ex serie orationis, et nexu ratiocinii, ni fallor, manifestum est, absurda illa, ex *Christi* resurrectione negata directe derivari, indirecte tantum ex nostra. Apostolus enim expresse dicit, si nulla detur resurrectio, *Christus* quoque non resurrexit, quando consectaria recensset inde fluentia, sic pergens: *si Christus non resurrexit, vana est nostra adnunciatio, vana fides vestra, adhuc estis in peccatis, ergo etiam, qui in Christo mortui sunt*, martyres pro ipso facti, *perierunt, in hac vita tantum speraremus in Christo*, et si hoc verum, *miserrimi hominum essemus:* sic enim supplendus et intelligendus est vers. 19. quod non animadver-

madversum erroris ansam praebuit, acsi ex nostra resurrectione sublata illud derivasset Apostolus, cum ex Christo non resuscitato ratiocinari manifeste pergat: ut cuique admonito in oculos incurrit. Plena foret oratio: *ergo etiam in Christo mortui perierunt*, ergo in hac vita unice in ipso speraremus; adeoque *miserrimi omnium essemus*, si scilicet in Christo speraremus solum in hac vita. Hinc quoque, quod observo, effatum Apostoli, *quid facient*, (quam inepte agunt, et infelices erunt) qui ὑπὲρ τῶν νεκρῶν *super mortuos*, vel propter eos, *baptizantur* etc. quod tantam fixit Interpretibus crucem, et innumeras fere produxit Interpretationes, facilem nanciscitur expositionem, quae huc redit: *quam stulti sunt et miseri, qui* malis hujus vitae et martyrio immerguntur 1. *propter mortuos illos*, scilicet ipsum Christum, aeque ac eos, *qui in ipso* jam *mortui* sunt v. 18. et *perierunt*; quales utique habendi sunt, si ὅλως *plene et absolute*, uti Ap. addit, *non resurgunt mortui*. Ceterum, propter doctrinam, a Christo propositam et obsignatam, propter fidem in ipsum, *mori* idem est, ac propter Christum mori, ac reliquos in ipso mortuos: quod ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος *super nomine Christi contumelia adfici* dicitur Act. V: 41. et ὑπὲρ *pro regno Dei pati*, 2 Thess. I: 5. vid. etiam Col. I: 24. Deinde 2. *propter mortuos* est, ut sint simpliciter *mortui*, maneantque, uti forent, si nulla detur resurrectio, opposite ad vivos, seu resuscitatos: sicut *mortui et vivi* eo sensu opponuntur Matt. XXII: 32. Robur addit, quod mox subjungit Apost. *quare et nos periclitamur omni hora? nos* scilicet, emphatice, qui de Christi resurrectione testamur, sed falsi essemus testes, si ipse non resurrexerit, v. 15. possumusne nos haberi tam insani, ut propter falsum testimonium tanta omni momento pericula incurreremus?

§. CCIV. Ex iisdem principiis, seu negatae resurrectionis Christi consectariis, supra ab Apostolo recensitis, explicandum est, quod, opposite ad continua pericula et mala, quibus Christiani se objiciebant, longe satius fuerit, il-

lud profanorum et mundanorum dictum vita ſua exprimere, *edamus bibamus cras morimur*, v. 32. cum, Chriſto non reſuſcitato, adeoque nulla felicitas credentium in ipſum poſt mortem ſit, vanum ſit et inſanum, mala in hac vita propterea ſubire, et Epicuraeorum vitam ducere longe praeferendum: quod facile intelligitur. Sed vel ex noſtra reſurrectione negata, ſimile quid deducendi anſam praebere potuit, 1. quod non tantum anima ſine ullo corpore capax non ſit felicitatis futurae, utique opera Dei, ut videtur, mirabilia contemplari nequeat, ſed, conſtante Script. S. doctrina, beatitas cum ultimo judicio, reſuſcitatis corporibus, connexa ſit, et anima in ſpe beatitatis verius vivat, quam ea fruatur Vid. tantum Pſ. XVII: 15. Rom. VIII: 17.—2 Cor. I: 9. 2 Theſſ. I: 7. 1 Theſſ. IV: 7. 2 Tim. II: 12, 18. IV: 7, 8. 1 Pet. I: 5. V: 4. 1 Joh. III: 1. Quo etiam omnino pertinet notabilis locus Col. III: 3, 4. cujus ſenſus eſt, credentes hic tanquam mortuos eſſe reputandos, quoad terreſtrium et carnalium nimiam et indebitam curam et ſtudium, veram vero vitam, ac beatam, conſecuturos demum eſſe ultimo die, quo Chriſtus ſeſe in gloria manifeſtabit, et corpora eorum glorioſo ſuo corpori faciet conformia, Phil. III: 21. 1 Cor. XV. vitam itaque eorum in hoc ſeculo adhuc *occultam* eſſe, et poſt mortem manere in Chriſto in coelo, ad illud tempus uſque, adeo etiam, ut, quod 1 Joh. III: 2. habetur, *quid futuri ſimus? neſciamus*. Nec aliud in oculis, quam hoc, habuit Apoſtolus in illuſtri illa pericopa 1 Cor. V: 1—10. non de animae ſtatu, a corpore ſeparatae, ſed cum novo et coeleſti veſtitae, intelligenda: quod verbo nunc monuiſſe ſuffecerit. 2. Cum Gnoſtici *ſedem* peccati in carne et corpore poſuerint, et propterea ejus reſurrectionem quoque negaverint, hinc colligere potuerunt, uti nonnulli eorum fecerunt, *carni*, ejuſque voluptatibus, hic indulgeri licere, ſalva puritate animae, ſicut Bacchus apud Euripidem, et Ariſtippus apud Laertium.

— ga)

— — — καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

Vid. Porphyr. de abſtin. l. IV. De quo plura dicam ad ſec. II*dum.*

§. CCV. *Fundamenta* ſententiae horum hominum, uti ex locis, ſupra citatis, quoque erui poteſt, fuerunt 1. carnem, tanquam ſedem peccati, et ab eo inſeparabilem, locum in vita beata habere non poſſe: de quo poſtea, ubi de Gnoſticis, plura proferam. Quo digitum etiam intendit Ap. 1 Cor. XV: 35., et ad id reſpondet, corpora noſtra non fore carnalia, ſed ſpiritualia, longe itaque aliis induenda qualitatibus, *carnem* vero et *ſanguinem*, ſive corpora carnalia, in regno coelorum locum habere non poſſe v. 50. 2. Reſuſcitationem eſſe inpoſſibilem; cui Dei omnipotentiam opponit, et adverſariis *ignorantiam* Dei inputat ib. 34. ſimul illuſtrat ſimilitudine *ſeminis*, terrae mandati, et ibi mortui, ſed quod Deus corpore veſtit, ex ipſo illo ſemine orituro. Quae ſimilitudo, ſi eam premere liceat, reſurrectionis doctrinam illuſtrare poterit. Denique 3. reſurrectionem, in Vet. Teſt. promiſſam, jam eſſe *factam*, 2 Tim. II: 18. ſive in ſpirituali hominis inmutatione, uti Gnoſtici intellexerunt apud Tertullianum de reſurr. carn. c. 19.— qui *mortuos* dixerunt baptizatos apud Chryſoſtomum hom. VII. ad Theſſ., ſive in corporali liberatione ab exilio Babylon., ac Epiphanica perſecutione; uti opinati ſunt Sadducaei, Vid. Pocock. Port. Moſ. c. VI. ſive denique in generatione liberorum continuata fieri cenſuerint reſurrectionem: cujus mentio eſt in Actis Theclae apud Grabe *ſpicil.* ſec. I. et in notis. *Autores* hujus perverſae opinionis fuiſſe potiſſimum Judaeos, philoſophiae Orientalis principiis inbutos, qui poſtea Gnoſticorum nomine facti ſunt notiores, vel ex eo probabile ſit, quod ad Vet. Teſt. loca reſponderint, et cum Sadducaeis aliquid commune habuerint. Memorantur vero nominatim Alexander, Hymenaeus, et Phi-

letus 1 Tim. I: 20. et 2 Tim. II: 17. Quae loca sibi clarius respondent, quam ut diversi intelligi queant Hymenaei; et utroque in loco Hymenaeus depingitur tanquam inprobi animi, ac fidei verae desertor, simul factiosus, et fidei aliorum eversor; propterea quoque a Paulo *Satanae* traditus, ut per carnis adflictionem a blasphemando abstrahatur. Num vero Alexander idem sit, ac 2 Tim. IV: 14. memoratus, definire non ausim, cum *ferrarius*, distinctionis caussa, memoretur, nec etiam, num idem sit cujus Act. XIX: 33. mentio fit: Sed illud tanti non est.

§. CCVI. De *tempore* ortae et propagatae haeresios, ideo etiam difiniendo, ut de pace Ecclesiastica hujus periodi rectius judicetur, paucis absolvam. Tempore exaratae 1. epist. ad Cor. primum divulgari coepisse, nec nisi inter Corinthios a *nonnullis* tantum, ex eo manifestum est, quod 1 Cor. XV: 12. Apost. dicat, *quosdam inter ipsos dicere, nullam esse resurrectionem mortuorum.* Scripta vero cum sit Epist. paulo ante priora vincula, quae 4*to* Neronis inceperunt, adeoque in initiis ejus, uti supra suo loco observavi, natales suos haeresis censenda est habere circa finem periodi, cum paulo ante scriptam Epist. fuerit, ut probabile est, orta, adeoque statum Ecclesiae eousque parum turbasse. Sed sequente periodo videtur per Asiam magis propagata, et Ecclesiae plus nocuisse. Utique ibi degerunt haeresiarchae modo memorati, et haeresis tempore posterioris Epist. ad Tim., circa finem persecutionis Neronianae scriptae, in vinculis Pauli posterioribus, ut ex superioribus constat, traditur 2 Tim. II. instar *gangraenae proserpsisse.* Sed cum simul autores ac fautores ejus ad multiplicem inpietatem, et profanas, inanesque, disputationes, fuerint prolapsi, videntur quoque prostituti, et a communione Ecclesiae separati. De quo postea suo loco.

§. CCVII. *Secunda* haeresis, eodem fere tempore orta, et per sequentem periodum magis propagata, magni illud momenti dogma de libertate Christianismi, et vera ac Spirituali

rituali Regni Christi natura, obscuravit, vel subvertit, pertinuitque ad illam praxios partem, quae cultum Dei constituit. Ferebat, et urgebat, fidem in Christum cum legum ritualium observantia esse conjungendam, nec sine ea esse coram Deo justitiam ad vitam aeternam, aut solam officiorum moralium praestationem Deo placere, adeoque, non ex Judaeis tantum, sed et Gentibus, Christianos ad circumcisionem, et legum Mosaicarum observantiam, esse obligatos. Fundata videtur fuisse opinio in eo praecipue, quod lex illa fuerit a Deo solenniter data, nec solenniter abrogata, foedus Sinaiticum in aeternum dicatur erectum cum Israele, cui Gentes sint inserendae. Accessit, Christum ipsum, dum inter homines fuit versatus, legem observasse. Quo inter alia respexisse videtur Paulus 2 Cor. V: 16. ubi declarat, Christum, non tanquam *secundum carnem* viventem, tanquam legi subjectum, et ejus ministrum, Rom. XV: 8. et Gal. IV: 4. sed *mortuum* ac *resuscitatum*, ac coelo dicatum, adeoque spiritualem ac coelestem, aestimandum et imitandum esse, adeo ut in Christo nihil valeat nisi *nova creatura*, nulla circumcisio, nullum praeputium Gal. VI: 15. Erat vero hypothesis perniciosa, et Christianae fidei, ac oeconomiae gratiae, e diametro adversa, quae vim, virtutemque, unicae, et perfectissimae, Christi oblationis quoque destruebat, ac justitiam coram Deo legalem Rom. X: 5. stabiliebat. Quae ratio est, quare Paulus, praeclarus iste libertatis Christianae vindex, et regni purae gratiae stator acerrimus, ingente studio sese ei opposuerit, et noxia consequentia in clara collocaverit luce, per omnes fere Epistolas, in specie et expresse ad Gal. et Philipp., uti notum est.

§. CCVIII. Originem suam repetiit haeresis, ut de tempore, quo caput exseruit, agam, a contentione inter Christianos sectae Pharisaicae, ac Paulum et Barnabam Antiochiae; paulo ante conventum Hierosolymitanum, ann. 10*mo* Claudii, aer. v. 49*mo* habitum, relate ad Christianos gentiles,

 sed

ſed in ortu etiam ſuo repreſſa eſt per unanimem Apoſtolorum conſenſum, Act. XV. in favorem Gentium, ſed ita tamen, ut Chriſtianis ex Judaeis fuerit obſervantia legis conceſſa, Gentium quoque libertas aliquatenus reſtricta, quatenus iis injunctum eſt, ut ſibi ab illis rebus caveant, quae familiarius cum Gentilibus idololatris commercium indicabant, cum, ne ad idololatriam, ac ſpurcitiem libidinoſam, cum ea in Templis conjunctam, abriperentur, tum, ne offenſioni eſſent Judaeis, legi nimium adhuc adfixis, et in ſynagogis eam continuo legentibus, ac obſervantibus in Templo. Huc enim tendere, et hinc exponendum eſſe, cenſuerim, quod Act. XV: 20 et 21. traditur. Metum idololatriae et ſcortationis rationem fuiſſe interdicti cibi Idolis conſecrati, ac ſanguinis, (de *ſuffocato* dubito, cum Cod. nonnulli non habeant, nec Veteres aliqui, qui per *ſanguinem* intelligunt *homicidium*, uti Tert., Cyprian., Pacianus, alii, unde etiam ortum eſt, quod tria crimina fuerint *mortalia* habita, *idololatriae*, *homicidii*, *et fornicationis*) ex eo videtur colligi poſſe, quod ἀλισγήματα *contaminationes* idolorum adpellentur cibi idolis dicati, quodque πορνεία libidinoſa conjunctio cum mulieribus expreſſe fuerit memorata: cujus mihi alia non patet ratio, ac quod ad eam facile abripi potuerint Chriſtiani, cum gentilibus in fanis accumbentes: fuit enim paſſim cum idolorum cultu connexa, uti notum eſt. Quod vero de Chriſtianis Judaeis dixi, illud ex verſ. 21. confirmatur, cujus ſcopus, et nexus cum praecedenti, minus perſpectus, ut adpareat, vel addendum eſt, quod Mſſ. aliqui ſuperiori interdicto ſubjungunt, *quae ſibi ipſis fieri nolint, aliis ne faciant*, vel ſimile quid ſubintelligendum, ut ſenſus ſit, gentiles, jugum legis ſibi inponi nolentes, Judaeis libertatem legis obſervandae adimere quoque non debere, aut eos propterea ſpernere, maxime cum Moſes, in Synagogis legi ab antiquo ſolitus, tam cito, reſpectu legis quoque ritualis, ſeponi nequeat.

§. CCIX. Hoc conſilium, vel decretum, Apoſtolicum, licet

licet salutare, tempori adcommodatum, et schismati Christianorum, ex Gentibus et Judaeis, praeveniendo aptum, contentionibus quidem in initio posuit obicem, sed perfectam Gentilium et Judaeorum unionem in unam societatem non produxit, vitio et culpa utriusque forte partis, cum Gentiles eo abusi subinde fuerint, et Judaei in suspicionem venerint, Christianos gentiles ab omni idololatria nondum plene fuisse purgatos, simul totius legis Mos. abrogationem, etiam respectu Judaeorum, intendere ac moliri. Utique ex Gentilibus nonnulli, ut aliquo specimine dicta confirmem, in primis Philosophi, seu scientia majore inflati, inter Corinthios, *idolum* esse nihili, nulliusque valoris ad cibum polluendum, statuentes, nullumque sibi esse metuendum periculum ad idololatriam aut scortationem prolabendi, sibi, non obstante hoc Apostolorum interdicto, licitum esse putarunt in ipso *fano idoli* accumbere, et quemvis cibum, etiam idolo consecratum, sumere: quod Apostolus 1 Cor. VIII et X. reprehendit, non tanquam per se illicitum, de quo tacet, sed *charitati* erga infirmum fratrem contrarium, et offensionem dare aptum. Christiani vero ex Judaeis, quotquot *legis studiosi* erant, *zelotae legis* dicti Act. XXI., illud in fratribus gentilibus non tantum aegre ferebant, sed et in suspicionem venerunt, eos legem Mosis penitus velle abolitam, etiam Judaeorum respectu: uti Act. XXI: 21. diserte traditur. Quorum aliqui, zelo suo in alterum extremum abrepti, ut legis autoritatem stabilirent, ac extollerent, non contenti, gentiles decretum Apostolicum observare, eos ad totius legis Mosis observantiam esse obligatos urgere coeperunt, et se ipsos fortius legi adstrinxerunt, tanquam cujus observantia sit ad justitiam coram Deo, et vitam aeternam, necessaria: unde tunc nata fuit haec haeresis, quae tempore scriptae Epist. Pauli ad Galat., in initiis Neronis, ut supra vidimus, videtur in nervos erupisse, et in principio haud leves concitasse turbas; ut ex illa patet Epist. Continuata, et magis disseminata, est

sequente periodo, ortis Nazaraeis ac Ebionitis: de quibus postea.

§. CCX. *Tertiae* haereseos, quae pietati ac virtuti, praetextu libertatis Christianae, nervos incidit, tractatione ad sequentem periodum dilata, cum ad eam verius, quam ad Apostolicam, pertineat, ad *schisma* illud notabile Ecclesiae Corinthiacae paucis illustrandum pergo. Quo fini ante omnia observandum est, verba Pauli 1 Cor. I: 11, 12. quibus dicit, inter Corinthios *alium* dicere, *ego sum Pauli*, *alium sum Cephae*, *alium sum Apollonis*, *alium sum Christi*, non inproprie, et exempli instar, esse capienda, adeo ut illis sub nominibus fictis ipsi perstringantur doctores Corinthiacae Ecclesiae, tanquam a quibus fuerint denominati, quae vulgata est hypothesis, sed proprie, ita ut ipsi illi, hic nominati, Paulus, Apollo, et Petrus, capita factionis fuerint constituti, et ex illis occasionem ceperint doctores factiones formandi. Quam posteriorem sententiam, post Ligtfotum, pluribus adstruxit C. Vitringa Obs. S. l. III. Nulla utique ratio dari potest, quare Apostolus Apostolos illos et Christum expresse nominasset, si eorum nulla fuisset in factionibus formandis habita ratio; multo minus, quare tam distincte et fuse diversam suam et Apollonis docendi methodum enarraverit, ac defenderit. Nullum etiam ficti sensus illorum nominum sese offert indicium. Dicit quidem c. IV: 6. se dicta de se et Apollone considerari velle, tanquam *figura quadam* translata ad se et ipsum, ut suo exemplo discant doctores se non efferre supra et contra alios sibi aequales; sed non significat, doctores illos nomina Apostolorum non praetexuisse; imo e contra, eos id fecisse, cum inde ansam ceperit Paulus, de se et Apollone illud tradendi: nec etiam ad omnia superiora, sed ad proxime praecedentia, ubi se et Apollonem pro ministris tantum Christi, et dispensatoribus mysteriorum Dei, esse habendos declaravit, et officium suum descripsit, referri possit.

§. CCXI. Hac jacta hypothesi, schismatis intellectus sese facile

facile offeret. Videntur primo in duas divisi factiones Corinthii, ob ritualis legis Mos. observantiam, dum alii plenissimam vellent hac parte libertatem, alii perfectam ejus observantiam. Quorum priores sese a Paulo et Apollone, posteriores a Petro denominarunt. Quo Apostolus respicere videtur cap. VIII, IX, X. Paulus enim et Apollo acerrimi erant libertatis Christianae, et doctrinae de justificatione ex pura gratia, sine operibus legis, adsertores, tanquam Gentium etiam Apostoli, Petrus, Judaeorum Apostolus, visus fuit illis a legis observantia minus alienus; et Judaeis magis favere, zelotis legis; qui etiam sese talem aliquatenus praestiterat aliquando Antiochiae, propterea a Paulo reprehensus, Gal. II: 11.— Posteriores deinde aliqui, Philosophiae Gnosticae, ut videtur, amantiores, funestius cuderunt schisma, circa diversam agendi methodum, qua Paulus et Apollo usi erant. Paulus, fundamenta Christianismi jacturus, prima et fundamentalia ejus dogmata hac una veritate, Jesum esse *Christum*, *pro nobis crucifixum*, summatim comprehensa, docuerat, idque stilo simplici, sine flosculis, aut oratoria eloquentia, ac Philosophica demonstratione, cum, quia lac debebat recenter conversis praebere, non cibum solidum, tum fundamentum jaciebat, ac testis et praeco salutis fuerat, tum denique vim veritatis, et semen regenerationis, plantaverat in ipsis. Sed Apollos, vir eloquens ac disertus, Philosophiae gnarus, huic fundamento superstructurus, sublimiora dogmata protulerat, et methodo magis oratoria usus erat: cujus specimen exstat in Epistola ad Hebraeos, ipsi, ut puto, adscribenda. Unde est, quod Paulus simplicioribus, Apollos Philosophis, et scientia inflatis, magis placuerit. Sed qui inter Corinthios fuerunt, qui se de *Christo* tantum denominarunt, quorum unusquisque dixit *ego sum Christi?* 1 Cor. I: 12. charitatis, respondeo, seu *veritatis* in charitate, studiosi ac sectatores, et ab omni factione alieni, non hujus aut illius doctoris discipuli, sed solius Christi; hominum, tanquam autorum et domino-

dominorum fidei, nominibus vitatis: ita ut ultimi membri, *ego sum Christi*, sensus sit; cum unusquisque fidelium debeat dicere *ego sum Christi*, nunc, dum alii nomina Apostolorum usurpent, *Sectam* et illi constituere visi sunt, qui se *Christi* dixerunt; sed illi sese Christiano nomine dignos praestiterunt, ab omni secta abhorrentes: quales omnes esse debent. Cui opinioni nostrae robur addit, quod cap. III: 21. admoneat Apost. Corinthios, *ut nemo glorietur in hominibus*, scilicet tanquam autoribus et dominis fidei, sicut factiosi illi faciebant, solis illis, qui *Christum* nominabant, exceptis, quodque mox subjungat *sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas — — — vestri sunt; vos vero Christi* etc. Quo manifeste ad factiosos respicit, in hominibus gloriantes, et illos laudat, ac ab aliis distinguit, qui se Christi dicebant.

PROPAGATIO ECCLESIAE.

§. CCXII. Alterum, quod ad statum Ecclesiae Apostolicae *accidentalem* pertinet, ex collatione ejus ad mundum infidelem oritur, ejusque per orbem *propagationem*, ac *pacem* politicam, complectitur. Propagatio cum hac periodo fuerit stupenda, quippe per orbem Romanum, et vicinas regiones, quaquaversum facta, accurate est, et distincte, secundum temporum seriem, enarranda, per periodos aliquas. 1. Quarum *prima* est Ecclesiae in Apostolis fundatae Hierosolymae, unde Lex euangelica exiret, et mater omnium sequentium stabiliretur, inde Tsionea dicta, Jes. II. et alibi, et brevi ibi multiplicatae. Solennis illa inauguratio facta est ann. aer. V. 33. Tiberii 20*mo*, 10. diebus post adscensionem Christi, festo Pentecostes, Spiritu S. in donis extraordinariis linguarum et prophetiae, externis aptisque symbolis *soni*, instar flatus vehementioris, et linguarum ignearum, super Apostolis residentium, in eos effuso, Act. II. Quo facto, Ecclesia mirabili modo brevissimo tempore aucta

ucta est. Eodem enim inaugurationis die tria hominum millia Christo nomen dederunt, ib. 41. quibus alii sese indies adjunxerunt, ib. 47. Secunda dein Petri oratio quinque hominum millia Christo est lucrata, Act. IV: 4. ingens mox virorum et mulierum copia adsociata est Ecclesiae, ib. V: 14. ita ut tanta jam fuerit fidelium copia, ut metum proceribus Judaeorum incusserit, ib. V: 26. numero adhuc continuo crescente, sive Hebraeorum, Judaeorum origine, sive Hellenistarum, Graecorum quidem origine, sed religione proselytorum Judaeorum ib. VI: 1. ita ut copia Credentium jam fuerit maxima Hierosolymis, per ipsos etiam sacerdotes aucta c. VI: 7. Quae omnia intra *quatuor* annorum spatium, initio a Christi adscensione sumto, peracta sunt. Stephani enim martyrium, et Pauli conversio, incidit, ut in vita Pauli vidimus, in ann. Caji 1*mum*, aer. V. 37*mum*.

§. CCXIII. *Secunda* periodus est Ecclesiae per Palaestinam, et vicinas regiones, Syriae forte et Arabiae, propagatae, seseque a persecutione, sic dicta, Stephanica usque ad secundum Pauli iter Hierosolymam, cum collectis eleemosynis, seu a Caji 1*mo* aer. Vulg. 37, ad Claudii 3*tium* aer. V. 43 porrigit, adeoque annorum *sex*. Cum de epocha conversionis Pauli, unde incipit periodus, et secundi ejus itineris Hierosol., ubi desinit, supra in vita Pauli disseruerim, sex annorum gesta, relate ad Ecclesiae multiplicationem, hic enarrasse suffecerit. Stephano lapidato, cum vehemens Ecclesiam Hierosolymitanam invaderet persecutio, discipuli, per Judaeam et Samariam dispersi, manentibus Apostolis Hierosolymae, euangelium per omnes illas circumtulerunt regiones, ita ut ipsa Samaria, Philippo Euangelista, uno septem illorum Act. VI. memoratorum, euangelium adnunciante, multos Christo dederit credentes Act. VIII: 5. Philippus dein peragravit urbes maritimas, ac Caesaream pervenit, ib. 40., tantosque progressus fecit euangelium, ut Judaea, Samaria, et Galilaea repletae fuerint

Ecclesiis Christi, c. IX: 31. Ipsa quoque Damascus euangelium recepit, maxime cum Paulus, recens conversus, ei operam dedit; nec non Antiochia, celeberrima Syriae urbs. Pervenerant enim discipuli dispersi usque ad Phoeniciam, Cyprum, et Antiochiam, sed solis adhuc Judaeis euangelium adnunciantes; quando nonnulli Cyprii et Cyrenaei illud quoque cum Hellenistis communicarunt, seu proselytis Gentilibus, Antiochiae, qui illud avide admiserunt. Quo audito, Barnabas, ab Apostolis eo missus, adcuratius viam Domini ipsis explicuit, et, Paulo sibi adsociato, magnam hominum copiam convertit, Act. XI. ita ut *sermo Dei creverit* c. XII: 24. Petrus quoque, omnia loca percurrens, euangelium per vicinos Philistaeorum tractus, Lyddam, Joppen, et regionem Saronam, propagavit Act. IX. Nec inprobabile est, euangelium inter Arabes, seu Moabitarum ac Ammonitarum reliquias, radices egisse, cum Paulus ibi versatus fuerit, Gal. I. licet de eo sileat historia. In ipsam Mesopotamiam illud penetrasse, et inter Edessenos propagatum, ex eo colligi potest, quod in historia Abgari, reguli Edessenorum, tradatur, ad eum venisse unum e 70 discipulis Christi, eumque sanasse. Fabulosa quidem est historia commercii litterarum Christi et Abgari, uti in vita Christi demonstravi, sed, Discipulum aliquem eo venisse, et inde ansam fuisse reliqua fingendi sumtam, non est inprobabile.

§. CCXIV. Praeter illa, quae memoravi, *tria* sunt alia, in hanc periodum incidentia, quae peculiarem merentur animadversionem, sed verbo tantum adtingenda. Primum est, quod Simon aliquis Samaritanus, artibus suis magicis, quibus celeberrimam nactus erat famam, ita ut pro *magna Dei potentia*, seu viro ea praedito, fuerit habitus, renunciaverit: illustria, quae Philippus euangelista, ab Apostolo ejus nominis probe distinguendus, ut ex eo facile patet, quod Apostoli dein fuerint Samariam missi ad Spiritum S., cum baptizatis communicandum, Act. VIII. 14., ibi patrabat,

bat, ad animum revocans miracula, et baptismo fuerit a Philippo Ecclesiae insertus, ad nudam fidei professionem; sine ulteriore animi examine, licet *cor* ejus non fuerit integrum, uti Petrus ibid. 21. declaravit. Cujus perversi animi mox signum dedit, quum a Petro potestatem Spiritum S. per inpositionem manuum dandi pecunia voluit emere; unde postea, licet perverse, seu ex falsa hypothesi de Spiritu cum munere Ecclesiastico connexo, haeresis adpellata est *Simoniaca*, quae munia Ecclesiastica statuit nummis acquirenda esse. De quo postea suo loco. Qua occasione Petrus, Spiritu S. illuminatus, ipsi praedixit, in quantam incideret inprobitatem, et miseriam, nisi resipiscat, v. 23. his verbis: *video enim te in fel amarissimum, et nexum injustitiae* totum inmergendum esse: uti intelligenda sunt. Non enim exponit, quis qualisve sit Simon, sed qualem futurum esse praevidit Petrus, nisi resipisceret, uti ex vers. sequente 24 manifestum est. Plura de Simone postea, ubi de Simonianis, dicam.

§. CCXV. *Secundum* in Eunuchi AEthiopis, dynastae Candaces, reginae AEthiopum, instructione, conversione, ac baptismo, per eundem Philippum in via, quae Hierosolyma descendit Gazam, situm est Act. VIII: 26. Quae historia haud uno nomine memorabilis est, sed hic non illustranda. Tantum obiter observari velim singularem Dei directionem, quae hic elucescit, ejusque rationem. Directionis Dei signa, quae facile in oculos incurrunt, sese offerunt in eo, quod Philippus fuerit per Angelum admonitus, ut viam, Hierosolyma Gazam tendentem, peteret, per Spiritum dein excitatus, ut se ipsi, in curru sedenti, adjungeret, legentem offenderit singularem Jes. LIII. locum, de Christi passione agentem, ejusque occasione in commercium sermonis de ejus sensu venerit, et Christum ipsi adnunciaverit, eo cum successu, ut fidem professus, et baptizatus fuerit, laetusque in patriam profectus, Philippo oculis subito erepto. Singularem hanc eunuchi conversionem qui ad animum re-

 vocaverit,

vocaverit, in eam non poterit non incidere cogitationem; hunc virum ad praeclara opera in commodum Ecclesiae fuisse destinatum; adeoque a probabili non esse alienum, quod antiqua habet traditio, ab Irenaeo adv. haeres. l. III et IV. jam memorata, et adoptata, eum euangelium in patria, et vicinis locis, cum fructu adnunciasse; licet deinceps, ut fieri adsolet, variis fabulis, quas mitto, ea fuerit ornata. Ceterum hunc virum non quidem Judaeum, quippe AEthiopem, attamen proselytum fuisse, et Judaicam professum religionem, ex adscensu ejus Hierosolymam, ut Deum ibi coleret festo aliquo solenni, et lectione Script. S. in ipso curru, Act. VIII: 27.— manifestum est. Ex quo elucescit, proselytis et eunuchis, aeque ac Judaeis, viam ad communionem Dei in Christo sub Euangelio patere; secundum Jes. LVI. Illam autem AEthiopae partem, quae AEgypto proxime subjacet, et insula Meroe continetur, intelligi, dudum est observatum. Vid. Ludolfus Hist. AEth. l. II. c. 4. nomen quoque *Candaces* fuit regionis istius loci, jam a tempore Alexandri M., proprium: Vid. Fabricius ad Dion. Cass. l. LIV. ne alios citem.

§. CCXVI. Sicut hic Eunuchus pro primitiis credentium, non ex Gentibus, uti Nicephorus H. E. l. II. c. 6. autumat, sed proselytis illustrioribus, aliquatenus haberi potest, ita, quod *tertium* est hujus periodi phaenomenon, Cornelii conversio, itidem prorsus singularis, solennem Dei declarationem de gentibus, una cum Judaeis, eandem plane in regno Christi nacturis sortem, luculenter exhibet. Narratur haec historia Act. X., nemini non ex lectione Script. nota, vel facile haurienda. Quare uno alterove defungar observato. Cornelium Centurionem cohortis, e legione dicta Italica, cujus apud Arrianum frequens est mentio, fuisse gentilem quidem, et non proselytum, quod ante omnia notari velim, ex omnibus narrationis partibus clarius est, quam ut demonstrare necesse sit: attamen, licet nihil cum rituali lege Mosaica commune habuerit, notitia

veri

veri Dei, et cultus ejus rationalis, probe instructum ac ejus studiosum fuisse, aeque constat ex v. 35., eoque nomine Judaicae gentis amantiorem, ac ab ea aestimatum fuisse, vel ex v. 22. patet, cum *testimonium* ab universa gente Judaica habuisse ibi indicetur. Praeterea in hujus viri conversione ad Christum, ejusque modo mirabili, haud unum sese offerre indicium, notari meretur, ex quo palam constat, gentes aeque ac Judaeos ad regnum Christi pertinere, et ad eandem communionem bonorum ac donorum gratiae cum Judaeis, sine lege rituali, admittendas esse, secundum expressam Dei voluntatem. In specie huc pertinet visum Petri, quo pura et inpura animalia vidit conjuncta, et sibi in cibum oblata, simul inpura jam esse a Deo sancta declarata audivit; nec non Spiritus S. extraordinaria in Cornelium, ac socios gentiles, effusio ante baptismum, haud absimilis ei, quae Apostolis in principio contigerat, manifesto indicio, gentilem Ecclesiam aeque in Cornelio et amicis fuisse quasi inauguratam, ac Judaicam antea in Apostolis. De quo clare constat ex Petri verbis c. X: 47. et XII: 15. quorum sensus, quod supra jam observavi, huc redit: sicut nobis Apostolis, Judaeis, Spiritus S. miraculose e coelo, sine hominis interventu, fuit in principio communicatus, ut Ecclesia Judaica initiaretur, ita nunc idem factum est, sine manuum alicujus Apostoli inpositione, ut Gentilis inauguraretur Ecclesia, adeo ut utraque sit *unum corpus*, unusque *Spiritus*, Ephes. IV. Quod mysterium, ipsis Apostolis hucusque occultum et ignotum, singulari hoc phaenomeno nunc in lucem fuit productum; ad quod deinceps etiam provocarunt Apostoli Act. XV., quum gentiles Christianos a legis observantia pronunciarunt liberos: uti ex Act. XV: 8, 9. coll. 28. elucescit. Denique, cum Petrus ex Apostolis fuerit selectus ad hoc negotium, inplementum promissi, ipsi a Christo facti Matt. XVI: 19., in eo fuit conspicuum. Sicut enim fundamentum Ecclesiae Judaicae jecerat festo Pentecostes Act. II., ita nunc Gentilis fecit.

§. CCXVII. *Tertia* periodus, ut in historia propagationis euangelii pergam, quae ad conventum Hierosolymitanum, Act. XV. ann. 14 a Pauli conversione habitum, ann. Claudii 10, vel 11*mo* aer. V. 50 vel 51, sese porrigit, adeoque *octo* continet annos, vel *septem*, post secundam profectionem Hierosolymas cum collectis, uti ex Chronologia Pauli, supra tradita, patet, propagationem Ecclesiae comprehendit, in primis per Asiam minorem; quantum ex itineribus Pauli et Actis Apost. liquet. Persecutione Herodiana, c. XII. memorata, qua ipsa durante *crevit* Ecclesia cap. XII: 24., finita, Paulus et Barnabas, adsumto Johanne Marco, Hierosolyma, ubi *ministerium*, scilicet in eleemosynis deferendis, (hunc enim sensum adfert vox *διακονία*) expleverant c. XII: 25. relicta, cum Antiochiam reversi erant, a Spiritu S. electi, et per prophetas, ibi degentes, cum manuum inpositione dimissi, tetenderunt Seleuciam, scilicet Syriae in Pieria, indeque transfretarunt in Cyprum, ubi, postquam inter Salaminios euangelium, in synagogis Judaeorum, incertum quo successu, adnunciassent, insula peragrata adpulerunt Paphum, celebrem urbem, ubi Proconsul Romanus Sergius Paulus residebat, et Venus, inde Paphia dicta, praecipue colebatur. Hic a Sergio Paulo, viro sapiente et prudente, arcessiti persuaserunt ipsi fidem in Christum, in primis, postquam Elymam Magum, qui acriter resistebat, a Paulo coecitate percussum vidisset, Act. XIII. Dicitur enim v. 12. credidisse, *obstupefactus super doctrina* Domini, scilicet, quam tanta vis comitabatur. Ceterum, licet Cyprus, teste Strabone, fuerit Praetoriana provincia, in eam tamen mitti potuit Praeses, cum Proconsulari potestate, uti Norisius observavit, Cenot. Pis. l. X. sed rediit quoque Cyprus, concedente Augusto, ad jus populi, et Proconsuli paruit, de quo vid. Cl. Wesseling, ad Hierocl. Synecdem. Ne autem quis in eo haereat, quod Elymas per Magum explicetur, notari velim, vocem עלימא apud Arab. superesse, et Magum denotare: singulare denique est,

est, Paulum Apostolum ab hoc tempore solo nomine *Pauli* fuisse insignitum, in monumentum illustris hujus viri conversionis; uti v. 9. haud obscure innuitur, ubi legitur *Saulus, qui etiam Paulus* etc. scilicet cognominis Sergii Pauli.

§. CCXVIII. Dein per Pamphiliae urbem Pergam transeuntes, ubi Joh. Marcus sese ab iis, aegre ferente Paulo, Act. XV: 38. separavit, incertum qua de causa, venerunt Antiochiam Pisidiae, et synagogam intrantes sese in *sede doctorum* collocarunt ipsi, (qua emphasi hic donandum est verbum καθίσαι, alias *sederunt* simpliciter) uti ex eo liquet, quod ab ipsis fuerit petitus *Sermo ad populum* v. 15. Qua occasione Paulus efficacem pronunciavit et elegantem concionem, quae ibid. recensetur, tanta cum convictione, ut gentiles, scilicet religioni Judaicae addicti, ibi praesentes, verba sibi proximo sabbato repeti petierint: quo facto, longe majore nunc hominum copia praesente, Judaeis ringentibus, ingens gentilium facta est conversio, et sermo Dei per totam illam regionem personuit. Deinde, seditione, a Judaeis concitata, inde ejecti, Iconium venerunt, ubi magnam Judaeorum et Gentium multitudinem Christo lucrati sunt, Act. XIV: 1. Quo ipso tempore videtur Thecla suscepisse fidem, si quid veri contineat historia Theclae, in *Actis Pauli* et *Theclae*. Ipsum librum esse Paulo falso adscriptum, Tertullianus de *Baptismo* jam notavit, nec in dubium vocari potest. Sed circa historiae veritatem dissentiunt Docti, nec desunt, uti ipse Grabius in *Spicil. Patr.* sec. I., qui eam admittunt. Sed, cum Lucas in *Actis* ejus non meminerit, multaque a veritate aliena, et superstitiosa, in ea occurrant; vel tota fabulosa, vel fabulis vestita, sit oportet, ita tamen, ut, aliquam nobilem virginem fuisse conversam, verum esse possit, unde occasio fuit nata exornandi hanc historiolam. Vid. etiam Beausobrius de hisce *actis* in Hist. Manich. tom. I. Iconio expulsi, dum Gentes, a Judaeis concitatae, una cum Judaeorum proceribus, in eos insurgerent, Lystram et Derben, Lycao-

niae civitates, sese contulerunt, multisque fidem persuaserunt, Act. XIV. maxime postquam claudum a nativitate Paulus Lystris sanasset. Ad quod miraculum adeo obstupuerunt, ut Paulum et Barnabam, hunc pro Jove, illum, quia oratorem eloquentem se praestabat, pro Mercurio, habentes, colere sacrificiis instituerint, tauros et coronas (seu tauros coronatos) ante *portam*, domus scilicet ubi versabantur Apostoli (leg. enim v. 13. cum nonnullis Mss. ἐπὶ τοῦ πυλῶνος) ducentes; a qua vesania cum eos vix abstraxissent, docentes, se esse, respectu morborum et mortis, reliquis mortalibus pares (id enim ibi dicit vox ὁμοιοπαθεῖς) simul venisse, ut eos ab idolis ad Deum vivum, universi creatorem, et creaturarum curatorem, ac benefactorem, multis indiciis inter homines, etiam Gentiles, comprobatum, revocarent; brevi post a Judaeis Antiochiae Pisidiae, et Iconii, qui eo venerant, incitati, lapidibus Paulum petierunt, et urbe extraxerunt tanquam mortuum. Sed subito restitutus rediit in urbem, et sequente die inde cum Barnaba tetendit Derben, ubi multos fecit discipulos Christi. Quibus accensenda est Timothei mater Eunice, et avia Loïs, a quibus Timotheus in fide fuit educatus Act. XVI. 2 Tim. I et III. Denique, itinere ulterius hac vice non porrecto, repetierunt Lystram, Iconium, et Antiochiam, credentes confirmantes, simul presbyteros ubique constituentes. Quando per Pisidiam, Pamphyliam, et Attaliam redierunt Antiochiam Syriae, unde *exierant* ad euangelium adnunciandum inter Gentes, Act. XIV. Loco ἦσαν *erant* ibid. v. 26. leg. cum Hemsterh. ᾔεσαν *iverant*, et cum εἰς τὸ ἔργ. *ad opus* construendum est.

§. CCXIX. Quid alii Apostoli hac periodo peregerint, non constat, cum Lucas in Actis de illis sileat. Traditio vero Ecclesiastica, quam ex Apollonio, sec. II. scriptore, memorat Eusebius H. E. l. V. et ex Petri praedicatione, libro spurio, Clemens Alex. Strom. l. VI: 5. habet, Apostolos, ex praecepto Christi, mansisse *duodecim* annos Hiero-

solymae,

solymae, dein inde excessisse, ut Euangelium per orbem ferrerent. Cui si quid tribuendum sit, hac ipsa periodo exiissent ann. 5to Claudii, AEr. V. 45. simul post 5. annos rediissent Hierosolymam, cum synodo Hierosolymitanae interfuerint Act. XV. habitae ann. 10mo Claudii: sed, praeterquam quod traditio solido careat fundamento, fabulosum aliquid habet adnexum de terris, in solenni orbis divisione, singulis Apostolis sorte datis, uti ex Origene refert Eus. H. E. III: 1. Quod ipsum relationis Apostolorum ad Ecclesias, non hujus aut illius loci, sed omnium locorum, repugnat. Attamen Alexandrinis hoc intervallo euangelium, cum insigni successu, fuisse per Marcum Euangelistam, Petri comitem, adnunciatum, cum constans Vet. habeat traditio, ei contradicere nolim. De quo supra in vita Marci jam monui. Petrum vero ann. 2do Claudii Romam venisse; et ibi 24 ann. egisse Episcopum, uti traditio apud Eus. H. E. lib. II. praefert, falsum esse, supra in vita Petri, jam demonstratum est.

§. CCXX. *Quarta* periodus, quae a tempore concilii Hierosolymitani sese ad priora Pauli vincula, seu ann. 4tum Neronis, aer. Vulg. 58, ut ex supra dictis de Paulo patet, porrigit, estque annorum *sex*, vel *septem*, propagationem Ecclesiae complectitur per reliquas non tantum Asiae partes, sed inprimis per Graeciam, et alias Europae regiones; adeo ut Paulus in cursu suo jam Illyricum usque venerit, Rom. XV: 19. Synodo illa finita, Paulus, a Barnaba propter Joh. Marcum, quem comitem nolebat Paulus, quia sese antea subduxerat, sed volebat Barnabas, Act. XV. separatus, adsumto Sila, viro egregio, ab Apostolis una cum Paulo et Barnaba Antiochiam cum decreto synodi Apostolicae ablegato, Act. XV: 22. qui una cum Timotheo Paulo adfuit Ecclesiam plantanti inter Corinthios 2 Cor. I: 19. et cujus nomen Paulus cum suo junxit in inscriptione Epist. ad Thessalon., ubi Sylvanus adpellatur, quod idem nomen est ac Syla; eo, inquam, adsumto Syriam, et Ciliciam transiens,

fiens, fratrefque confirmans Act. XV: 41. rediit Derben et Lyftram, ubi comitem fibi adjunxit Timotheum, de quo fupra, ubi de Euangeliftis, egi, Act. XVI. Unde profecti, et urbes tranfeuntes, fidelefque de decreto Apoftolico certiores facientes, quorum numerus indies crefcebat, Phrygiam, fcilicet majorem, et Galatiam petierunt, a Spiritu S. quippe inpediti euangelium in *Afia* promulgare, Act. XVI: 6. Quod ut recte capiatur, notari velim, Afiam Lydianam et Proconfularem intelligi, de quo vid. Ufferius in peculiari tractatu de ea, et Ez. Spanhemius Num. Diff. IX, totamque hanc rem hac ratione effe digerendam. Cum Derbae effent, et Afiam Lydianam, in qua Ephefus erat, et aliae civitates in Apocal. memoratae, adire vellent, intercesfit Spiritus S., non quod euangelium ibi nollet adnunciari, fed a Paulo tunc fieri vetaret, quippe quem alio deftinaverat: quare ad Septentrionalia Afiae Minoris iter flexerunt, veneruntque in Phrygiam majorem, Galatiam, et Myfiam, fcilicet Olympenam, Bithyniae proximam; quam petere cum prohiberentur ab eodem Spiritu, tetenderunt per Myfiam, fcilicet Hellefpontiadam, Troada, Act. XVI: 7, 8. Sed ibi in fomnio per Macedonem aliquem Paulus oratus, ut in Macedoniam cum euangelio fefe conferret, ipfeque, rebus inter fe collatis, ac comparatis, quod v. 10. eft συμβιβάζειν, divinitus fe vocari inde collegiffet, per Samothracen et Neapolin, Lucam quoque comitem nactus, (utitur enim Lucas in Actis ab eo tempore prima perfona) venit Philippos, primariam ejus tractus Macedoniae urbem, fimul coloniam Romanam. De quo vid. Ez. Spanhemius Num. Diff. II. Hic cum verfarentur, et in Synagoga, extra urbem ad fluvium, pro more, fita, docerent, inter alios memoratur mulier, Lydia nomine, fed Thiatyrae oriunda et habitans, purpurae vendendae negotiationem exercens, converfa, quae ad dicta Pauli adtendens gratiam confecuta eft, qua veritatem eorum percepit, et admifit; fed cum foeminam fatidicam, quae nefaria fua arte dominis

fuis

suis lucrum adferebat, continuo clamantem, viros illos esse a Deo missos ad viam salutis adnunciandam, verbo ad silentium redegisset, Spiritum, ipsam inpellentem, ejiciendo, quia ejus testimonium recusabat, domini ejus, per lucri jacturam incitati, Paulum et Silam coram judicibus palam accusarunt, tanquam civitatis turbatores, et rituum religionis, Romanis illicitorum, introductores. Coloniae quippe Romanae retinere solebant Deos et sacra Romanorum, uti contra Sigonium jam demonstravit Norisius Cenot. Pis. Diss. I. qui etiam observavit στρατηγους, quorum hic fit mentio, fuisse *Duumviros*, summum in coloniis, quarum una erat haec urbs, et municipiis, Magistratum, qui etiam *lictores*, hic dictos ῥαβδουχους, vers. 35. habuerunt. Quare mox, vestibus, pro more etiam Gentilium, laceratis, virgis caesi, et in carcerem conjecti sunt, ut vulgo, ad seditionem concitato, satisfieret; uti v. 22. expresse additur: quo metu sublato, sequente die liber exitus ipsis est concessus; quo cum Paulus uti nollet, publicam eductionem ab ipsis ducibus, ad injuriam sibi, quippe civi Romano, illatam publice reparandam, jure postulans, honorifice cum Sila ab ipsis eductus est, et ut urbe exiret rogatus. Quo multum contulit, quod, Paulo et Sila Deo laudes in carcere canentibus, terrae motu fuerint concussa fundamenta carceris, portae omnes apertae, et vincula incarceratorum soluta; absque ut aliquis tamen exierit. Quod ipsum occasionem praebuit conversioni Commentariensis, seu custodis carceris, a Paulo instructi, et cum tota domo baptizati. Jecit itaque hoc tempore Paulus fundamenta Ecclesiae celebris Philippens., ad quam dein scripsit, sub finem priorum vinculorum, Romae epistolam, quae superest in Canone: de quo supra exposui.

§. CCXXI. Deinde, per Amphipolin et Apolloniam, profecti sunt Thessalonicam, metropolin Macedoniae, magnam et populosam civitatem, Strab. l. VII., ubi ingens etiam erat Judaeorum copia. Adnunciavit ibi euangelium multo quidem

dem *cum certamine* 1 Thess. II: 2., sed ingente quoque successu, cum proselytorum Graecorum, et foeminarum primariarum, haud parvus numerus Christo nomen dederit. Tribus quoque Sabbatis cum Judaeis in synagoga disseruit ex Script. S., proferens loca et testimonia Vet. Test., quod est παρατιθέμενος Act. XVII: 3. et sensu eorum explicito, demonstrans Messiam debere *pati*, *et e mortuis resurgere*, eumque esse Jesum, quem ipse adnunciabat: hic enim sensus est verborum, *quod ipse est iste Christus Jesus* h. e. Jesus est iste Christus. Quo irritati Judaei ingentem concitarunt tumultum, et, cum Paulum et Silam in domo Jasonis, qui eos receperat, non invenirent, ipsum illum hospitem cum nonnullis fidelibus ad Magistratum adduxerunt, tanquam criminis reum, quod hospitium praeberet viris, orbem conturbantibus, et contra Caesarem rebellantibus, quod, *alium esse regem*, scilicet Jesum, dicerent. Sed Rectores civitatis a Jasone rectius instructi, et *satisfactione*, seu cautione de Paulo comparituro, si requiratur, accepta (hunc enim sensum adfert phrasis τὸ ἱκανὸν *accipere*, qua significatur Jasonem *satisdedisse* judicio sistendum Paulum, si necesse esset) dimiserunt eos; quando Paulus et Silas, quibus addendus, ut nonnulli putant, est Timotheus, ut ex v. 14. liquet, a fratribus non *deducti*, sed *emissi*, quod est ἐκπέμπειν, cum *deducere* et comitari mox v. 15. ἀγαγεῖν adpelletur, venerunt Boeream, Act. XVII: 1—10. Ceterum ad hanc Ecclesiam Thessalonic. duas scripsit Paulus Epistolas, omnium primas quas habemus, quibus Ecclesiam illam valde laudat; scriptae sunt, ut supra suo loco notavi, Corinthi ann. Claudii 12*mo*, aer Vulg. 52.

§. CCXXII. Invenerunt autem Beroeenses nobiliore indole, et veritatem recte inquirendi studio, praeditos prae Thessalonicensibus (εὐγένεια enim est vox technica apud Platonicos, et ab Hegesippo, in *definitionibus*, exponitur per τὴν πρὸς λόγους εὐαγωγίαν,) scilicet Judaeis, quatenus cum Script. S., Mose et Prophetis, dicta Pauli comparaverint, ut verand

rane an falsa sint? dijudicarent, et eo fundamento lubenter adsumserint. Quare multis et foeminis nobilioribus et viris fides fuit persuasa, Act. XVII: 11.— Quo audito, cum Judaei Thessalonica eo, ad tumultum concitandum, venissent, fratres emiserunt Paulum, profecturum quasi in Thessaliam (pro ἐπὶ θάλασσαν *ad mare* enim cum Markland. ad Lys. omnino leg. ἐπὶ Θεσσαλίαν *in Thessaliam*, quod confirmat scholion ad versum praeced. Cod. Cantabrig. Bezae) manentibus Beroeae Sila et Timotheo. Deductus dein est a fratribus Athenas, absque ut legatur in Thessalia, aut Attica, evangelium adnunciasse, forte, ut scholion modo memoratum habet, a Spiritu inpeditus. Athenis cum moras traheret, et Silam ac Timotheum ad se venturos, ut jusserat, exspectaret, zelo accensus, quod tam celebrem urbem, eruditionis sedem, videret κατείδωλον, totam idololatriae deditam et immersam, ac refertam idolis, disseruit de recta fide in Deum, et via salutis per Christum, cum Judaeis et proselytis in synagoga, seu academia aut schola, et cum obviis quibusque aliis in *foro*, sicut ab Arcesilao quoque factum fuisse tradit AElianus V. H. XIV: 26. Nova vero Pauli doctrina perculsi Epicuraei et Stoici, putantes, eum nova adnunciare *daemonia*, quia *Jesum* et *resurrectionem* docebat, sive *resurrectionem* pro Deo sumserint, uti Chrysost. jam notavit, sive vocem *Daemonium* latius de opere divino intellexerint, eum adprehensum deduxerunt in publicum locum, a Marte dictum Areopagum, ubi Senatus Atheniensis congregari, et quo populus confluere solebat, sive tanquam reum, acsi contra leges Reip., novos Deos introducendo, peccasset, sive, ut nova ejus religio examinaretur, et, si pote, adprobaretur, cum sine hujus consessus permissione nova non poterat publice adoptari. Qua occasione Paulus elegantem, et in rem adcommodatum, habuit sermonem, quo Deum, quem Athenienses nomine et titulo *ignoti* colebant, (quod ex ara, adscripta *Deo ignoto*, vel in sing. vel plur., qualis ibi vere fuit, ut a Doctis abunde est de-

monstratum, se collegisse, ad commodam faciendam introductionem, praemittit) ipsis adnunciat, tanquam creatorem, et Dominum totius universi, qui itaque instar idoli, in templis manufactis residentis, aut instar domini a servis, quorum ope indiget, coli nequit, uti fiebat ab Idololatris, cum ipse nullius rei indigus sit, simul omnium in terra promuscondus, et liberalissimus largitor, qui, sicut ex uno homine genus humanum in terra produxit, ita quoque sua providentia in tempore definit *tempora*, et loca habitationis hominum in terra, secundum decretum suum, (hunc enim sensum habet phrasis, *definire* προτεταγμένους καιρὺς *ante constituta tempora*, scilicet antea in decreto statuta determinare in tempore per providentiam) adeoque, sese omnibus hominibus in terra per benefacta et opera sua praesentem sistit, et benevolum praebet, eo scopo ut eum quaerant, adorent, et colant, naturae ejus, et rationi rectae, convenienter, non itaque per idola, acsi iis similis esset. Denique iis ob oculos ponit, Deum, temporibus praeteritis ignorantiae ad animum non revocatis, potius condonatis, et missis factis, (quae verbi ὑπερίδων est hoc loco significatio, alias παριδεῖν dicitur) nunc omnibus hominibus ubique locorum adnunciare, ut resipiscant, idololatriae renuncient, et verum Deum debite colant, tanquam rationem suo tempore reddituri Deo, mundum convenienter regulis justitiae judicaturo, per *virum*, *quem definivit* judicem, et cui testimonium dedit publicum, fidei omnibus faciendae sufficiens, *suscitando* eum ex *mortuis*. Quousque cum sermonem perduxisset, subito eum interruperunt auditores, et judices, voce *resurrectionis* irritati, vel commoti, ita ut de *illo viro*, cujus meminerat, et quem ipsis clarius depingeret, plura non potuerit proferre. Ceterum hanc Pauli orationem pro norma esse habendam, secundum quam euangelium Gentibus adnunciandum sit, a facilioribus ad difficiliora pergendo, non male observavit Ambrosius ad Lucam Oper. t. I. Nec fructu caruit oratio, cum nonnulli crediderint, et inter

ter eos Dionysius Areopagita, adeoque judex ex illa curia, et uxor ejus Damaris, aliique cum ipsis. Plura de Dionysio hic non proferam, fabulosa enim de ipso, et martyrio ejus, adtentionem non merentur, de confusione ejus cum Dionysio Parisiensi, et operibus, ipsius nomen praeferentibus, postea suo loco agam. Hic memorasse suffecerit, eum pro primo Episcopo Atheniensis Ecclesiae haberi, secundum antiquam traditionem apud Euseb. H. E. l. III. quod admitti potest, si nomen illud sensu latiore sumatur.

§. CCXXIII. Corinthi, quam opibus, commercio, confluxu hominum, situsque opportunitate, celeberrimam, ac Achajae metropolin, uti constat, adiit, relictis Athenis, singulis sabbatis cum in synagoga, ingente zelo, et inpulsu divino, (quod Act. XVIII: 5. dicitur, συνείχετο τῷ πνεύματι *strictus*, pressus, inpulsus a Spiritu, seu adflatu divino) *Jesum esse Christum*, irrito non tantum cum effectu Judaeis demonstrasset, certis ac claris productis testimoniis, sed et eos adeo irritasset, ut in maledicta ac blasphemiam eruperint, seseque in Spiritum S. peccati reos quasi peregerint, Paulus eos judicio divino tradidit, et ad Gentes sese vertere dixit, adeoque, iis nuncio misso, in domo religiosi proselyti, nomine Justi, munere Apostoli functus est, per sesquiannum ingente cum successu docens, multosque convertens; divino etiam viso nocturno admonitus a Domino, *ne timeat*, cum ipsi adsit, nemoque manum hostilem injecturus sit, *nec sileat*, cum copiosam multitudinem sit Christo collecturus (sic enim membra pericopae Act. XVIII: 9, 10. ordinanda, et jungenda, censeo.) Traxerunt quidem Ipsum Judaei ad tribunal Proconsulis Gallionis, (qui fueritne frater Senecae, eo nomine notus et celebris, an alius, mihi non constat, cum fratris Senecae *Proconsulis* nemo Veterum meminerit. Achaja vero, ut illud obiter moneam, sub Augusto adsignata Senatui, Proconsulem habuit, sub Tiberio propraetorem, a Caesare missum, sed sub Claudio rursus Proconsulem. Quae ex Dione Cass. l. LIII, LX. Tacito

Ann. I. et Suetonio, in Claudio, nota sunt,) sed repulsam tulerunt, praeside Romano, seu justitiae vindice, dignam, qui respondit, suum non esse, quaestiones religionis decidere, sed crimina civitatis tantum punire.

§. CCXXIV. Quibus peractis, Paulus inde discessit, Syriam petiturus, et in transitu visitavit Ephesios, quos nondum viderat, nullaque facta mora, postquam cum Judaeis disseruerat in synagoga, Caesaream petiit, eo animo ut Hierosolymam adiret. Quod cum fecisset, Ecclesia Hierosolymitana tantum salutata, iter flexit Antiochiam Syriae versus. Hunc enim in sensum versus 22*dus*, meo judicio, capiendus est; *cumque devenisset Caesaream, et adscendisset*, scilicet Hierosolymam, *eamque salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam*, ut Ecclesias nimirum confirmaret in fide. Peragrata itaque Galatica regione et Phrygia, quae ἀνωτερικὰ μέρη *superiores partes* adpellantur Act. XIX: 1. rediit Ephesum, et *tres* ibi trivit annos. Act. XX: 31. In principio quidem tribus mensibus in synagoga cum Judaeis egit, sed, cum illi maledictis viam Domini lacerarent, et se obduratos praestarent, iis desertis, disseruit per biennium in schola *Tyranni* cujusdam, quod nomen non erat Romanis insolitum; tantumque retulit fructum, ut tota Asia, scilicet Lydiana, ubi antea prohibitus erat concionari, ut supra vidimus, *sermonem Dei audiverit*, Act. XIX: 10. Illustria quoque miracula per Dei potentiam patravit, in sanandis morbis, et ejiciendis daemonibus, etiam per sola Pauli *sudaria*, vel *semicinctia* (sive lintea, sudori detergendo, ac subligacula, partes anteriores opificum, quam artem Paulus exercuit Act. XVIII: 3., cingentia,) ipsis adplicita ib. XIX: 12. Deo, fidei eorum causa, modum hunc singularem, nec ab aliquali superstitione liberum, pro hoc tempore ferente. Quod cum nonnulli Judaei exorcistae imitari vellent, nomine Christi in conjurando invocato, male mulctati sunt a daemoniaco, et cum ignominia repulsi: unde accidit, ut multi *curiosis* illis artibus, quae περίεργα adpellari solent, renunciaverint, Christo-

que

que nomen dederint; libris quoque suis, qui ingente pretio venire solebant, combustis. Quod nemini mirum accidat, cum Ephesus hac parte fuerit famosa, vel *Litteris Ephesiis*, apud scriptores celebratis, testibus. Crevit itaque et praevaluit ibi valde *sermo Domini*, Act. XIX: 20. sed idololatras simul adeo irritavit, ut ingens fuerit orta seditio, Demetrio quodam argentario occasionem praebente. Is enim cum, Diana, Dea Ephesiorum, cujus *aeditua* erat Ephesus, quatenus ibi peculiariter colebatur, et coelo delapsum simulacrum adservabatur, ac ludi in honorem Deae celebrabantur, in contentum adducta, uti per Pauli conciones fieri incipiebat, metuebat, ne lucrum, ex imaginum Deae loculamentis, quae ναοὶ, vel ναΐδια, adpellabantur, ab ipso fabricari solitis, perderet, operarios, inde victum sibi comparantes suum, excitavit; et per eos totam urbem in tumultum conjecit, ita ut in Pauli socios insurrexerint, et seditiosis clamoribus *magna Ephesiorum Diana*! omnia in summam conjecerint confusionem: Paulo, a credentibus non tantum, sed et ipsis Asiarchis, seu summis sacerdotibus, quorum unus munere fungebatur, alii eo functi erant, de quo munere legendus est, praeter alios, Ez. Spanhemius Num. Diss. XII., ipsi faventibus, inpedito, ne se, quod volebat, *populo daret*, quae Ciceronis phrasis est, hic dicitur *dare* se *in theatrum*.

§. CCXXV. Quo tumultu, qui zelotarum religionis, et principiorum, quibus aguntur, vivam praebet imaginem, per *scribam*, quo nomine apud Graecos insignis dignitatis et muneris viri veniunt, vid. Ez. Spanhem. Num. tom. 1. prudenter sedato, Paulus, postquam novem adhuc menses euangelio per Asiam Lydianam seminando inpendisset Act. XIX: 22., Macedoniam rursus petiit, Troade solvens, 2 Cor. II: 12, 13. Ex Macedonia in Graeciam discessit, tresque menses moratus est, Act. XX: 1.— quando per Macedoniam, propter insidias Judaeorum, ibid. 3. in Asiam se contulit, Philippis solvens venit Troadem, ib. 5, 6. pau-

cos dies moratus. Ubi animadversionem meretur, 1. Paulum ibi legi disseruisse in solenni conventu religioso discipulorum Christi, in unum coactorum, ad frangendum panem *primo die hebdomadis;* c. XX: 7. quia inde recte colligi potest, Christianos jam hoc die consuevisse solennes agere conventus: uti in superioribus, ubi de *Cultu*, jam observavi, 2. Juvenem aliquem, *Eutychum* adpellatum, prae sermonis prolixitate, somno correptum, sopitumque profundo, decidisse e tertia contignatione deorsum, et pro mortuo habitum, sed a Paulo vitae ac sanitati redditum esse. Hinc cum per varia loca venisset Miletum, nec Ephesum tendere vellet, quia festinabat Hierosolymam circa Pentecosten, ad se presbyteros Ephesinos vocavit, et celeberrimum, ac utilissimum, ad eos direxit sermonem, Act. XX: 18.— narratum. In quo, praeter alia ad morem agendi, quem Paulus in euangelio adnunciando tenuit, et officium pastorum Ecclesiae pertinentia, notatu digna, sed non hujus loci, peculiarem meretur adtentionem, quod post *suum discessum* sine spe reditus, uti ex v. 25 et 38. patet, citius aut tardius, *lupos rapaces* ovile credentium aliunde intraturos, et ex ipsis Ephesiis viros orituros, qui *perversa* sint locuturi, et discipulos a Christo post se abstracturi, praedixerit, per *illos* intelligens hostes euangelii, sive Judaeos, sive gentiles, persecutores, per *hos* vero falsos doctores, postea Gnosticos dictos, in specie illos, qui mystice Bileamitae ac Nicolaitae adpellati sunt in Apoc. II. de quibus postea suo loco.

§. CCXXVI. Persecutus dein est iter, ab Ephesiis inter tristitiae, et tenerrimi amoris, varia signa, aegre, post ardentes preces una fusas, abstractus, per Tyrum, Ptolemaida, et Caesaream, ubique Spiritu prophetico de vinculis suis admonitus, donec venerit Hierosolymam; ubi brevi est in vincula conjectus. De quo antequam agam, inquirendum est, num de aliorum Apostolorum gestis, et Ecclesiae propagatione per alios facta, seu Ecclesiis alibi erectis, ali-

quid

quid suppeditent monumenta antiqua: ubi moras non necesse fuerit trahere, cum hac parte parum certi habeamus; nec incertis Veterum traditionibus, ab aliis abunde productis, inmorari lubeat. Illud constat, Ecclesias hac periodo jam fuisse erectas in Asia Lydiana, cum Paulus fuit in Graecia versatus, nec non Romae: de quo paucis dicendum est. Ecclesias in Asia jam fuisse, quo tempore Paulus altera vice venit Ephesum, ex Act. XIX: 1. constat: sed quorum ministerio fundatae sint est in incerto; nisi quod opera Pauli id non fuerit factum; cum ipse, ut supra habuimus, a Spiritu fuerit inpeditus ibi concionari, et, e Graecia dein redux, moras ibi non traxerit, nec aliquid de ipso narretur aliud, quam quod cum Judaeis in synagoga differuerit Act. XVIII: 20., et Ecclesias amplificaverit. Colossenses euangelium accepisse ab Epaphra, forte quis ex Col. I: 7. colligat, sed sine fundamento; cum ex v. 6to pateat, eos jam antea euangelium recepisse, Epaphras autem, *dilectus conservus* Pauli vocatus, v. 7. eo dein videtur ab eo missus, ut in fide eos confirmaret; quare pro euangelista, ac legato Pauli apud Coloss., recte habetur, ad quos peculiarem retinuit relationem, sicut etiam ad Laodicenos et Hierapolitanos, uti liquet ex Col. IV. 12, 13. missus quoque ab iis Romam, ut Paulo necessaria suppeditaret eorum nomine, et inserviret Col. I: 7., quod etiam fideliter praestitit, adeo ut συναιχμάλωτος *concaptivus* Pauli, seu potius socius ejus captivi, adpelletur Philem. 23., versatus enim fuit Paulus in libera custodia, et proprio hospitio, eique licebat omnes, ad ipsum venientes, suscipere Act. XXVIII: 30. Cujus respectu etiam vocatur *minister Christi* vice Colossensium apud Paulum, Col. I: 7. Phrasis διάκονος ὑπὲρ ὑμῶν eo in loco non est *minister Christi inter vos*, sed vestrum apud me locum supplens, vestraque adferens munera: uti etiam ex Phil. II: 25. et Philem. 13. patet. Ceterum Epaphras probe est ab *Epaphradito* distinguendus, quippe qui inter Philippenses fuit, qualis Epaphras inter Colossenses Vid. Phil. l. cit.

§. CCXXVII.

[illegible] fuiffe *Ephefi* fundatam ab Aquila [illegible] poffet non inprobabile ex Act. [illegible] eos Ephefi legitur reliquiffe, ipfe [illegible] nec illud certum eft, cum Ephefi jam [illegible] credentes; ut ex loco cit. v. 20. col- [illegible] vero, et Prifcilla, ejus uxor, Roma fu- [illegible] et Corinthi noti facti Paulo, cum ipfo [illegible] Ephefum, ubi eos reliquit, ut eft loco [illegible] Act. XIX: 10. tradatur, totam Afiam Lydia- [illegible] Dei audiviffe, tempore morae Pauli Ephefi, [illegible] per biennium, quando in fchola Tyranni diffe- [illegible] Afiae, in Apoc. memoratas, tunc euangelii [illegible] illuftratas, plufquam probabile eft, quicquid Alo- [illegible] apud Epiphan. haeref. Alog. feculo II*do* vel [illegible] contradixerint, relate ad *Thyatiram*, fundamento [illegible] nixi. Afiam vero Johanni obtigiffe fert qui- [illegible] fed cui fidere non licet; nec Johannes eo [illegible] videtur, nifi deftructa jam Hierofolyma, et poft [illegible] Pauli aliquandiu. Utique, dum Paulus *triennium* [illegible], nulla facta eft Johannis mentio; nec etiam [illegible] fcriptae funt Epiftolae ad Timoth. *Cretam* [illegible] euangelium a Paulo, hoc ipfo intervallo, conten- [illegible] aliqui, ex ad Tit. I: 5. falfa nixi hypothefi, [illegible] illa ante priora vincula exarata: ut fupra, ubi de [illegible] Pauli, jam obfervavi. Denique *Romae* jam radices [illegible] euangelium, et Ecclefiam viguiffe hac periodo, du- [illegible] ex Epift. ad Romanos, ante priora vincula [illegible] non ex eo, quod Aquila et Prifcilla, cum Ju- [illegible] Claudio inde expulfis, eam deferuerint, et Paulus [illegible] Ecclefiam ibi offenderit, Act. XXVIII. Sed a [illegible] et quando, Ecclefia ibi collecta fit, tenebris eft [illegible]. Quod fi Chronico Eufeb., Latine verfo, fiden- [illegible] Chriftiani fecundum Tertull. Apol. c. 5. jam Ro- [illegible] fub Tiberio: fed nec in Gr. textu, nec Hift. [illegible] illud de urbe traditur ab Eufebio, nec illud dicit

dicit l. c. Tertullianus, qui Christianorum accusatoribus Tiberium comminatum esse periculum in genere refert: ne dicam, indicia apud ipsum exstare, Christianismi tunc primum in Palaestina orti. Ante Claudium vero Ecclesiam Christi ibi fuisse non liquet, licet tempore scriptae Epist. ad Rom., ann. 4*to* Ner., Aer. V. 58. insigniter jam floruerit, Rom. I: 8. XVI: 19. unde falsi etiam convincitur traditio apud Irenaeum adv. Haer. l. III., nisi aliter intelligatur, de quo postea, quae habet, *a Paulo et Petro ibi fundatam* esse Ecclesiam. Quod ex eo confirmatur, quod, cum c. I: 11. dicit, se desiderare Romanam adire Ecclesiam, ut *donum spirituale* extraordinarium ei inpertiat, innuat, nullum adhuc ibi fuisse Apostolum, qui solus id poterat: uti supra jam observavi. Pearson Lect. in Act. Ap. non inprobabiliter conjecit, discipulorum aliquos, post dispersionem eorum causa persecutionis Stephanicae, euangelium Romam detulisse, in specie Andronicum et Juniam, qui *insignes inter Apostolos*, et Pauli *cognati*, adpellantur, *ante ipsum jam Christiani*, Rom. XVI: 7. forte etiam *coaetanei*, aequales ejus, si pro συναιχμαλώτας *concaptivos* ibi legere liceret συνηλικιώτας *coaetaneos*, quae vox occurrit Gal. I: 14. vix enim intelligitur, quo sensu *concaptivi Pauli* dici queant, cum Paulus hoc tempore non fuerit *captivus*, nisi ad praecedentia quaedam vincula, quod phrasis vix fert, referatur.

§. CCXXVIII. *Quinta* periodus, quae *quinque* annorum spatium comprehendit, quot annos duravit custodia Pauli, ab ann. Ner. 4*to*, aer. V. 58. quo incipit, ad ann. Ner. IX*mum*, aer. V. 62. quo finita est, ut supra in ejus vita observavi, parum de propagatione euangelii suppeditat, cum Paulus per vincula fuerit inpeditus, et de aliis operariis nihil constet. Dum Paulus in vinculis fuit, causam suam et euangelii strenue quidem egit, plus una vice, Hierosolymis, Caesareae, et Romae, nec sine successu, nec tamen, quantos progressus fecerit euangelium, enarrari, defectu monumentorum, nisi in genere potest. Dabo ejus rei aliquem

conſpectum, ut ſimul fata Pauli ſummatim pertexam. *Occaſionem* remotam vinculorum praebuit conſilium Jacobi Apoſtoli et presbyterorum Hieroſol., a Paulo adprobatum, et proximam ejus executio in Templo, qua zelotae Judaeorum concitati in ipſum injecerunt, ſeditione mota, manus, Act. XXI. Conſilium habuit, ut Paulus ſuſpicionem, acſi legem Moſis abolitam, quoque reſpectu credentium ex Judaeis, voluerit, a ſe removeret, publico dato ſpecimine contrario, in eo ſito, ut partem ſumeret in purificatione, per ſacrificia legalia quatuor virorum credentium e Judaeis, iis adſiſtendo, et ſumtus faciendo; uti moris erat apud Judaeos. Ceterum, ut illud in tranſitu obſervem, conſilium, a Jacobo et ſenioribus datum, et a Paulo adſumtum, non inde natum eſt, quod illi legis ritualis obſervantiam crediderint Chriſtianis ex Judaeis neceſſariam, quippe quod ex decreto ſynodi Hieroſolymitanae non poteſt colligi, et doctrinae, in primis Pauli, directe adverſatur, ſed licitam tantum eſſe, et zelotis legis inter Chriſtianos hac parte tutius eſſe ſe adcommodare, ne nimis offenderentur, minus adhuc notitia libertatis Chriſtianae, et naturae regni gratiae, inſtructi: uti clare pateſcit ex c. XXI: 20, 21. Num autem in hac condeſcendentia, ut ita loquar, divinum et Apoſtolicum ſecuti ſint ſpiritum, an humanum, et prudentiae politicae, non definiam, licet *inmodicam* Pauli *modeſtiam* forte cum Chryſoſtomo ad Epiſt. ad Gal. tom. X. adpellare liceat: utique, quod Paulus antea reprehendit in Petro, in Judaeorum gratiam ſeſe commercio cum Gentibus ſubducente, et Judaice vivere incipiente, Gal. II. illud Paulus cenſeri poſſet commiſiſſe, Chriſtianorum ex Judaeis cauſa, cum hoc tamen diſcrimine, ſatis notabili, quo Petri facinus adgravatur, Pauli excuſatur, quod Petri exemplum Chriſtianos ex gentibus, legi non ſubjectos, a recta via ſeduxerit, Pauli vero Chriſtianos ex Judaeis, quibus lex data erat, in ejus obſervantia tantum confirmaverit. Quicquid ſit, funeſtum habuit effectum conſilii executio, Deo

quidem

quidem permittente, sed simul in bonum finem dirigente: ut eventus docuit.

§. CCXXIX. Statim ac Paulum, consilium executurum, in Templo vidissent Judaei aliqui Asiatici, Pauli concionum inter Gentes gnari, simul gentilem aliquem Trophimum Ephesium, (nonnulli cod. τίτον *Titum* habent, forte corrupte pro τυχικὸν ex Act. XX: 4.) Hierosolymae cum Paulo praesentem, secum a Paulo in Templum adductum falso opinarentur, Israelitas ibi praesentes clamoribus seditiosis concitarunt in eum, tanquam legis hostem, et Templi profanatorem, eo cum successu, ut tota civitas fuerit conmota, et in tumultum excitata, ita ut Paulum prehenderint, Templo extraxerint, et percusserint. Quo audito Chiliarchus Lysias, seu praefectus praesidii Romani in castro, seu arce Antonia Templo proxima, cum militibus adcurrens, eum manibus eorum eripuit, catenisque vinxit, tanquam, ut opinabatur, maleficum AEgyptium, qui antea sub Claudio, teste Josepho, seditionem concitaverat, et 4000 sicarios in desertum eduxerat: Josephus habet 30 millia, adnumerata reliqua turba, praeter sicarios; sed a Paulo rectius informatus, ei facultatem concionem ad turbam congregatam, quam petebat, habendi concessit. Qua occasione egregiam illam pronunciavit de gradibus castri concionem, Act. XXII. qua suam et euangelii causam luculenter peroravit, narrando, quantus fuerit legis zelota, et furiosus Christianorum hostis, qua ratione in via Damascum fulmine ictus, in terram prostratus, visoque privatus, Christum viderit, ac audiverit ad se loquentem, testibus comitibus, qui *lucem* quidem *viderant*, sed *vocem loquentis non audiverant*, scilicet distincte (cui non repugnat Act. IX: 7. ubi *vocem* audivisse leguntur, cum hic diserte addatur, vocem *loquentis* cum Paulo: *sonum* itaque Act. IX., sed non *verba* audiverunt, ut hic habetur) denique quo modo visum per Ananiam receperit, et se baptizari passus sit. Hucusque eum tranquille et adtente audivisse videntur, nec forte sine

nonnullorum fructu, fed cum fubjunxiffet, fe vifo coelefti fuiffe deinceps, Hierofolymae in Templo adorantem, admonitum de Hierofolymitanis, quippe non credituris, deferendis, fefeque ad Gentes conferendo, in furorem acti, clamoribus, aliifque fignis, ipfum de medio fublatum voluerunt.

§. CCXXX. Deinde cum Lyfias ipfum, in caftrum adductum, virgis caedere jufferat, ut confeffionem alicujus criminis, caufae odii Judaeorum, ipfi extorqueret, fed, intellecto ipfum effe civem Romanum, ab eo abftinuiffet, juffiffetque fynedrium Judaeorum ad fe in arcem venire, ut adcufationem Judaeorum audiret: Paulus coram fynedrio, praefente Lyfia, fefe ad hoc ufque tempus, initio fcilicet a converfione fumto, coram Deo vixiffe probe ac fincere mox in principio declarans, juffu Ananiae Pontificis in os a miniftris adftantibus caefus, ipfi judicium Dei non fine inprecatione, et conviciis, denunciavit, nefcius, vel, commotiore adfectu ac indignatione, non adtendens, Pontificem ipfum effe, adeoque tanquam fupremum populi rectorem, vetante lege, non effe contumeliofe tractandum: de quo admonitus excufavit fefe quidem, fed fimul colligens, nihil jufti aut aequi a fynedrio effe exfpectandum, arte quadam fefe expediendum ratus, declaravit fe Pharifaeum non tantum effe, fed et Pharifaei *filium*, fcilicet difcipulum, fimul inftar filii in domo ejus educatum (hac enim emphafi donanda eft phrafis, cum refpiciatur ad Gamalielem, ad cujus pedes erat educatus Act. XXII: 3.) fefeque, qua talem, propter doctrinam fuam de refurrectione mortuorum in judicium effe vocatum. In quo veritatem non migravit; fed reticentia ufus eft, ut Pharifaeorum, qui partem fynedrii faciebant, favorem contra Sadducaeos, alteram fynedrii partem, fibi conciliaret. Quod ipfi bene fucceffit, fed Sadducaeos adeo irritavit, ut ipfum difcerpfiffent, nifi Lyfias ipfum inde in caftrum retraxiffet: Act. XXIII. Confpiratione dein a plufquam quadraginta conjuratis in ipfum detecta,

detecta, Lysias eum ad Felicem, procuratorem Judaeae, qui Caesareae residebat, militum praesidio stipatum, ablegavit; quando in praetorio Herodis ibi in custodiam datus est.

§. CCXXXI. Hic novam sese et euangelium defendendi occasionem nactus, quam Felix ipsi praebuit, jubendo, ut accusatores Hierosolymis ad se venirent Caesaream, innocentiam suam contra Judaeorum accusationem adeo praeclare in lucem protraxit, sicut cap. XXIV. narratur, fide sua in Christum silentio licet non involuta, ut accusatores causa ceciderint, et Paulus liberiorem non tantum consecutus fuerit custodiam, a vinculis scilicet liberatus, et licentia *suos*, seu fidei socios, ad se admittendi donatus, sed et ad secretum sermonis commercium cum Felice, et Drusilla ejus conjuge, de quibus in historia Judaica dixi, sit admissus, quo de fide in Christum, simul de justitia, temperantia, et judicio ultimo, tanta cum efficacia disseruit, ut ipse Felix, variorum criminum, et illegitimi cum Drusilla conjugii, sibi conscius, metu et pavore fuerit correptus, simul ad ipsum dimittendum pronus, modo Paulus, quod facile potuisset, pecunia voluisset avaritiae ejus satisfacere. Biennio, non praefecturae Felicis, quae diutius longe duravit, ut suo loco vidimus, sed custodiae Pauli Caesareae, exacto, Festus ejus successor, postquam Judaeos accusantes, et Paulum se defendentem non Hierosolymis, quod Judaei volebant, sed Caesareae audivisset, ut Judaeis gratiam, quam antea frustra petierant, Act. XXV: 3. faceret, a Paulo requirens, num Hierosolymis vellet, a synedrio scilicet, se praesente, judicari, ib. 9. responsum tulit a Paulo, se provocare, qua civem Romanum, ad tribunal Caesaris, quod ipsi concessum est a Festo, ejusque concilio. Interea, antequam Romam fuit missus, occasio ipsi nata est, causam suam et euangelii denuo agendi, coram illustri consessu, praesente Agrippa juniore, et Berenice ejus uxore, de quibus supra in hist. Judaica exposui, tunc Caesareae moran-

 tibus,

tibus, eundem fere in modum, quo antea coram turba Judaica c. XXII., tanta cum vi persuasoria, ut Agrippa palam fuerit confessus, parum abesse, quin fidem Christianam et ipse admittat. Soluto consessu, judicarunt quidem Paulum dimitti posse, sed, cum Caesarem invocaverit, ad eum mittendum esse, concluserunt. Quae omnia fuse narrantur Act. XXVI. nec aliquid habent, quod moras injicit.

§. CCXXXII. Narratio itineris Pauli, cum Aristarcho Macedone, et Luca, comitibus, per mare Romam, diuturni, cum duplicis anni partem, unius posteriorem, (incepit enim post jejunium legale mens. Tisri, cui Septemb. respondet, c. XXVII: 9.) et alterius priorem partem, de quo accurate disseruit J. Hasaeus Bibl. Brem. cl. I., compleverit, praeterea molesti et periculosi, cum navis, naufragium passae, et mercium ac inpedimentorum damno, conjuncti, salvis tamen omnibus personis, ad 276 usque Act. XXVII et XXVIII. fuse et exacte facta, nonnullis quidem illustrari posset observatis, sed quae hujus non sunt loci; quare, iis missis, notasse hic suffecerit, Paulum personam Apostoli cum successu egisse, in ipsa navi non tantum, sed praecipue in insula Melita, ad quam adpulerunt, et ubi hyemem triverunt. Praesentissimo enim cum versarentur in periculo, omnesque desperarent, Paulus per Angelum Dei, *cujus* erat, scilicet legatus, et servus, et *cui serviebat*, c. XXVII: 23. declaravit, se certiorem esse factum, omnes fore salvos, excepta navi, in aliquam insulam inpellenda, et frangenda: ibid. 23—26. Quod exacte fuit inpletum, simul Paulo addidit apud milites et alios autoritatem, ita ut ipsius monito de cibo sumendo obsequium praestiterint. Deinde in ipsa insula, serpentem de manu sine haesione dejiciendo, Publium, insulae vel praefectum, vel primarium et illustriorem virum, sanando, multosque alios ab infirmitatibus liberando, nomen suum reddidit celeberrimum; nec dubium est, quin illa occasione semen euangelii ibi cum fructu sparserit. Ceterum sitne insula maris Africani,

cani, hodie Maltha, quae vulgatior est sententia, an maris Illyrici, ejus nominis, vel Meleda dicta, uti, post Ignat. Georgium in Inspect. Crit., cujus amplam dedit relationem Bibl. Ital. tom. XI., demonstrare conatus est J. de Rhoer in disp. Acad., sub auspiciis P. Wesseling, *de Pauli naufragio*, hic non inquiro, nec definio: verbo monuisse contentus, utramque sententiam habere, quo se commendat, *priorem* in primis, quod navem, Melite solventem, Syracusas primum, dein Rhegium, adtigisse, vix percipi queat, si in sinu Adriatico, proprie dicto, fuerit Melite, *posteriorem* vero, quod in mari Adriatico jactata dicatur navis, quo nomine mare Siculum, aut aliud, apud historicos non venit, nisi sinus Adriaticus, quodque Melite maris Libyci serpentes venenatos non alat, sed illa maris Illyrici. Alia mitto.

§. CCXXXIII. Romam adpulsus, a Christianis cum mutua receptus est laetitia, a Romanis humaniter admodum tractatus. Praefecto enim praetorio, hic στρατοπεδάρχῃ dicto, qui fuit Afranius Burrhus, vir egregius, et Neronis, una cum Seneca, director, traditus, licentiam in proprio hospitio, cum uno milite, catena ipsi pro more adligato, degendi, simul quoscunque ad se admittendi, et regnum Dei in Christo palam, nullo prohibente, adnunciandi, Act. XXVIII: 16, 30, 31. accepit. Qua occasione primum quidem cum Judaeis, ad se vocatis, egit; sed, cum alium inde non retulisset fructum, quam ut secum invicem dissenserint, ac disceptaverint, ipsis declaravit, *salutare Dei*, scilicet consilium et verbum, ad Gentes esse missum, et ab iis recipiendum Act. XXVIII: 28. Quod etiam, durante hac ipsa custodia duorum annorum, ib. 30, haud uno specimine fuit impletum, cum euangelium hoc ipso tempore haud contemnendos fecerit progressus. Ipse Phil. I: 12. testatur, ea, quae sibi acciderunt, valde *cessisse* in *profectum* euangelii, et addit mox v. 13. *vincula sua in Christo conspicua fuisse facta*, (tanquam Christi causa suscepta, et ad ejus gloriam, ac regni pro-

gressum tendentia) *in toto praetorio* (inter milites praetorianos, et aulae Caesaris domesticos, aut cognatos, etiam palatina dignitate fulgentes, ibid. c. IV: 22.) *ac reliquos omnes*, Romae versatos. Illustribus personis, hoc tempore conversis, forte adnumeranda est Pomponia Graecina, Plancii Consulis uxor, quippe *superstitionis externae rea* acta sub Nerone, referente Tacito Ann. XIII: 32., quo nomine Christiana religio solebat diffamari. Paulus vero non tantum caussam Christi tunc egit, sed et *multi fratrum in Domino*, fiducia e vinculis ejus sumta, *majore cum intrepiditate sermonem Dei adnunciarunt*; Phil. I: 14.

§. CCXXXIV. *Sexta* periodus, quae est Pauli in libertatem restituti, seseque a Neron. 9*no*, aer. V. 62, quo liberatus est, ad Ner. 13, vel 14*tum*, quo martyrio coronatus est, porrigit, adeoque quatuor, vel quinque, annorum est, itinera Pauli, eo tempore suscepta, et haud exiguum progressum euangelii per varia Italiae, Galliae, Hispaniae, Cretae, et Asiae loca complectitur. Quod jam antea in animum induxerat, Rom. XV: 24. hucusque non poterat efficere, mox in principio periodi effectui dedisse videtur, in Hispaniam profectus. Cui robur addit non tantum traditio apud Theodoretum ad Ep. ad Philipp. I., Chrysostomum et alios, ut Hieronym. ad Am. V. sed, quod majoris est, disertum Clementis Rom., ep. ad Cor. cap. 5. testimonium; ubi dicit, Paulum, *per totum mundum adnunciantem euangelium*, *pervenisse ad occidentis terminum:* quae phrasis in Hispaniam recte quadrat, ut egregie demonstravit Pearson Op. Posth. p. I. c. 8. Britanniam, quam intellectam vult Stillingfletius Origin. Brit., includere liceret, si, Paulum eam adiisse, aliunde constaret. Euseb. Dem. euang. l. III: 7. Apost. in insulis Britannicis euangelium plantasse diserte adfirmat, ne aliorum adferam testimonia, fidei magis sublestae, apud Usser. Ant. Brit. c. 1. Ex quo probabile quoque fit, Gallias luce euangelii coepisse illustrari, cum per Gallias venire soleant in Hispaniam. Accedit,

cedit, Eccleſias in Galliis fuiſſe jam initiis ſec. II. patere ex Irenaeo et Tertulliano, vetereſque paſſim teſtari, euangelium jam hoc tempore in Gallias penetraſſe. De quo vid. P. de Marca in ep. ad H. Valeſium, praefixa Hiſt. Eccleſ. Euſebii. Omiſi locum 2 Tim. IV: 10. ubi Creſcens legitur *in Gallias* profectus, quia lectio eſt dubia, cum alii cod. praeferant *Galatiam*, etſi Epiphanius haer. 51. Galliam legi debere adfirmet. Venit quoque Gallia nomine Galatiae; uti notum eſt, et Gothofred. ad Philoſtorg., praeter alios, quoque obſervavit; Theodoretus quoque Galliam per Galatiam intelligendam eſſe 2 Tim. IV. contendit. Tradit quidem Sulpic. Severus Hiſt. Eccleſ. l. II. *ſerius trans Alpes Dei religionem ſuſceptam eſſe*, ſed vel fidem non meretur, vel, quod malim, de Eccleſiis multiplicatis, et florentibus, capi debet: de quo poſtea recurret occaſio agendi. Deinceps Paulus, ut ejus itinera perſequar, Cretam petiit, ibique Eccleſiam fundavit, vel confirmavit, ſaltem Titum reliquit, Tit. I: 5. inde Macedoniam, et hyemem tranſegiſſe videtur Nicopoli in Epyro; quando Corinthum adiit, ubi reliquit Eraſtum, dein Troadem, Miletum etc. donec redierit Romam. Quae omnia ex 2 Tim. colligi poſſunt.

PERSECUTIONES.

§. CCXXXV. Alterum, quod ad ſtatum Eccleſiae accidentalem, relate ad mundum, pertinet, *perſecutiones*, fidei cauſa a Judaeis vel Romanis inſtitutas, comprehendit. Qua parte *pace* dici poteſt, ut plurimum, gaviſa, cum tres leviſſimae inſectationes Judaeorum, prima in principio, haud diu poſt ſecunda, et tertia ſub finem periodi, ſed una tantum Romanorum, circa finem quoque, ſint in hiſtoria memoratae. Tumultus enim ſeditioſi a Judaeis et gentibus concitati variis in locis hic in cenſum non veniunt. Res eſt ſtupenda. Chriſtianos in medio Judaeorum, in Palaeſtina potiſſimum,

mum, versatos, plures non esse passos persecutiones, interque eos potuisse tantopere multiplicari, et statum suum tueri, *cum* quod infensissimi eorum fuerint hostes, et totalem legis ac civitatis destructionem eos moliri censuerint; uti ex occasione necis Stephani Act. VI. et captivitatis Pauli ib. XXI., ne alia proferam indicia, manifestum est, *tum* sanguinis innocui fusi, et Messiae, regis Judaeorum, per Prophetas a Deo promissi, occisi, agerentur a Christianis rei, et palam coram populo declararentur proceres eorum occisores Messiae: unde seditiones populi in eos videbantur oriturae Act. III: 14, 15. et V: 28. cujus posterioris loci verba, a Judaeorum proceribus prolata in Apostolos, *repletis Hierosolymam doctrina vestra, et in nos inducere vultis sanguinem*, seu caedem, *hominis istius*, scilicet Christi, hunc fundunt, quod observo, sensum, seditiosis vestris concionibus populum in nos concitatis, ut ea ratione in nobis ulciscamini caedem in Christo commissam. Praeter singularem Dei curam et directionem, quae sese in hoc eventu facile offert, causas quaesiverim 1. in nonnullorum Procerum moderatione, eorumque divisione, ac ipsorum Christianorum prudentia, per opinionem dominantem quoque firmata. Quae paucis illustrabo. De nonnullorum moderatione testatur prudens Gamalielis, universo populo grati et aestimati, consilium Act. V: 35.— quo, exemplis superioris temporis productis, suasit, ut ab Apostolis manus abstineant, hac addita ratione, quod eorum molimen sponte sua, sine persecutione, irritum sit reddendum, si ex hominibus sit, si vero ex Deo, nulla hominis oppositione non tantum inpediri queat, sed iram praeterea divinam, tanquam Deum ipsum oppugnantes, in se provocaturi sint: v. 38, 39. Quod consilium, sicut tunc multis placuit, vix dubitandum quin et postea alii fuerint secuti, saltem in initiis. Utinam a Christianis fuisset adoptatum! De divisione Judaeorum in sectam Pharisaeorum ac Sadducaeorum, tanquam causa euangelii praeconum non majore vi oppugnatorum, casus

Pauli

Pauli Act. XXIII., supra memoratus, satis testatur. Prudentia Christianorum in Lege Mosaica non mox, respectu credentium ex Judaeis, abolenda, sed observanda potius, quin huc multum contulerit, dubium non est, cum eam maxime curarint Judaei, et propterea quoque Jacobi, filii Alphaei, caedes, absente Praeside Romano, a Pontifice procurata, tantopere displicuisse narretur populo, et legis studiosis; uti supra ex Josepho in vita Jacobi narravi. 2. Inter caussas illas locum omnino meretur metus populi, Apostolis et discipulis Christi summopere faventis, quam ob rationem in ipsum Christum palam non fuerant ausi insurgere. Christianismus enim ingentes brevi fecerat progressus, et miraculis patratis plurimorum suspensos tenuerat animos, Act. IV: 21. V: 26. et alibi. Denique 3. huc in primis pertinet, quod Judaei, in provinciae Romanae formam redacti, plenum vitae ac necis jus amplius non habuerint, in ejus exercitio, ipsis aliquatenus concesso, a Praesidibus et Procuratoribus Romanis dependerint. De quo fusius in Hist. Judaica disputavi.

§. CCXXXVI. Occasionem persecutionis, sic dictae Stephanicae, remotam et primam dedit Stephani disputatio cum Scholasticis quibusdam, qui variis e locis confluxerant Hierosolymam, ubi scholam singuli erexerant, ut in legis et sacrorum notitia exercerentur; ejusmodi enim gymnasia, synagogis proxima, intelligi, jam observatum est. Ceterum *Libertini*, inter eos memorati, vel fuerunt Judaei, aut Proselyti, a Romanis manumissi, quales non defuerunt tunc temporis, ut ex Tacito, Philone Judaeo, et aliis, jam est a Doctis comprobatum, Vid. C. Vitringa Syn. V. lib. I. p. I. et Pearson Lect. in Act. Ap., vel potius, si legendum sit λιβυςίνων pro λιβερτίνων, Libustini, vel Libyes, Act. II. etiam memorati: sicut in prima edit. N. T. conjecit Beza, et confirmavit Relandus ad Jos. Ant. XVI: 6. et praefert versio Armena, teste Whistoniorum praefatione ad Mosis Chorenensis hist. Armenicam. Qua in disputatione

ne de Lege, ut videtur, et Euangelio, cum causa caderent Scholastici, qui, ut est Act. VI: 10. resistere non poterant *sapientiae* Stephani, ejusque *Spiritui*, seu vi convictoriae, ac eloquentiae, confugerunt, pro more Zelotarum inter Christianos aeque ac Judaeos, teste omnium temporum experientia, ad violentiora media, ipsumque blasphemiae in legem et Mosen accusarunt coram Synedrio. Ad quod tractus, cum causam suam peroraret, proximam peperit necis suae causam. Oratio ejus, ad scopum rite fuit instructa, qua criminationem, acsi de Mose et lege male sentiret et docuisset, non solum depellit, narrata singulari Dei cura erga Patriarchas, et Patres in AEgypto et deserto, sed eam ipsam in accusatores retorquet, ostendens, eos, et antea semper, et nunc, sese opponere Prophetis, et Spiritui S., cum antea Prophetas fuerint persecuti, et nunc Messiam, ab iis promissum, occiderint, v. 52. magis coeci quam Majores in AEgypto, qui Mosen in initio non agnoverunt, licet ex percusso AEgyptio id saltem colligere debuissent, Mosen ipsorum invigilare saluti, adeoque audiendum esse, cum Judaeos rixantes reconciliare voluit: eo enim vers. 25. directe tendere, ex seq. 26 elucescit. Qua posteriore orationis parte exprobatoria exacerbati, et in furorem acti, in ipsum irruerunt, maxime postquam *plenus Spiritu S.*, scilicet ecstatico, adeoque in ecstasin raptus, se *gloriam Dei*, *et Christum ad dextram Dei stantem*, videre dixisset, v. 55. (vidit enim in ecstasi, eratque *in Spiritu*, uti Ap. I. de Johanne dicitur,) et forma judicii observata, ipsum lapidibus obruerunt, ac necarunt, ingente voce clamantem, in signum pii et compositi animi, *Domine ne inputes ipsis*, *et punias* (proprie ne pendas quasi in libra, quod est ἱςαναι) *hoc peccatum*, ad exemplum Christi in cruce pendentis, *remitte ipsis* etc. Luc. XXIII: 34. Cujus sanguine nondum satiati, in reliquos etiam Christianos effuderunt furorem suum, cum ingentem dicantur excitasse persecutionem Act. VIII: 1. Saulo in primis Satanicum

ardorem

ardorem ſpirante, quippe qui, inſtar leonis, vaſtare conatus eſt Eccleſiam, curans, ut carceri fuerint incluſi; ib. 3. nec Hieroſolymis tantum, verum in exteris quoque regionibus; uti ex itinere ejus Damaſcum liquet c. IX. ut ipſe fatetur Act. XXVI: 11. ubi αἱ ἔξω *exterae urbes* ſunt extra terram Judaeorum, ſtilo eorum חוצה לארץ Num vero aliqui fuerint alii occiſi, non conſtat. Dicit quidem Paulus, ſe, *cum occiderentur*, *ſuffragium* tuliſſe, ſeu conſenſiſſe, et rem eo adduxiſſe, c. XXVI: 10. ſed oratorio cenſeri poteſt uſus ſtilo, et rem exaggeraſſe, plurali numero adhibito, vel etiam intentionem ſuam declaraſſe, quam ipſe c. XXII: 4. dicit, ad *mortem* tetendiſſe. Habuit vero ſingularem, et euangelio proſperum, *effectum* perſecutio, cum Saulus hac occaſione fuerit in Paulum miraculoſe, in via Damaſcum, mutatus, de quo ſupra egi, et diſcipuli diſperſi euangelium per Judaeam, Samariam, Galilaeam, Syriam, et vicina loca circumtulerint, Apoſtolis Hieroſolymis ſub ſingulari Dei tutela tuto manentibus. Ceterum incidit perſecutio in ann. Caji *primum*, AEr. V. 37. vel circum circa; ut ex epocha converſionis Pauli, ſupra poſita, eluceſcit.

§. CCXXXVII. Finita hac adflictione, ἐπὶ Στεφάνῳ ſeu *contra Stephanum* eximie dicta Act. XI: 19., uti recte vertitur, quatenus inde orta eſt, et ejus tantum necem forte adtulit, cum Pauli converſione, quae breviſſimi itaque fuit temporis, pace gaviſa eſt Eccleſia Act. IX: 31. per *ſeptem* fere annos, quando *ſecunda* eam corripuit, ab Herode Agrippa inſtituta, paulo ante mortem, ſed minoris momenti, et brevioris adhuc temporis, cum praeter Jacobum occiſum, et Petrum incarceratum, ſed miraculoſe liberatum, nullum legatur intuliſſe damnum, rege etiam brevi, ſingulari Dei judicio, e medio ſublato. Cujus notitia ex Act. XII. unice eſt petenda. De Herode Agrippa, quem Hippolytus *de duodecim Apoſtolis*, in edit. Fabricii vol. I. male cum Herode Tetrarcha, ſeu Antipa, confudit, etiam *majore* dicto, ejuſque morte, cum in Hiſt. Jud. egerim, perſecutionis ab

 ipſo

ipſo inſtitutae notitiam verbo dediſſe, ſuffecerit. Lucas Act XII. cum dixiſſet, Agrippam adgreſſum eſſe vexare Eccleſiam, nihil aliud memorat Eccleſiae inflictum, quam Jacobi ſupplicium, et Petri incarcerationem, ut et ipſe, finito feſto Paſchatis, in publicum ſpectaculum, morti traderetur. Quid Regem ad Chriſtianos vexandos moverit, ſilentio quidem involvitur, ſed cum in Petrum manus injecerit, poſtquam Judaeis necem Jacobi placuiſſe vidiſſet, probabile ſit, ſtudium aurae vulgi captandae, vel populo placendi, inter rationes praecipuum tenuiſſe locum: quod principi ambitioſo, qualis fuit Agrippa, recte convenit: quodque ſatis uſitatum eſt principium, quo principes et alii ad perſecutionem inflammantur diſſentientium in cauſa fidei et opinionum, teſte etiam experientia. Jacobus, quem *fratrem* Johannis adpellat Lucas, et gladio ſublatum refert, fuit filius Zebedaei, Matt. X. ab alio Apoſtolo Jacobo, Alphaei filio, de quo ſupra ſuo loco expoſui, probe diſtinguendus, ex hiſtoria Euangelica ſatis notus. Habuit illud cum Johanne fratre commune, quod nomen *Boanerges*, בני הרגש, *filiorum tonitru*, ſeu fulminum, a Chriſto acceperint Marc. III: 17. non mox, ſed poſtquam ignem voluerunt Samaritanis inmittendum e coelo, ut in poſterum a temerario ejuſmodi propoſito abſterrerentur Apoſtoli et Doctores euangelii pacis, et ſalutis hominum, quod ad Pſ. XXIX. jam obſervavi: Marc. III. itaque per prolepſin, ſeu anticipationem, illud memoratur. Praeterea ambo erant Chriſto valde grati, adeo ut mater eorum a Chriſto auſa fuerit petere *ſeſſionem* eorum ad dextram et ſiniſtram ejus in regno ejus, Matt. XX. qua occaſione Chriſtus, in reſponſo ſuo, illos baptiſmum martyrii inſinuavit ſubituros eſſe: quod Jacobus expertus eſt pleniſſime, Johannes ex parte ſub Domitiano, de quo poſtea. Miſſis fabuloſis traditionibus de ejus geſtis et ſepultura, aliunde petendis, illud tantum memorabo, quod ex Clemente narrat Euſ. H. E. II: 9. militem, qui eum in carcerem duxerat, vel, quod

vult

vult Valeſius ad Euſ., accuſatorem, conſtantia Jacobi permotum, ſidem ſuſcepiſſe Chriſtianam; et una cum ipſo fuiſſe martyrio adfectum: cujus veritatem tamen praeſtare nolim, cum Lucas tam notabilem circumſtantiam non videatur ſilentio praeteriturus. Petrum quidem carceri mancipavit, populi favore animatus, ut poſt feſtum Paſchatis populo gratum praeberet, ipſum morti palam tradendo, ſpectaculum: ſed Deus, Petrum ſingulari modo e carcere educendo, et liberando, interceſſit, et Regi ac populo illuſit, quare Rex iram in cuſtodes effudit, illos jubendo *duci*, ſcilicet ad ſupplicium mortis: v. 19. Ceterum accidit perſecutio ann. Claudii 4*to*, aer. V. 44, uti ex tempore mortis Herodis, de quo in ejus vita egi, manifeſtum eſt, nec extra Hieroſolymam ſeſe diffudit, aut alios corripuit: adeoque Eccleſiae parum nocuit.

§. CCXXXVIII. Miſſa *tertia* perſecutione, ann. 7*mo* Neronis, cum, Porcio Feſto praeſide Judaeae mortuo, Albinus, ejus ſucceſſor, nondum advenerat, ab Anano Pontifice inſtituta, qua Jacobus Alphaei filius, cum paucis aliis, eſt occiſus, quam Joſeph. Ant. XX, narrat, cum eam in vita Jacobi enarraverim; ad Romanos pergo, qui ſub finem periodi inpetum in religionem Chriſtianam coeperunt facere ſub Nerone. Quae prima fuit perſecutio, ab iis orta. Quod enim de Judaeis, inter quos etiam erant Chriſtiani, Act. XVIII. ſub Claudio Roma, *quia inpulſore Chreſto continuo tumultuabantur*, *expulſis*, tradit Suetonius, illud ad perſecutionem, minus Chriſtianorum, qua talium, trahi non debet, uti in Hiſt. Jud. demonſtravi. Neroniana vero perſecutio, cum non tam religionis cauſa, quam Neronis facinoris in Roma incendio delenda, ac inſtauranda deinceps, tegendi, fuerit inſtituta, ſicut et peculiarem habuit rationem politicam ea Domitiani, deinceps ſecuta, eam ſimpliciter enarrabo, poſtea in rationes inquiſiturus, quibus ſequentes Inperatores moti fuerunt ad Chriſtianos, qua tales, tantopere oppugnandos. Nero, libidine, ſaevitia, et ſceleribus,

leribus, postquam a virtute, quam in principio, Burrho et Seneca directoribus superstitibus, praestitit, descivisset, nobilissimus, qui ne quidem a matre, uxore, propinquis, et amicis, manus abstinuit cruentas, cujus notitiam in Hist. Rom. supra dedi, terribile incendium Romae, quo conflagravit, *forte, an dolo Principis suscitatum, incertum*, ut ait Tacitus Ann. XV., sed Neroni, tanquam autori inputatum, opinione vulgi, qua imperator credebatur *gloriam innovandae urbis quaesivisse*, secundum Sulpit. Severum H. E. II., ut a se removeret, et rumorem illum aboleret, *subdidit reos, et quaesitissimis poenis adfecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos adpellabat*, verba sunt Tacit. l. c. qui ea occasione veritatem historiae Christi egregie adtestatur, dicens, eos a *Christo* nomen traxisse, sub Pontio Pilato occiso, et in Judaea non solum, sed et per orbem, etiam Romae, fuisse disseminatos: addit praeterea, *eos haud perinde in crimine incendii, quam odio generis humani, esse convictos.* Ex quo colligere licet, Neronem Christianos, qua tales, non tam persequi intendisse, quam incendii et flagitiorum reos, simul iis hoc inputasse, quia fidem facilius invenire poterat ista criminatio, simul populi favorem sibi conciliare hac ratione valeret, quod homines passim odiosos, pro Romani inperii, et ita *generis humani*, hostibus habitos, e medio tollere adgrederetur Romae, urbemque ita a scelestis, et peregrinae superstitionis reis, purgaret. Saevissimae autem suae indoli plane fraena laxavit, dum haud exiguam copiam Christianorum perdiderit, praeterea crudelissime in eos saevierit, teste Tacito; alii enim ferarum tergis contecti laniatu canum interierunt, alii sunt cruci adfixi, uti Petrus, alii flammati, et in usum nocturni luminis, combusti, qui palis alligati, unco gutturi suffixo, taeda, papyro, et cera circumdati, lance oleo plena capiti inposita, usti sunt. Quo etiam adludere censetur Juvenalis Sat. I. lib. I.


Pone Tegellinum, teda lucebis in illa.
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Quod *tunica punire molesta* vocat Juvenalis ibid. Sat. 8. et Martialis Epigr. l. X. ep. 25. Quo etiam Seneca respexit Epist. XIV.

§. CCXXXIX. Viguisse autem persecutionem praecipue, si non unice, Romae, ex Tacito patet, Sulpit. Sev. l. c. etiam indicat, et, quod majoris est, Tertullianus Apol. c. 5. qui tradit, eum *ferociisse in hanc sectam, cum maxime Romae orientem.* Accedit, crimen incendii, unde orta est persecutio, aliis, nisi Romae degentibus, cum aliqua specie inputari non potuisse. Nullo denique constat indicio, alibi terrarum Christianos fuisse vexatos. Nec illud ex Vetere Inscriptione, Pisvergae in Hispania reperta, colligi potest, quae et ipsa in dubium vocatur a Scaligero Emend. Temp., qui eam recenset. Edicta quidem a Plinio, notissima Epist. de Christianis, memorantur Christianis inimica, sed ea a Nerone fuisse promulgata, aut in specie, contra Christianos lata, non constat. De quo postea. Tempus persecutionis incidit, secundum Pearson. Ann. Paulin., in ann. Neronis 10*mum*, AEr. V. 64, sed de eo accuratius disputavit Alph. Vignolius in Masson. Hist. Crit. reip. Litter. tom. VIII. ubi ex festis, quae, referente Tacito, incendium Romae mox secuta, et ante finita, sunt, quam persecutio incepit, demonstrat, eam incepisse ann. Neronis XI*mo* circa 15 Nov. Causam vero fuisse incendii suspicionem, vel malignam interpretationem, Idem nobiscum contendit contra Lactantium et alios, ibid. tom. IX. Nec diu duravit persecutio, ultra annum non continuata; de quo vid. Pagi ad Baron., adeo ut Ecclesiae haud multum nocuerit. Pauli vero martyrium, et Timothei incarceratio, contigit finita persecutione, ut in vita Pauli et Timothei vidimus. Lepidam historiam causae odii Neronis in Paulum, quam narrat Chrysost. adv. oppugnat. vit. monast. l. I.,

[illegible] concubinae ejus persuasit fidem in Christum, lubens omnino.

§. CCXL. Ex superiore tractatione, ut id verbo addam, patescit, periodum Ecclesiae Apostolicae in genere fuisse hac parte satis pacatam, et pro characteristica nota habere imprimis plane propagationem Euangelii, quam haud una de ratione appellare liceat *divinam*, ab *humana*, quae per media rationalia tantum peragitur, nec omnem autoritatem ac potestatem coactivam excludit, non tantum distinctam, sed *Satanicae* ac Anti-Christianae, in persecutione ac fraude sitae, directe adversam. Quae duae posteriores methodi sequentibus seculis magis invaluerunt. Quod verbo suffecerit monuisse, licet ampla institui posset tractatio. Quanta vero puritate, simplicitate, et sanctitate, Ecclesia hujus periodi claruerit, respectu doctrinae, cultus, regiminis, vitae et morum, satis quoque elucescit. Quanta fulserit gloria et splendore, ex Apostolorum, Euangelistarum, Prophetarum, aliorumque Doctorum praesentia, et donis Spiritus S. extraordinariis, aliisque indiciis, quoque in oculos incurrit. Laudatae itaque Prophetiae de regno Messiae, sancto, glorioso, et pacifico, in Ecclesia Apostolica, instar speciminis, primum habuerunt implementum. De quo prolixius in *Methodo Prophetica* disserui.



PARS

PARS POSTERIOR SECULI
AB ANN. 70mo AD FINEM,
SEU
ECCLESIAE A VIRIS, SIC DICTIS, APOSTOLICIS GUBERNATAE.

§. CCXLI. Partes ejus essentiales, et accidentales antequam enarrem, monumenta hoc intervallo condita, quae ad illud illustrandum aliquid conferunt, pro more, sunt recensenda, ita tamen, ut inter genuina et spuria probe distinguatur. Pro genuinis duo tantum habenda sunt, aliud Canonicum, ut adpellatur, aliud Ecclesiasticum. Priorem ad classem pertinent scripta *Johannis* Apostoli, quorum notitiam dabo, postquam ejus vitam, et gesta, ac fata, summatim enarravero: cum alii, satis noti, id fusius praestiterint. Missis, quae de Ipso ex historia euangelica constant, quorum aliqua in vita Jacobi, filii Zebedaei, et fratris ejus, in medium produxi et illustravi, ubi de persecutione Herodis Agrippae Act. XII. disserui, quae, Christo in coelum sublato, de ipso narrantur, et nostram merentur adtentionem, tantum proferam. Asiam ipsi forte fuisse in divisione orbis inter Apostolos adsignatam, ut in ea euangelium adnunciaret, antiqua quidem habet traditio, apud Eusebium H. E. l. III. c. 1. sed fundamento destituta, nec fide digna, cum nihil de eo tradat non tantum Lucas in Act., sed e contra, Paulum ibi Eccle-

sias fundasse, et Apostoli nullis terris fuerint adligati; inde praeterea originem repetiisse videatur, quod Johannes ibi diuturniores moras circa finem vitae traxerit. Probabilius longe est, Johannem Hierosolymis, et in Palaestina, diu fuisse versatum, quippe Judaeorum in specie Apostolum Gal. II: 9. Fuit utique ibi tempore conventus Hierosolym., ut ex Gal. II. patet, adeoque ann. Claudii 10*mo*, aer. V. 50. sed cum Paulus ultima vice venit Hierosolymam, et in vincula conjectus est, solius Jacobi ibi praesentis fit mentio, Act. XXI. Videtur itaque, synodo finita, alias in regiones profectus, adeoque ibi non moratus usque ad destructam Hierosolymam, uti nonnullis fuit visum, forte ex Joh. XXI. ubi Johannes a Christo declaratur *mansurus*, *donec venerit*; sed de mansione Hierosolymis ibi nihil occurrit, nec etiam adventus Christi ad judicium in Judaeos restringitur. Quorsum autem tetenderit, non adeo est liquidum. Veterum traditioni de euangelio per Johannem inter Parthos adnunciato, si quid tribuendum sit, huic tempori iter ejus ad eos lubens adligaverim, cum nullum se offerat aptius. Testatur autem de hac veterum opinione inscriptio 1 ep. Joh., qua *Parthis* scripta dicitur, quam Latina Vetus versio praefert; uti est apud Augustinum Quaest. Euang. l. II. quippe ex illa opinione Veterum, ut videtur, orta, quam ignorant Graeci. Nec a ratione abhorret statuere, Johannem prius Asiam superiorem visitasse, quam adierit Inferiorem, maxime cum in Parthia multi fuerint Judaei. Utique, cum Asiam Ephesinam non nisi sero, et circa tempus tumultus ac motus bellici Judaeorum in Palaestina, petiisse videatur, nec tamen Hierosolymis haeserit, tempus intermedium huic itineri in Asiam superiorem recte adsignatur.

§. CCXLII. Sed quo tempore venerit Ephesum, adcuratius est, si potest, definiendum. Sunt, qui eum sub Claudio jam eo venisse autumant, secuti Epiphanium de Alogis haeres. 51. ubi tradit, ipsum sub Claudio fuisse in insulam Patmum relega-

relegatum. Posset alicui in mentem venire, lectionem loci cit. §. 12. esse adfectam, cum annum aetatis Joh. 90*mum*, et liberationis ab exilio sub Claudio, commiscere videatur; nisi quis eum adeo fuisse ineptum velit, ut Johannem sub Claudio eam adtigisse aetatem censuerit, cum tempore resurrectionis Christi fuerit *juvenis* Joh. XX: 4. sed idem cum repetat ibid. §. 33. oportet, vel Epiphanio adscribatur magna inprudentia, tradenti Johannem jam tunc tantum fuisse senem, vel dicatur, ipsum in genere solum voluisse tradere, Johannem valde senem scripsisse euangelium, et post reditum e Patmo, absque ut illas epochas voluerit sibi innexas. Sed haec Epiphanii opinio historiae Pauli, in Asia versantis, et ad eas Ecclesias scribentis epistolas, directe adversatur, cum Johannis nulla fiat mentio, nec ei locus ibi fuerit. Repugnat praeterea mora Johannis Hierosolymis, ut et quod Claudius non legatur Christianos insectatus, qui Judaeos tantum tumultuantes expulit Roma. Denique Epiphanius non is est, cui soli aliquid tradenti fides sit habenda, minus, si tota reclamet antiquitas, uti hoc in casu. Johannem enim sub Domitiano in eum fuisse relegatum locum, constans fert, ut mox patebit, traditio. Sed anonymus, qui vitam Timothei scripsit, apud Photium Bibl. cod. 254, refert, Johannem tempore persecutionis Neronis demum venisse Ephesum, cui concinit Simeon Metaphrast. in vita Timothei. Seriorem adhuc eum adventum fecit Chron. Paschale, quod sub nomine *epitomes temporum* exstat in Chron. Eusebii Scaligeri, ann. *primo* Vespasiani illud accidisse, referens, cum Titus Hierosolymam tenderet. Illud addo, Johannem in Asia Ephesina jam aliquas traxisse moras ante Domitianum, patere ex Epistolis ad illas Ecclesias scriptis, Ap. I. sub Domitiano: quae commercium aliquod Johannis cum illis indicant. Quare eorum opinioni accedere nequeo, qui vix ante Domitianum Johannem in Asiam venisse opinantur; nec illud ex eo firmatur, quod Timotheus tunc adhuc Ephesi fuerit in vivis, quippe tempo-

re Domitiani, ut putatur, martyrio adfectus. Praeterquam quod Timotheus, tanquam Apostolorum cooperarius, ibi una cum Johanne esse potuerit, ipse, ei Ecclesiae non adligatus, abesse tunc potuit, sicut fuisse videtur, dum Paulo in posterioribus vinculis adfuit Romae, et ipse incarceratus: uti in ejus vita observavi.

§. CCXLIII. Moras postquam Ephesi traxisset novem annis, si Chronico Alex. fidendum sit, in exilium relegatus est sub Domitiano. Addit vero traditio, quam Tertullianus de *Praescript. haeret.* primus memoravit, dein Hieronymus contra Jovinian., et ad Matt. XX. magis vulgavit, Johannem Romae fuisse ante exilium in igneum oleum demersum, sed nihil detrimenti passum fuisse. Cui nemo fidem obstrinxerit, cum nemo Veterum, Irenaeus, aut Origenes, ejus meminerit, Domitiani quoque persecutio non fuerit ad mortem; ne dicam, illud supplicii genus demonstrari non posse hoc tempore fuisse usitatum: Tertulliani autoritas tanti quoque non est, ut sola sufficiat, in primis in lib. de Praescript. haeret., haud uno in loco interpolato. Illud certius est, eum in exilium missum esse in Patmum, obscuram insulam, unam e Sporadibus; cujus exilii ipse meminit Ap. I: 9. Accidisse autem illud non sub Claudio, ut Epiphanius tradit, nec sub Nerone, ut Syriacae versionis inscriptio praefert, sed sub Domitiano, ex vetustioribus, ac fide dignioribus, monumentis constat: uti Irenaeo adv. haeres. V: 30. Tertulliano l. c., Origene ad Matt. XX. et Eusebio Hist. Eccles. III: 18. et in Chronico. Ultra annum autem ibi non haesit, cum Domitiani persecutio diutius non duraverit, et ejus acta fuerint a Nerva rescissa, de quo postea, ut et de Apocal. tunc accepta et scripta.

§. CCXLIV. Ecclesiis Asiae redditus, quid egerit, et quamdiu vixerit, pro certo nequit tradi, cum multa fabulosa de ipso narrentur, quibus inmorari non lubet. Illud in genere admitti potest, quod Clemens Alex. in libello, *quis dives salvetur*, refert, et ex eo Euseb. H. E. l. III: 23.

eum

eum statum Ecclesiarum collapsum aliquatenus instaurasse, et Episcopos instituisse; quod ex Irenaeo adv. haer. II: 22. aliquid roboris acquirit. Praeterea et illud constat, eum summam adtigisse senectutem, et placide obdormivisse; quippe quae constans satis est traditio; quam ex Polycrate, et Origene, conservavit Eus. H. E. l. III: 1, 31. et cui praedictio Christi Joh. XXI: 22. robur addit. Cum enim Petrus, Dominum sequi, in signum martyrii ejus, jussus, Johannem vidisset quoque *sequentem*, vel potius, si *in non* statuere liceret ante ἀκολουθοῦντα, v. 20. excidisse, ut ex responso Christi videtur colligendum, *manentem* in loco suo, rogassetque, *ipse vero quid?* vel, quare non sequitur, vel quid patietur, quid ipsi fiet? hoc tulit responsum: *si ipsum volo manere donec venero* etc. Quo haud obscure indicatur, Johannem, non violenta, uti Petrus, sed placida morte occubiturum, a Christo suo tempore, cum venerit, ad se recipiendum, et non ab homine violenta morte adficiendum, sicut Petro contingeret. *Venire* enim Christi ad Johannem opponitur fato Petri, quo violenter *duceretur* ad mortem, v. 18. adeoque in genere capiendum est de adventu Christi ad Johannem e medio auferendum, et non ad hoc aut illud judicium exercendum. De praeciso mortis anno non convenit inter Doctos. Irenaeus adv. haer. l. II: 22. et III: 3. in genere tradit, eum ad Trajani tempora superfuisse. Quod generale dictum, alii ad *primum* Trajani, ut Dodwellus ad Pearson oper. Posth., alii ad *secundum* uti Usserius ad martyr. Ignatii in Patribus Apost. Cotelerii, alii, ut Euseb. et Hieronymus, ad *tertium*, alii, ut Chronicon Paschale, ad *septimum*, referunt.

§. CCXLV. Inter ea vero, quae de Johanne tradiderunt Veteres, cum nonnulla sint singularia, quae, licet incerta, tamen pro manifeste fabulosis habere non licet, ea verbo adtingam. 1. Cum Cerinthum notum illum haereticum, de quo postea, intellexisset in balneo se lavantem, dixisse fertur, *aufugiamus, ne balneum concidat, cum intus sit Cerinthus,*

rinthus, *veritatis hostis:* ita Irenaeus, l. III. et ex eo Euseb. H. E. l. III et IV. prolixius retulit Epiphan. haer. 30*ma*, qui etiam loco Cerinthi habet *Ebionem*, contra constantem traditionem. Verum an falsum sit, quod narratur, definire vix possum: cum a Polycarpo, Johannis auditore, illud repetat Irenaeus, falsi arguere non ausim; maxime cum Johannes 2 Joh. 10. haereticos *salutari ac in domum recipi* nolit. Redolet tamen nimiam simplicitatem, et spiritum minus Apostolicum; forte simile quid protulit aliquando Johannes de Cerintho vitando, quod deinceps in hanc formam ab aliis est relatum. 2. Genio Johannis, et spiritui euangelico propius conveniret, quod Hieronymus ad epist. ad Gal. VI. de Johanne narrat, eum, cum plura, prae senectute, non posset proferre verba, paulo ante mortem in Ecclesia dixisse, *filioli! diligite alter alterum:* modo majorem haberet, quam Hieronymi testimonium adferre potest, auctoritatem. Potuit utique illud ex Epist. Johannis, quae ubique hanc charitatem spirant, originem habuisse. 3. Nec in facili est, judicium ferre de singulari historiola, qua adolescentem ab ipso conversum, et Smyrnae Episcopo commendatum, sed deinde a fide deficientem, ac latronibus adsociatum, singulari modo, eum adeundo, reduxisse narratur ad poenitentiam, et communionem Ecclesiae. Exstat apud Clementem Alex. libro citato, et ex eo apud Euseb. H. E. l. III: 23. Incipit autem Clemens narrationem his verbis: *audi fabulam*, *quae ipsa non fabula est*, *sed vera narratio.* Unde colligi posset, simile quidem aliquid esse a Johanne factum, sed fabulis adornatum. 4. Nec severum ferre potest examen, quod ex Polycrate, Episcopo Ephesino Sec. II., refert Eus. H. E. l. III et V., Johannem fuisse sacerdotem, et gestasse πέταλον *laminam*, scilicet in fronte Quod nisi mystice capiatur, uti nonnulli, nescio an bene, interpretantur, vix admitti potest, cum ab Apostolo sit alienum ornamentum gestare, ad sacerdotem Judaicum pertinens. Accedit, simile quid de Jacobo, fratre

Domini

Domini extare apud Epiphanium. 5. Denique majoris non est facienda traditio de perpetua Johannis virginitate, quae originem suam debet Lucio Carino, famoso falsario, qui plurima scripta sub nominibus Apostolorum finxit. De quo vid. Beausobr. hist. Manich. tom. I. Ornata insuper est alia fabula de Johanne sponso in nuptiis Canae Galil. Joh. II., a Domino, qui propterea iis interesse voluisset, a conjugio abstracto, et ad Apostolatum vocato: cujus autor est Abdias Babylonius, cui Actus Apostolorum falso adtribuuntur. Plura proferre supersedeo; de canone autem Script., a Johanne confecto, postea ad Sec. sequens differam.

§. CCXLVI. Inter Scripta Johannis, de quibus quaedam dicenda sunt, quae in canonem sunt relata, primum meo judicio, ordine temporis, locum tenet *Aocalypsis*, ipsi quidem facta in exilio sub Domitiano, ut ex superioribus constat, et litteris tunc consignata, sed non publicata, nisi post mortem ejus, nec ab ipso, sed a senioribus Asiae, viris Apostolicis, qui Johanni constanter adfuerunt; et prologum ac epilogum addiderunt. Prologum utique non esse Johannis, qui judicio pollet critico ex ipso prologo c. I: 1—3. facile colligere poterit. Sed idem de epilogo c. XXI: 17.— statuerim, maxime quia dirae et inprecationes, libris a Veteribus addi solitae, ne corrumperentur, a Johanne mihi non videntur profectae, nec tam ei, quam aliis, qui librum vulgarunt, conveniunt. Quod verbo hic tetigisse suffecerit. Confirmari et illustrari praeterea haec opinio poterit ex Euangelio Johannis, non ab ipso, sed iisdem senioribus, publicato; uti ex c. XXI: 23.— mihi manifestum videtur; quo etiam forte referri poterit c. XIX: 35. ubi haec verba inserta, *et verum est ejus testimonium; et enim novimus, ipsum vera dicere*. aliis rectius, quam Johanni ipsi, conveniunt, modo pro *οἶδεν novit* legatur *οἴδαμεν novimus*, uti c. XXI: 24. Est enim *οἶδεν novit* prorsus superfluum, cum, *eum vidisse*, modo dictum erat: conferri me-

retur, quod Johann. ep. 3*tia*, ad Gajum, dicit vers. 12. *nos testamur, et nostis, testimonium nostrum esse verum.* Concinit quoque traditio Ecclesiastica apud Eus. H. E. III: 37. quae habet, Quadratum, (eundem illum, qui Hadriano apologiam pro Christianis obtulit, Eus. H. E. III: 4.) et alios, primae successionis post Apostolos discipulos, quibus Gajus recte accensetur, ad quem scripsit Joh. epistolam, nec non *Demetrius* in ea laudatus, aliique, qui in eadem Ep. dicuntur *exiisse* ad euangelium adnunciandum, euangelium late disseminasse, et, praeter praedicationem, tradidisse *divinorum euangeliorum scripturam:* quibus itaque recte tribuitur Johannis euangelii, suo testimonio ornati, publicatio. Quod si Ap. I: 2., ubi Johannes dicitur *testificatus sermonem Dei, et testimonium Jesu Christi* etc. ad Euangelium scriptum censendum sit intendi digitum, licet non sit necesse, cum de orali adnunciatione quoque intelligi queat, inde colligi nequit, euangelium ante Apocalypsin fuisse scriptum, quia verba sunt eorum qui publicarunt Apocalypsin, quo tempore euangelium Johannis jam exstabat, ab ipsis etiam illis cum publico communicatum. Euangelii, post Apocalypsin Johanni factam conscripti, indicium, praeter alia, etiam in eo quaerere forte licet, quod titulus *verbi Dei*, quo Joh. in euangelio Christum primus insignivit, et quocum abrupte incipit, ortus videatur ex viso Johannis Ap. XIX: 13.

§. CCXLVII. Qua de re quicquid sit, Apocalypsis in genere complectitur, ut illud verbo observem, casus characteristicos, periodos Ecclesiae, ab initio ad finem, definientes et distinguentes, cum *interni* status, seu virtutum et vitiorum, respectu, in *Epistolis* ad Ecclesias Asiae, tum *externi*, sive essentialis, sive accidentalis, seu regiminis, propagationis, et persecutionum, in libro *Sigillorum*, tum judiciorum singularium *civitatis*, ad quam Ecclesia peculiarem habet relationem, in septem *tubiciniis*, praeterea in specie amplam discriptionem tyranni Ecclesiastici, Ecclesi-

am

am tyrannice regentis, et persequentis, in locum Satanae, qui idem durante inperio Romano gentili egerat, succedentis, ac judicii Dei, quo variis plagis, in septem phiolis depictis, confectus tandem destrueretur. De quibus adcuratius, et fusius, exposui in *Methodo Prophetica*. Esse denique librum genuinum, et a Johanne profectum, nemo Veterum dubitavit ante nonnullos Criticos, *alogos* ab Epiphanio haer. 51. adpellatos, et Doctores aliquos alios, millenarii regni Christi in terra oppugnatores, sec. III. Testimonium utique huic libro praebuerunt, tanquam divino, antiquissimi omnes sec. II., uti Justinus Martyr., Irenaeus, Clemens Alex., Tertullian., alii: uti in vulgus notum est, et a Doctis durdum comprobatum. Sed de genuinitate ejus hic non est locus disputandi. *Euangelium* vero quo scopo conscripserit, declaratur c. XX: 31. his verbis: *haec scripta sunt, ut credatis, Jesum esse Christum, filium illum Dei, et credentes vitam habeatis in nomine ejus.* Cui convenienter illa elegit Christi dicta, et gesta, ex quibus constare poterat, ipsum esse Johanne baptista non tantum superiorem, contra Johannitas, sed et verum, ac proprium Dei filium, et promissum Messiam, Deum simul, simul verum hominem, contra Cerinthianos, aliosque Gnosticos, qui tunc caput incipiebant exserere. Veritatem humanae in Christo naturae ipsum quoque in specie in oculis habuisse, vel ex eo inter alia elucescit, quod sermonem mox cap. I: 14., phrasi adhibita emphatica, factum esse *carnem* declaret, et in fine, tempore crucifixionis, expresse, tanquam quid magni momenti, testetur, *se vidisse* latus ejus lancea *confossum*, indeque effluxisse *sanguinem et aquam*, c. XIX: 35. Quod deinceps in 1 ep. V: 6. repetiit, tanquam Filii Dei, qui *caro* est factus, testimonium, simul signum salutis, per veram ejus mortem adductae.

§. CCXLVIII. *Prima* Epistola, dicta Catholica, quatenus ad Christianos in genere scripta est, ubicunque terrarum degentes, generale quoque habet argumentum, et scopum,

eoque manifeste tendit, ut credentes in fide Christi, veri Dei et hominis, confirmarentur, veramque Christianismi indolem, in *fide per charitatem actuosa* sitam, recte perspectam haberent, ac exercerent, et ex eo principio fidei et charitatis haurirent consolationem et laetitiam, in Deo et Christo, mundi victore, fiduciam habentes. De quo scopo ex c. I: 4. et V: 13. clare constat, et tota testatur Epistola. De tempore scriptae Epist. licet nihil praecisi proferri possit, in genere tamen adfirmare licet, scriptam fuisse post euangelium, quippe ad quod hic illic in epist. respicitur, uti ex. gr. c. I: 1., II: 13., III: 13, 14. III: 8. V: 6, 8. praeterea, postquam Gnostici sese ab Ecclesiae communione jam separaverant, et palam ostentabant, quod non nisi Trajani tempore contigit, uti colligi potest ex c. II: 18, 19. Denique ex comparatione hujus ep. et duarum sequentium haud obscure derivatur, eas eodem tempore fere missas fuisse, scriptas autem duas illas fuisse tempore Trajani ex haud uno mihi probabile videtur indicio: ex. gr., ne titulum *senioris*, ad aetatem magis quam munus pertinentem, quo sese insignit Johannes, tanquam prae singulari grandaevitate sibi proprio, et noto, aliave leviora, urgeam, ex ep. 3*tia* v. 7.— ubi praecones euangelii indicantur ad Gentes tetendisse, illudque gratis adnunciasse, recte colligitur, Epistolam tempore Trajani esse scriptam, quo studium euangelium propagandi, antea remissum, magno ardore resumtum est. Quae omnia verbo adtigisse suffecerit, cum Diss. Critica tertia contra Artemonium, *initii euangelii Johannis restituti* autorem, fusius illud praestiterim. Ceterum Johannem Apostolum, et non alium quendam Presbyterum, pro autore Epistolarum illarum habendum esse, secus ac nonnullis visum, comparatio cum prima Epistola, ejusdem stili et argumenti, dubitare non sinit, nec aliquid obstat alicujus momenti; de titulo *presbyteri* modo dixi. Quid? quod Apostolicae autoritatis signum sese 3. ep. 10. offerat haud obscurum. Sed diutius hic morari non licet.

§. CCXLIX.

§. CCXLIX. Unum superest monumentum Ecclesiasticum, a *Clemente* Romano conditum, in ejus Epistola ad Corinthios. De quo differendum est, postquam Clementis brevem dederim notitiam: nec multa de eo proferri possunt, nisi quis vel incertis, vel fabulosis, delectetur, quae ex libris spuriis, aut recentioris aetatis scriptoribus, peti possunt. Fueritne idem ac Clemens Phil. IV: 3. a Paulo laudatus tanquam cooperarius, uti vulgo putatur, adserere non ausim, cum inter Philippenses laborasse, et inter eos versari, dicatur: multo minus, eum a Barnaba fuisse Romae conversum, uti in lib. Recognitionum Clemens ipse narrat, l. I., constat enim spurium esse librum, et nostrum cum Flavio Clemente Conf. Rom. confundi; unde etiam ficta orta est traditio, ibid. l. VII. exstans, ipsum fuisse e prosapia Caesaris, natum ex Patre Faustiniano, ac matre Matthidia, Flavius enim Clemens, et uxor ejus Flavia Domitilla, cognationem cum Domitiano habuerunt, denique, ne plura proferam, eum Chersonam, ignobilem ad Pontum Euxinum civitatem, in exilium missum, et dein in mare praecipitatum, adeoque martyrem fuisse: uti fuse narratur apud Simeonem Metaphrasten. Nemo Veterum, uti Irenaeus, Eusebius, Hieronymus, martyrii ejus meminit, nemo elogio martyris eum ornavit ante Ruffinum, et Gregorium Turonensem, nec dubium est, quin eadem cum Clemente Conf. Romano confusio martyrium ejus pepererit. Traditur quidem mortuus ann. Trajani 3*tio*, ut Eus. H. E. lib. III. refert, sed sine fundamento; solet quoque iste annus ab Historicis adripi, ubi verum annum ignorant: uti multis ostendit Dodwellus ad Pearson. Oper. Posth. Verius est, quod Eutychius, Patriarcha Alex., tradit in Annal. eum ann. Domitiani 2*do* esse mortuum, praeterea tertium fuisse Episcopum Romanum, et sedisse ab ann. aer. V. 70*mo* ad 85*tum*, seu Domitiani 2*dum*. Vid. Pearson. Oper. Posth., et Dodwellus ad eum. De successione illa Episcoporum Rom. postea recurret occasio agendi.

§. CCL. Varia quidem Clementi tribuuntur Scripta, uti duae, vel quatuor, Epistolae, Recognitiones, et Homiliae Clementinae, ne de constitutionibus Apost. per Clementem, de quibus supra jam disserui, dicam, sed nullum pro genuino ejus foetu agnoscendum, praeter unam ejus Epistolam ad Corinthios: de qua ante agam, quam sententiam de reliquis dicam. Scripta est ad Corinthios, causa funestarum dissensionum, Ecclesiam illam scindentium, estque responsoria ad Epist. a Corinthiis ad Romanam Ecclesiam missam, eo autem tendit, ut eos ab omni divisione, variis productis rationibus, abstrahat, et ad charitatem, pacem, aliasque virtutes Christianas excitet. Scripta quidem est a Clemente, tanquam Episcopo Romano, sed nomine totius Ecclesiae Romanae, quare Romanorum ad Corinthios epistolam adpellavit Clemens Alex. Strom. V. Primus Veterum, qui hujus epistolae meminit, quantum constat, est Dionysius Corinthiorum Episcopus in epist. ad Romanos, Soteri, eorum Episcopo, nuncupata, non ante a. 178*mum* scripta, Euf. H. E. l. IV. sed ab eo tempore multi alii ejus fecerunt mentionem, ut catalogus testimoniorum, editioni ejus in Patribus Apost. Cotelerii praefixus, edocet. Deinde, manibus doctorum elapsa, et ignorata diu, in lucem demum prodiit a Patricio Junio, missa quippe ad Carol. I. Angliae regem a Cyrillo Lucari, episcopo Constantin., una cum cod. MSS. Alexandr. V. et N. T., a quo tempore saepe fuit edita, novissime cum variorum notis a Gul. Wottone: quibus editionibus recensendis non inmoror. Esse vero eam genuinam, etsi aliqui negent, omnes canae antiquitatis charactères mihi clare videntur evincere, et Eusebius H. E. III. 16, 38. eam ab omnibus fuisse receptam adfirmat. Simplicitas primaeva undequaque elucescit. Dogmata subtiliora parum, nec nisi generalibus formulis, tractantur: Script. V. T. loca passim, et generaliter, citantur, ut N. T. scriptores facere solent. Ex Euangeliis et Epist. Apost. pericopae adcurate et expresse non citantur, licet ad eas respiciatur,

spiciatur, in primis Epist. ad Hebr. Divina et Ecclesiastica scripta subinde permiscentur, canone nondum confecto. Nonnulla etiam dicta, tanquam Script. S., proferuntur, quae unde hausta sunt non constat. Denique nihil in ea occurrit Clemente, ejusque aevo, indignum. Fabula de ave Phoenice passim eo tempore fuit recepta: uti a Coteleric et Colomesio ad hanc ep. jam satis est comprobatum: alia leviora refutavit Grabe spicil. Patr. sec. I. Ceterum Epistolam licet genuinam, fuisse ab inperito librario, in primis ex Clem. Alex., interpolatam, imo nonnullis capitibus etiam insertis, nonnulli viri eruditi quidem statuunt, sed mihi nondum persuaserunt. De quo hic susius disseruisse nihil adtinet.

§. CCLI. Gravior quaestio est de tempore scriptae Epistolae, quam praeterire nequeo. H. Dodwellus in dissert. libro Pearson. de *success. prim. Pontif. Rom.* adjuncta, eam ante destructam Hierosol. per Romanos esse exaratam, ex eo potissimum disputat, quod §. 41. cultus ritualis, adhuc vigentis inter Judaeos, mentio videatur facta, imo statim post Pauli et Petri martyrium, sed ante Neronis ann. 12*mum*. Cui opinioni vehementer obstat, quod ante a. Neron. 14*tum* Paulus non fuerit martyrio adfectus, ut supra in vita Pauli habuimus. Praeterea Corinthii post Apostolorum mortem demum se ad Ecclesiam Rom. litteris scriptis contulerunt, cum ceteroquin Apostolos, et non Ecclesiam Rom., consuluissent, ipse Clemens non nisi aliquandiu post acceptas litteras Corinth. respondit; uti ipse ait in principio Epist. Denique, argumentum ex praesentis temporis phrasi, pro legali cultu adhuc vigente Hierosolymis, desumtum, nescio an satis solidum sit, cum sumi queat pro *offerri* sacrificia solebant, et ex instituto Dei debebant, si offerrentur; imo, si quid valeat argumentum, non tamen demonstraret, annum Neronis 12*mum* litteris esse adligandum, cum per Titum demum destructa sit Hierosolyma, post mortem Neronis aliquandiu. In alterum abeunt extremum, qui, quae vulgatior

est opinio, tempus scriptae Epist. Domitiani persecutione posterius esse autumant, duobus nixi argumentis, uno, quod Ecclesia Corinthiaca adpelletur ἀρχαία §. 47. altero, quod persecutio Domitiana finita memoretur §. 1, 5 et 6. sed neutrum se tueri potest, non prius, quia ἀρχαία adpellari potest, quatenus in *initiis* euangelii in illas oras delati fundata est, quasi *primordialem* dicas, et apostolicam, uti est apud Clementem Alex. Strom. L. VII. uti jam responderunt ad hoc argumentum Dodwel. et Grabe. Addo, phrasin, *a diebus antiquis*, non semper tam longum tempus requirere, uti est Act. XV: 7. ubi tempus etiam brevius ante lapsum simpliciter denotat. Posterius adhuc minoris est faciendum, quia non Domitianae, sed Neronianae, persecutioni rectius convenit iste locus, uti Dodwel. et Grabe observarunt. Ex mea sententia, quae inter duo haec extrema incedit media, Epistola scripta fuit vel paulo ante destructam Hieros. per Titum, cum Vespasianus jam Inperatorem agebat, si, cultus ritualis Mosaici exercitium nondum cessasse, in hac epist. indicetur, de quo modo egi, vel, si illud verum non sit, paulo serius. Utique, 1. Neronianam persecutionem jam aliquandiu fuisse finitam, ex §. 5 et 6. manifestum est: imo 2. tumultus Romae, per continuam Inperatorum, post Neronem, mortem, mentio, ex mea opinione, fit §. 1. ubi Clemens declarat, se, *propter calamitates, et casus adversos, qui Romanis acciderunt, tardius scripsisse:* quibus verbis turbae, et calamitates, civitatis, rectius conveniunt, quam Ecclesiae vexationes, ejusmodi verbis describi non solitae; maxime si alia praeferatur lectio, forte melior, quam Pearson Vind. Ignat. p. II. c. 3. exhibet, διὰ τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς etc. *propter repentinas, et continuas*, seu se invicem sequentes, *calamitates* etc. Mors enim Neronis varias concitavit turbas, inperio ad Galbam, mox Othonem, dein Vitellium delapso, donec in Vespasiano sedem fixam acceperit: quae adversa Neronianam persecutionem, modo memoratam, exceperunt.

perunt. Denique 3. Clemens, jam Episcopus, censendus est scripsisse Epistolam, cum nomine Ecclesiae Romanae id fecerit, uti Dodwell. et Grab. recte observarunt. Accepit autem demum Episcopatum sub Vespasiano: vid. Pearson de Success. Rom. Pontif. Diss. II. Scripta ergo videtur post ann. aer. V. 70*mum*.

§. CCLII. Posterior Clementis Epistola, cujus fragmentum superest in Patribus Apost. Cotelerii, et alibi, licet genuina fuerit nonnullis visa, uti Dodwell. Diss. I. ad Iren. qui homiliam, vel institutionem Ecclesiasticam, mavult dicendam, et Cotelerio, rectius pro spuria ab aliis habetur, ipso quoque Grabio Spicil. Patr. Sec. I., quia Dionysius Corinth. unam tantum tribuit Clementi, apud Eus. H. E. IV: 27. nec antiqui eam memoraverint ante Eus. l. III: 38. qui eam *dubiis* scriptis adnumerat. Ex mea opinione autor non tantum Clemens non est ob rationes prolatas, sed eo posterior, et Orientalium ac Essenorum opinionibus de continentia inbutus, euangelio quoque secundum AEgyptios, cujus supra suo loco memini, usus, tanquam genuino, uti ex ipsa epistola elucescit. De quo latius disputavi in Epistolis ad amicos scriptis contra Epist. Clementinas, a Wetstenio editas: quare hic plura non addam. Superest ut de duabus Epistolis Clementis, in linguam Syriacam versis, quas nuper in lucem dedit, et genuinas declaravit, J. Wetstenius ad calcem N. T. tom. II., quae totae in virginitate, aeque virorum ac foeminarum, mirifice celebranda, ac in omnem virtutem dirigenda, versantur, mentem exponam, seu eas spurias esse demonstrem. Quod cum fusius fecerim in epistolis ad amicos, Wesselingium, Hemsterhusium, et Cannegieterum Patrem, quae prostant, hic nonnulla falsitatis criteria adtigisse suffecerit, quae multa sese in iis offerunt. Cuncta hic redolent vitam asceticam, in plenissima a mundo separatione sitam, virginitatis *professionem*, Deo factam, memorat autor, nimis extollit virginitatem, eique majorem adtribuit mercedem, quam casti-

tati in conjugio, omnem ad mulieres aditum, et conversationem cum iis, vetat, ne *adtingere* quidem *manu* in salutando permittit, nisi velata veste; mentionem jam fecit foeminarum cum viris specie continentiae cohabitantium, et viros carpit, qui id faciunt, quod serioris est aevi; utitur jam phrasi *exorcizare* et *exorcistae*, ubi de dono expellendi daemonia loquitur: eucharistiam adpellat *divinam*, et Apostolum *divinum*, cum Apostolis non fuisse conversatum indicat, denique, ne plura congeram, Christum non tantum nusquam *Deum* vocat, sed et nihil *divini* de ipso dicit; secus ac Clemens fecit in epist. Quibus tandem accedit, nullum Veterum, excepto Hieronymo contra Jovinian., earum meminisse, Epiphanius enim, quem Wetstenius citat, eas in oculis non habuit, quia eas in *sanctis Ecclesiis* legi dicit, nec non Davidem ac Simsonem in iis laudari, qui in hisce culpantur.

§. CCLIII. Libri *Recognitionum*, ἀναγνώσεων, ἀναγνωρισμῶν, a Ruffino in ling. Lat. translati, variis veniunt nominibus, sive partium, sive totius operis, respectu; adpellantur enim Clementis *recognitio*, *itinerarium*, *gesta*, *historia* etc. Petri *periodi*, *itinerarium*, *actus*, *praedicatio*, *disputatio cum Apione.* etc. Ex Veterum testimoniis, huic libro in *Patribus Apost.* Cotelerii praemissis, notum fuisse hoc opus patet tempore Origenis, sec. III., sed et communiter repudiatum, tanquam spurium: nec injuria, cum ubique sese tanquam tale prodit lectori perito. Est vero opus viri eruditi, Philosophiae Orientali dediti, Gnosticorum opinionibus, hinc quoque discendis, refertum, stilo insuper satis elegante, judice Photio in Biblioth., conscriptum. Autorem denique fuisse Bardesanem Syrum, ex Euseb. H. E. l. IV. et Epiphanio haeres. 36 notum, non inepte, sed nescio an solide, conjicit Cave in Antiq. Apost., in *vita Clementis.* De quo quicquid sit, eundem autorem agnoscunt *Homiliae* Clementinae, quae sunt κηρύγματα colloquia, sermones, dissertationes, eodem quippe tenore conscriptae, simul omni eruditionis genere refertae.

§. CCLIV.

§. CCLIV. *Barnabas*, cujus nomen praefert epistola quae superest, nostramque meretur adtentionem, Cyprius, genere et origine Judaeus Levita, *Joses* vero suo nomine, sed cognomine, ab Apostolis ipsi indito, *Barnabas*, seu filius *consolationis*, adpellatus Act. IV: 36. forte, quod ore et opere animis aliorum consolandis, ac exhilarandis, aptus prae reliquis erat, et totus intentus, quare ἀγαθὸς bonus, *beneficus*, etiam in opere strenuus, quam utramque significationem vox admittit, eximie vocatur, Act. XI: 24. cujus luculentum dedit specimen in bonis suis vendendis, et eorum distributione Apostolis, in usum pauperum, committenda Act. IV: 3. Insuper plenus *Spiritu S. et fide* Act. XI: 24. adeoque firmus in fide Christi, et spiritu fervens in ea propaganda, aptusque per Spiritus S. dona ad opus euangelistae cum fructu peragendum: quare ab Apostolis Antiochiam missus *haud exiguam turbam Christo* acquisivit, Act. XI: 24. Deinde una cum Paulo, quem sibi adsociaverat, et Antiochiam duxerat, ibid. 25. ab ipso Spiritu S. selectus, et per prophetas, manibus inpositis, missus, ad euangelium inter Gentes adnunciandum Act. XIII. quod ipsum, non hac tantum vice cum Paulo, sed et altera, a Paulo ob Joh. Marcum, quem comitem volebat, sed Paulus recusabat, separatus, adsumto Marco, strenue praestitit, Cyprum sese primum conferens, unde oriundus erat, Act. XV. Quam ob causam titulo quoque *Apostoli* insignitus est, Act. XIV: 4, 14. quatenus a Spiritu cum Paulo ad euangelium inter gentes promulgandum segregatus, et in eo totus fuit. Ex quo non est colligendum, ipsum aeque ac Paulum, collegio Apostolorum fuisse insertum, iisdemque cum proprie dictis Apostolis gavisum privilegiis, de quo nihil constat, sed ad Apostolos, in Ecclesia propaganda, prope adcessisse. Fueritne unus 70 discipulorum Christi, uti Veteres, Clemens Alex. et alii, tradiderunt, adfirmare non ausim, nec usquam traditur in Script. S. Ceterum ubi postea versatus sit, quid egerit, quo mortis genere adfec-

 tus,

tus, et quae ſunt alia, non conſtat: nec incertas aut fabuloſas narrationes, quae aliunde peti poſſunt, memorare lubet.

§. CCLV. Epiſtola ipſi adſcripta, qua partim prophetias et typos ad Chriſtum, et Eccleſiam, adplicat, et, caerimonias Moſaicas ceſſare, evincere conatur autor, partim viam ad vitam aeternam, in pietatis et virtutis exercitio ſitam, exponit, varie edita, et in Patribus Apoſt. Cotelerii quoque obvia, refertur ab Euſebio H. E. III: 25. inter ſcripta ſpuria, ſeu, ſtilo Euſebii, dubiae fidei, licet a Clemente Alex., aliiſque Veteribus, multis quoque recentioribus, Barnabae adtribuatur: ſed tanta falſitatis praefert indicia, ut a viro Apoſtolico, qualis Barnabas fuit, plane aliena ſit habenda, licet antiquiſſima, teſte ſtili ſimplicitate, ac parca locorum N. T. citatione, et ante Clementem Alex., qui eam adſumſit, diu exſtiterit. Plena eſt ineptarum allegoriarum, ac contortarum Script. S. interpretationum, quae Judaicum plane ſpirant ingenium. In litteris Graecis, *ιητ* numerum 318 exprimentibus, quot ſervos, ſeu domeſticos, habuit Abraham, et ſecum in hoſtes duxit, ingens, ſed valde inepte, quaerit myſterium, dicitque, *neminem magis germanum a ſe accepiſſe ſermonem*. Qualia hic occurrunt multa. *Sex* dies creationis adſerit tot annorum millia continere, et omnia in mundo ſpatio 6000 annorum eſſe conſummanda, die vero ſeptimo, illud ſpatium ſequente, Chriſtum venturum ad inpios judicandos, et novum condendum mundum: denique, ne plura congeram, Chriſtum, errore vix ferendo, dicit die *dominico* in coelum adſcendiſſe, cum die Jovis illud contigiſſe, ex mora quadraginta dierum in terra, poſt reſurrectionem, conſtet. Dubium itaque vix eſt, quin liber a Chriſtiano Judaeo, in ritibus Judaicis bene verſato, ſcriptus ſit, et Barnabae, majoris autoritatis conciliandae ergo, inſcriptus: anſa forte arrepta ex eo, quod vel Barnabas ejuſdem fere argumenti opus, quod periit, condiderit, vel pro autore Epiſt. ad Hebraeos, eodem ſcopo

po

po scriptae, fuerit jam ab antiquissimis temporibus habitus: uti de Tertulliano tradit Hieronymus *catalogo script. Eccles.*, et ex lib. ejus de *Pudicitia* c. 20. colligi potest.

§. CCLVI. Minoris adhuc pretii liber est, qui *Pastor* adpellatur, cujusque autor habetur *Hermes*, sive idem, cujus mentio est Rom. XVI: 14., sive alius ignotus, sed hujus periodi; non itaque, quod nonnullis recentioribus visum, frater Pii, Episcopi Romani circa medium sec. II*di*; cum, secundum Veteres, noster fuerit antiquior. Ipse se in hoc libro depingit Judaeum, Romae versatum, tempore Clementis Romani, vis. 2. lib. I., mercatorem et divitem, dein ad paupertatem redactum, et calamitosum, ad fidem in Christum conversum, ac pietate, commercioque cum Deo, illustrem. Alia, quae de ipso narrantur, tanquam incerta, mitto. Constat autem liber *tribus* partibus, nec nisi Latine exstat in Patribus Apostol. Cotelerii, Fabricii cod. Apocr. N. T. et alibi, quarum *prima*, *Ecclesiae* nomen praeferens, quatuor continet visiones, quibus Angelus, persona *anus* sumta, Ecclesiam ipsi praebet conspiciendam: *secunda*, pastoris titulum gerens, unde totus etiam liber nomen *Pastoris* accepit, duodecim comprehendit mandata, ad vitam Christianam pertinentia, ab Angelo, sub specie *pastoris*, accepta: *tertia* denique *decem* exhibet similitudines, quae ad vitam Christianam ac beatam tendunt erudiendam. Citatur hic liber ab Irenaeo et Clemente Alex. tanquam divinus, etiam subinde ab Origene, qui tamen alibi, uti hom. 8 ad Num., dubitanter de eo loquitur, dicens: *si cui tamen scriptura recipienda videtur.* Sed Tertullianus de Pudicitia c. 10. ait, illum ab *omni concilio Ecclesiarum*, (scilicet Latinarum) *inter apocrypha et falsa judicari.* Deinde sec. IV. passim repudiatus est. Vid. Eusebius H. E. III: 3. 25. qui tamen tradit, *in nonnullis Ecclesiis publice lectum esse.* Testimonia Veterum qui velit, adeat Cotelerium in Patribus Apost., ubi ea praemissa sunt, et Pearson Vind. Ignat. p. I. c. 4. ubi multa Veterum elogia sunt conservata. Varia licet prostent Vet. et Recent.

de hoc libro judicia, autorem fuisse fanaticum, qui, imaginatione delusus, visiones sibi finxit, neutiquam virum Apostolicum, qualis Hermes fuit, adserere non vereor. Visorum structura et similitudines nihil spirant divini, nec *anus*, quae Ecclesia foret, divinas dedisse revelationes usquam legitur; stilus quoque, quo dogmata et morum praecepta per visiones tradunrur, ab Apostolicis viris plane abhorret. Multa quoque in eo occurunt a veritate aliena, licet antiquis doctoribus nonnulla consona: inter quae sunt, unicam tantum gravioribus peccatoribus concessam esse poenitentiam, Apostolos euangelium adnunciasse inferis, et salutem adtulisse; duos adesse hominibus genios, bonum et malum, Deum iis dare Spiritum, quos eo recte usuros esse praevidit, etc. Purgatorium tamen, secus ac nonnulli volunt, in eo non reperitur, cum de poenis hujus vitae exponi possit. Inter alia inepta adfirmatur, mortuos non posse regnum Dei intrare, nisi per aquam fuerint abluti, et mortalitatem deposuerint: cujus simile reperitur in euangelio, sic dicto, Nicodemi. Attamen cum liber omnes contineat canae antiquitatis characteres, a Patribus quoque magni factus, uti eo liceat tanquam monumento Ecclesiastico. Ceterum fragmenta quaedam Hermae ex doctrina, sub nomine Anastasii Alexandrini ad Antiochum ducem, exhibuit Fabricius Bibl. Gr. l. V. c. 1.

§. CCLVII. Restat operum *Dionysii Areopagitae* aliquamdem notitiam, de quo viro quaedam jam dixi, ubi propagationem Euangelii enarravi. Eum a Dionysio, Parisiensi Episcopo, vel Apostolo, qui sub Decio sec. III. floruit, esse diversum, Syrmondus dissert. de duobus Dionysiis, Oper. tom. IV. et Launoius in vita Dionysii Areopagitae, aliique, satis demonstrarunt. Prostant opera huic viro adsignata, duobus vol. in fol. a Corderio publicata, aguntque de *Hierarchia* coelesti, ubi novem Angelorum ordines recensentur, et *Ecclesiastica*, ubi omnes Episcopalis muneris functiones, formae, et consecrationes, exponuntur, de *Divinis*

nominibus,

nominibus, *mystica Theologia*, praeter Epistolas, inter quas sunt ad Titum, et Johannem Euangelistam. Testimonia Veterum pro Dionysii libris, vera, falsa, collegit Delrio in *vindiciis*, qui genuinos esse conatus est demonstrare, uti et P. Halloix, aliique, instituerunt, editioni Corderii subjuncti. Coeperunt demum illi libri sec. V. innotescere, et deinceps acquisiverunt autoritatem apud nonnullos Catholicos. Gregorius M., Papa Romanus sec. VI., dubitanter de iis loquitur, sed autoris respectu forte magis, quam librorum ipsorum, uti novissimi editores Gregorii ad hom. 34. ad Euangel. observarunt. Primus, qui eos, tanquam indubios, citavit est Leontius Byzantinus, initio sec. VI., circa quod tempus etiam floruit Anastasius, Hodegi scriptor, qui eorum etiam meminit. Dein Martinus, Papa Romanus medio sec. VII., pro genuinis adoptavit, et Maximus Abbas, celebris ejus sec. scriptor, scholiis illustravit. Postea Theodorus Presbyter eos, singulari libro, ab objectionibus vindicare instituit. Vid. Photius Bibl. cod. 50. qui genuinitatem eorum non videtur agnovisse. Recentioribus vero temporibus, post restituta litterarum studia, eos esse spurios, plurimi viderunt, eximii viri etiam demonstrarunt, uti Morinus de *sacris ordinationibus*, Usserius de Pseudo-Dionysiis, dissert. inserta *vernaculis ejus sacris*, Dallaeus de *scriptis Dionysii Areopag.*, sed in tempus genuini scriptoris adcuratius inquisivit Pearson. Vind. Ignat. p. I. c. 10. qui, eum postremis Eusebii temporibus, sec. IV., vixisse conjicit, sed sec. V. innotuisse, et VI. jam magni a nonnullis aestimatos fuisse libros, probabile fecit. Denique autorem esse Eutychianum aliquem, Le Quin, doctus ille Catholicus, operum Joh. Damasceni editor, in Diss. Damascenica recte observavit, ac demonstravit. Contenditur utique his in libris, humanam Christi naturam a Divina esse pervasam, ac insessam, adeoque *unam* tantum in eo dicendam esse naturam: corpus Christi quidem fuisse humanum, sed non hominis, quippe deificatum, ita ut, salva cor-

poris natura, dotes deitatis induerit, et humana *divine* potius, quam *humane*, gesserit Christus. Primus quoque dixit autor θεανδρικὴν ἐνέργειαν *Deivirilem operationem*, quam θεανθρώπῳ *Theantropo* adfinxit. Accedit, Monophysitas primos in medium protulisse hos libros, et a Catholicis rejectos fuisse, donec Johannes Scythopolitanus, multorum scoliorum autor, eos esse genuinos defenderit. Denique autorem fuisse ipsum Synesium, Ptolemaidis Episcopum, suasu Theophili et Cyrilli, Episcop. Alexandr., ut Nestorio se fortius opponerent, suasque phrases autoritate viri Apostolici confirmarent, conjicit La Croze in hist. Christianismi AEthiopiae cap. I.

§.CCLVIII. De autore quicquid sit, scripta fuisse Dionysio adficta, et Monophysitarum foetum esse, equidem non dubitaverim. 1. Nullus Veterum eorum meminit, etsi de Dionysio egerint, nemo in disputatione cum haereticis, qui hic jugulantur, eos citavit, nemo *hierarchiam* ejus *coelestem* memoravit, aut tenuit, ne quidem per *quinque* prima secula. Eusebius in specie, et Hieronymus, eos ignorarunt. 2. Cum scripta haec in collatione Catholicorum et Severianorum sec. VI. citarentur a Severianis, Hypatius, Metropolita Ephesinus, ea nomine Catholicorum rejicit, eam quoque ob rationem, quod antea nemini in Ecclesia innotuerint. Exstat ea Collatio apud Baronium in Annal. ad ann. 532. Citantur quoque 3. in his libris Epistolae Ignatii, Dionysii aetate utique posteriores; mentio quoque fit *canonis* Script. N. T. jam confecti, etiam euangelii Johannis ac Apocal., imo l. VII. de *hierarchia Ecclesiast.* provocatur ad *antiquorum traditionem* in *paedobaptismo* defendendo. 4. Nimis quoque manifestum est, quam ut negari queat, res et ritus sec. IV*ti* et V*ti* in iis describi; ex. gr. disciplinam arcani, poenitentiae formam, baptismi administrationem, consecrationem unguenti, incensum, thus, altare, monachos, eorumque consecrationem, oleum defuncto adfundendum, et quae similia sunt. 5. Stilus est turgidus, totus mysticus,

et

et a viro Apoſtolico alieniſſimus, nec a cothurno tragico, vel dityrambicis ampullis, multum diſtans. Voces in Eccleſia receptas vitat autor, novas inepte fingit; ex. gr. baptiſmus adpellatur θεογενεσία, euchariſtia τελετῶν τελετή etc. Epiſcopi ἱεράρχαι, Presbyteri ἱερεῖς, Diaconi λειτουργοί, Monachi θεραπευταί, etc. 6. Tandem Monophyſitarum principia et phraſes ſeſe haud obſcure, ut modo notavi, in his libris offerunt.

PARTES ECCLESIAE ESSENTIALES.

FIDES ET DOCTRINA.

§. CCLXIX. De fide et doctrina Eccleſiae parum habeo quod proferam, huic periodo proprium, niſi unum alterumve obſervatum, circa ſatisfactionem et divinitatem Chriſti ex Clementis Romani Epiſtola ad Corinth., ſolo quippe genuino hujus temporis monumento Eccleſiaſtico. De Johannis Apoſtoli doctrina, in ſcriptis ejus obvia, et reliquorum Apoſtolorum congrua, non eſt hic differendi locus. Juſtificationis peccatoris ex ſola fide, propter obedientiam Chriſti, in morte demonſtratam, generalia quidem, ut hoc tempore adhuc moris erat, attamen luculenta exſtant in ea epiſt. indicia: quorum praecipua producam. Propter ſanguinem Chriſti, pro ſalute noſtra effuſum, dicitur §. 7. Deus *toti mundo poenitentiae gratiam offerre*; vid. et §. 49. Praeterea filum Rahabae coccineum, Joſ. II, expinxiſſe tradit §. 12. λύτρωσιν *redemtionem per ſanguinem* Chriſti, omnibus credentibus inpetratam; ſed egregius exſtat locus §. 32. his verbis expreſſus; *et nos igitur, ex voluntate illius in Chriſto Jeſu vocati, non per nos ipſos Juſti efficimur, nec per ſapientiam noſtram, aut intelligentiam, aut pietatem, aut opera quae in cordis ſanctitate operati ſumus, ſed per fidem, per quam cunctos, qui unquam juſti fuerunt, juſtificavit Deus Omnipotens:* nec tamen bonorum operum ſtudium excluſum

vult, quippe quod per totam epist. inculcat, et §. 30. diserte dicit, credentes *operibus*, *non verbis*, *justificari*.

§. CCLX. Christi divinitati testimonium quidem praebet, sed generalioribus verbis et phrasibus, quam ut sequentium temporum quaestiones inde definiri queant. Photius Bibl. cod. 126 Clementem tradit Christum adpellare tantum solere *summum sacerdotem*, *et praesidem*, respiciens ad §. 36 et 58, non autem diviniores, aut sublimiores, de eo voces pronunciare, licet nec contrarium statuat. Photium perstrinxit G. Bullus def. fid. Nic. sect. III. et aliqua produxit loca, ex quibus vera Christi divinitas probaretur, uti §. 16, 32 et 36. Sententiam breviter tribus thesibus exponam 1. *Prima* est, Clementem in Christo sublimiorem, et divinam, naturam, diserte agnovisse. Praeterquam quod §. 32. eum ex Abrahamo et Jacobo adferat esse **κατὰ σάρκα** *secundum carnem*, stilo Apostolico quatenus *homo* est, eum §. 16 adpellat *sceptrum Majestatis Dei* ante adventum in carnem; addit enim, eum *non venisse cum jactantia arrogantiae* etc. *etsi posset*, *sed in humilitate*: uti Paulus quoque dixit Phil. II. Imo vero §. 36. iisdem fere argumentis probat Christi divinitatem, quibus Apost. Heb. I., unde etiam desumta sunt. 2. *Secunda* habet, Christum nusquam Deum, sed semper *Dominum*, et solum Patrem adpellari *Deum*: nisi quis huc trahat §. 2. secundum vulgatam lectionem, ubi **παθήματα αὐτοῦ** *passiones ejus* memorantur, qui modo Deus erat vocatus: sed alia lectio habet **μαθήματα**, quam praefert Junius, vel **προστάγματα**, uti in fin. §. quare pes in hoc loco figi nequit. Hoc si Photius tantum in oculis habuit, ferri potest ejus de Clemente judicium. Sed hinc cum autore *Platonismi revelati* p. II. colligendum non est, Christum a Patribus Apostolicis pro Deo non esse habitum, sed tantum pro Sacerdote, ex Maria per Spiritum Dei nato, et exaltato, eaque ratione *deificato*; cum nullum ejus rei exstet apud Clementem vestigium; rectius cum Valesio ad Eus. H. E. I: 13. statuitur, Clementem, ut hac aetate fieri solebat, generalius et

simplicius

simplicius esse locutum, imo, quod addo, imitatum stilum Epist. ad Hebr., et, cum nondum erupisset haeresis, divinitati Christi contraria, simpliciore stilo uti potuisse. 3. *Tertia* fert, Patri a Clemente fuisse supereminentiam originis tributam prae Christo, tanquam hac parte minore, et subordinato; sicut postea passim instituerunt: ut suo loco patebit. Utique δοξολογίαν illam *cui* sit *gloria* etc. soli vindicat Patri §. 32, 38, 42, 45. Adpellatur quoque §. 43. Pater solus *verus Deus*, *cui gloria* in *secula seculorum*; relate nimirum ad Gentium Deos, ut series docet sermonis: denique §. 46. *unum* profitetur *Deum*, *unum Dominum*, *unum spiritum*.

§. CCLXI. Dicta de Clemente ex eo praeterea confirmari possunt, quod et aliunde pateat, Christum a Christianis passim verum Deum habitum fuisse. 1. Statim ac nonnulli Christum *nudum* inceperunt dicere hominem, uti sec. II. factum est, Doctores sese iis mox opposuerunt, et nomen ac rem divinitatis ipsi vindicarunt: uti ex autore posterioris Ep., quae Clementi solet, sed male, inscribi, de quo supra egi, luculenter patet. De Christo, inquit mox in principio, *nos sentire oportet*, *tanquam Deo*; nec decet μικρὰ *humilia sentire de salute nostra et Christo*. Exstat quoque elegans hanc in rem locus, §. 9. ubi Christus, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, *cum primum esset spiritus*, *dicitur caro factus*: adeo ut ante nativitatem inter homines fuerit *spiritus*, h. e. stilo scriptorum sacrorum, et Ecclesiasticorum, *Deus*. Audiri enim vix meretur L. Mellierus in lib. *de fide* primi sec., opposito Bullo, locum misere in hunc sensum contorquens, Christum, nunc in coelis primarium spiritum, *fuisse carnem*. Illud *nunc* enim non est in textu, et verba, qui *primum* erat spiritus, clare exponunt existentiam ejus ante incarnationem; ne reliquas phrases id non admittere dicam. 2. Ex Plinii notissima ep. de Christianis, l. X. ep. 97, luce meridiana clarius est, Christum fuisse *Deum* a Christianis agnitum, et celebratum: dicit enim *eos*

Chriſto, ut Deo, carmen dicere. Cui 3. concinit, quod Euſ. H. E. V: 28. ex vetuſto autore narrat, *pſalmos et cantica fratrum, quae in initio ſcripta ſunt, Chriſtum verbum Dei celebraſſe, divinitatem ei adtribuendo.*

CULTUS ET REGIMEN

§. CCLXII. Cum de *cultu*, ſecunda parte eſſentiali, nihil ſuppeditet peculiare hoc intervallum, ad *Regimen*, tertiam partem, pergo. Apoſtolos fuiſſe ſupremos Rectores, et univerſales Epiſcopos, quorum locum ſuppleverunt ipſorum delegati, ſuprema ab iis inſtructi poteſtate; ſingulas vero Eccleſias ſolos habuiſſe Presbyteros, per quos adminiſtrabantur, officio, dignitate, et poteſtate aequales, ita tamen ut unus fuerit ſtatus praeſes, *ordine* tantum, voce illa ſenſu proprio, non Eccleſiaſtico, ſumta, reliquis ſuperior, ad ſuperiorem periodum demonſtravi. Hoc vero in ſtatu res manſit uſque ad finem periodi, ſeu Apoſtolorum, excepto Johanne, exceſſum. Quod enim Pearſon. de ſucceſſ. prim. Pont. Rom. diſſ. I. c. 9. Paulum in ultima peregrinatione, inter priora et poſteriora vincula, exiſtimat, presbyteris praefeciſſe viros ſingulares, cum autoritate ac poteſtate, quam Epiſcopi ſibi vindicant, illud huic ſubleſto tantum innititur fundamento, Timotheum, et Titum, tales fuiſſe: eos enim, et eorum ſimiles, non Epiſcopos, ſed Apoſtolorum delegatos, nec ſtatos et ordinarios, ſed extraordinarie miſſos, non unius Eccleſiae, ſed plurium, Rectores fuiſſe, non ſuo, ſed Apoſtolorum nomine, omnia ordinaſſe, ſupra adfirmavi. Apoſtolis autem e medio paſſim ſublatis, ipſi illi delegati primum, dein, ad eorum exemplum, primarii et praeſides presbyterorum, ſupremam in Eccleſiis ſingulis curam in ſe ſuſceperunt, ut opinor, ſed ita, ut hoc intervallo res intra terminos hoſce manſerit, ut praeſides illi autoritate, dignitate, et officio quidem ſuperiores, nil niſi communibus egerint votis cum Presbyteris reli-

quis

quis, nec tam propria quam totius presbyterii autoritate res administrarint, adeoque aliqua adhuc ratione fuerint aequales. Admitti itaque potest, quod Hieronymus in Ep. ad Evagrium tradit, propter schismata fuisse introductum Episcopatum, cum dissensiones similes, quibus in Ecclesia Corinthiaca olim dicebant *ego sum Pauli* etc. vigerent; sicut hoc tempore factum est.

§. CCLXIII. *Prima*, ut ordine in sententia demonstranda procedam, thesis, quae Episcopos, a Presbyteris distinctos, locum hoc intervallo tenuisse, habet, sequentibus superstructa est rationibus. 1. Ipsa rei natura huc recidere debuit. Cum enim Ecclesiae essent Apostolorum cura privatae, vix aliter fieri poterat, quin eorum delegati, per quos omnia administraverant, res capessiverint, et fixas alicubi posuerint sedes, et a presbyteris pro supremis suis praesidibus, tanquam legati Apostolorum, fuerint agniti; praeterea hoc exemplum reliquae Ecclesiae sumserint imitandum. Qua ratione Episcopi, qui Apostolos exceperunt, facile fuerunt orti. 2. Septem Ecclesiarum Asiae *Angeli*, ad quos speciatim scriptae sunt epistolae Apoc. II et III., alii vix intelligi possunt ac Episcopi, cum nominis et numeri singularis alia nequeat reddi ratio commodior. Totum enim presbyterium, quod voluit Brigtman. ad Ap. I: 20., intelligi nequit, uti recte advertit Usser. *de Episcoporum et Metropolit.* origene. Ex quo colligere licet, tempore Domitiani, quo Apoc. scripta est, Episcopos jam obtinuisse. Ceterum, cum quae in Episcopis reprehenduntur, ut id obiter observem, ne quis ad id obhaerescat, Ecclesiis ipsis quoque inputentur, observari velim, Episcopos ne quidem sine consensu quoque populi, hoc tempore, aliquid egisse. 3. Cum Episcopi sec. II. non tantum a presbyteris fuerint distincti, sed et haud exigua potestate ac autoritate polluerint, utique in Ecclesiis Asiaticis, quemadmodum ex Epist. Ignatii apud eos utique, inter quos me profiteor, de quo postea, qui eas genuinas putant, dubio carere debet; jam an-

tea, adeoque hoc intervallo, ortos esse, plusquam probabile est, cum principia rerum soleant esse exilia, nec mox illud fastigium eos adtingere potuisse, res ipsa facile evincit. 4. Constans Veterum traditio de Episcopis, Apostolorum successoribus, quae ubique apud eos reperitur, et inde quoque elucescit, quod ex hac continua successione argumentari soleant contra haereses, haud spernendum pro nostra hypothesi praebet argumentum; nisi quis fidem historicam plane velit sublatam. Nec obstat, Apostolos caruisse successoribus, quippe universales, et suprema praeditos autoritate Episcopos, quia vox *succcessionis* tam late patet, et accipi potest, ut et iis competat, qui in decessorum locum ex parte tantum succedunt. Vid. Pearson. l. c. diss. I. c. 3 et. 9.

§. CCLXIV. 5. Robur haud leve addit ipsa Episcoporum successio, a primordiis ducta, quae apud Veteres memorata superest. Tabulas successionis Episcoporum Romanorum primus confecit Hegesippus, teste Eusebio H. E. l. IV. c. 22. uti recte eum exposuit Pears. l. c. cap. 5. Vixit autem Hegesippus in prima Apostolorum successione, quae ad Marci Antonini tempus ducitur, adeoque in initiis sec. II., Euseb. H. E. III: 23. et cum viris Apostolicis est conversatus. Irenaeus quoque adv. haer. l. III: 3. testatur, se eos numerare posse, qui ab Apostolorum temporibus constituti sunt Episcopi in Ecclesiis, et eorum successores, *usque ad nos*, inquit: quod idem adfirmat Tertullianus de *praescript. haeret.* c. 32. *Romae*, ut paulo distinctius hac de re disseram, successio apud Graecos derivatur a Paulo et Petro, apud Latinos vero a solo Petro, estque satis clara. Exhibet autem hoc seculo Linum, Cletum, qui idem est ac Anencletus, Clementem, Euarestum et Alexandrum. Vid. Pearson lib. cit. et Dodwell. ad eum. De Clemente cum supra egerim, hic paucis de *Lino* et *Cleto*, quoad chronologiam, exponam. Ecclesiam Romanam num Linus direxerit, vivis an mortuis Apostolis, dubium videri potest. Linum, superstitibus Apostolis, ibi sedisse, ab ann. aer. V. 55 ad 67,

praefuisse

in initio ultimi Neronis anni mortuum,
...h. diff. II. cum quod Iren. l. III.
...es et instruentes Ecclesiam Lino
... annos ei tribuant Veteres,
...o, qui ann. 67 fuerunt, esse
..., Const. Apost. VII: 46. narra-
...entem fuisse a Petro ordinatum,
... non est fidendum, cum Petrus
...auli ad Tim. Epist. fuerit, ut supra
...oronatus, et in ea quoque Epist. Li-
...n vivis, mentio fiat c. IV: 21. Prae-
mortem Apostolorum esse passum, Ve-
...ti sunt: qui vero eos in initio Neronis
...ectos tradunt, initium quoque Lini inde de-
...e Euf. H. E. III: 2. diserte testatur, Linum
Petri martyrium successisse. Irenaeus tamen
. Lino fuisse Episcopatum traditum ab Apostolis.
...aque opinione rectius statuitur, Linum quidem
...am accepisse, vivis adhuc Apostolis, sed sub fi-
...e, et eis supervixisse. *a.* Petrus non nisi sub fi-
...eronis Romam venit, nec ante videtur Ecclesia Ro-
... a Judaeis separata, ordinata, Vid. Dodwell. diff. fin-
...i, Pearson. Oper. Posthum. subnexa, cap. 8. *b.* Me-
...ratur adhuc Linus in 2 Tim. in posterioribus Pauli vin-
...lis, post mortem Petri. Addo, Linum tam diu non
...videri sedisse, sed Paulum brevi esse secutum, uti et Cle-
tum, ejus successorem, (Clemens enim, tertius Episcopus,
incepit in initiis Vespasiani) qui duos tantum ann. in sede
explevit, uti passim traditur: fuisse autem eundem ac An-
encletum, late probavit Pearson Diss. II.

§. CCLXV. *Clementi*, de quo in superioribus egi, successit
Euarestus, ab a. aer. V. 83. ad 91., adeoque per octo ann.,
secundum Euthychium in Annal., quod et Euf. confirmat
H. E. IV: 1. Epistolae duae, una ad Africae Episcopos,
altera ad Christianos AEgyptios, spuriae sunt, uti nunc satis

[illegible] Excepit ipsum *Alexander* per [illegible] secundum Eutychium, sub Tra- [illegible] Martyrol. Roman. ex meliore [illegible] 4. cum Trajani 3*tio* obiisse [illegible] meminit, sicut nec Hierony- [illegible] Acta vero Alexandri, quae [illegible] nec ante sec. VII. collecta, [illegible] Post. diss. II. c. 7. Fictas [illegible] Epistolas ipsi consentiunt Pen- [illegible] panes azymos introduxerit [illegible] recte refutavit rer. [illegible] celebrari jusserit, quo He- [illegible] fuisset damnatus, qui statuit, [illegible] in peccati naevum amplius in- [illegible] mitto.

[illegible] Ecclesiae successio ex Eusebio repetitur, cum ipse ibi aliquandiu [illegible] instrui potuerit; quare alii Histo- [illegible] ipsum, tanquam ducem, secuti [illegible] debent, quae autorum fide tradit, [illegible] profert conjecturis. Posuit in hac [illegible] egregiam operam Dodwell. in Diss. [illegible] 8. subjuncta, qui consulendus est. [illegible] tanquam delegatus Apostolicus, [illegible] traditur, successit Annianus, ann. [illegible] secundum Euf. H. E. II: 24. [illegible] post Marci mortem id factum [illegible] et Hieron. de script. Eccles. [illegible] Marcum ad se vocavit, 2 Tim, [illegible] vinculorum, et Petrus ejus [illegible] Irenaeus quoque adv. haer. l. III. [illegible] mortem scripsisse euangelium [illegible] Neronis saltem usque vixe- [illegible] 22 ann. praefuit, Eusebio di- [illegible] *omni parte mirabilis.* Successit ipsi

ipsi Avilius per 13 ann., adeoque usque ad Trajani tempus. *Hierosolymitanae* successionis chronologia adcurate contexi nequit, cum Euseb. H. E. IV: 5. diserte dicat, se *quindecim* primorum Episcoporum tempora reperire non potuisse; illud autem tantum scire, tot sedisse Episcopos usque ad cladem Judaeis ab Hadriano illatam; omnesque fuisse ex Hebraeis: quod etiam Dem. Euang. l. III: 5. tradit. Ex quo, ut illud obiter observem, patet, Valesium ad Eus. H. E. V. c. 12. errasse, cum dicit, Ecclesiam Hierosolym., aliasque illustriores Ecclesias, secundum Eusebium, Episcoporum suorum Successiones in archivis habuisse: negat enim illud Eus. locis citatis diserte, nec praeter successiones nudas aliquid refert, nulla quoque archivorum facta mentione. Jacobo, fratre Domini nostri, ann. Neronis 7*mo*, aer. Vulg. 61, occiso, ut supra in ejus vita narravi, Simeon, omnium consensu, in ejus est electus locum, ut refert Eus. H. l. III: 11. ubi filius Cleopae dicitur *ἀνέψιος consobrinus* Christi. Quod si verum sit, idem oportet fuerit ac Apostolus, nam Jacobus, Joses, Simon, et Judas *fratres* Christi adpellantur Matt. XIII. Jacobus autem filius Cleopae fuit et Mariae, sororis matris Christi; unde liquet, a Valesio ad Euseb. male distingui Simeonem, Cleopae filium, et Simonem Cananitem, Josephi filium; cum non Josephi, sed Cleopae, fuerit filius Simeon, aeque ac Jacobus frater Christi. Ceterum ex Hegesippo refert Eus. III: 32. Simeonem 120 vixisse annos, et sub Trajano esse crucifixum, cum Atticus administraret Syriam, non tam quod esset Christianus, quam ex familia Davidis, cui regnum erat promissum, quippe quam Judaei regni adfectati adcusabant, et propterea Caesar eam abolere conatus esset. Quod suo relinquo loco.

§. CCLXVII. *Antiochena* successio quoque non est in obscuro, licet veteres discrepent. Evodius enim primus dicitur Episcopus Antiochiae, et secundus Ignatius, qui sub Trajano subiit Martyrium, Euseb. H. E. IV: 22. Sed in Const. Apost. II: 46. Evodius a Petro, et Ignatius a Paulo, traditur ordina-

tus Episcopus: unde duos ibi una fuisse Episcopos male colligunt. Sed Joh. Malala in Chronogr. refert, Evodium in initio Claudii a Petro accepisse sedem Antiochenam, dein, eo mortuo, Ignatium. Cui, haud magnae licet fidei autori, si credendum sit, statui posset, Evodium fuisse euangelistam, et delegatum Apostolicum, eique mortuo successisse Ignatium, tanquam Episcopum, sub finem vitae Apostolorum: utique eum Petro successisse, multi Vet. tradunt. Vid. Cotelerius ad Const. Ap. Illud pro certo habendum est, Ignatium fuisse hoc intervallo Episcopum Antiochenum. De *Asianis* Ecclesiis quaedam addenda restant. Polycarpum ab Apostolis fuisse *Smyrnae* praefectum, testatur Irenaeus adv. Haer. III: 3., fide dignus testis, quippe cum Polycarpo, ut ibid. traditur, conversatus. Adpellatur vero in Smyrnensium Epist. de Martyrio Polycarpi, *Apostolicus* et *Propheticus doctor*, Ecclesiae catholicae Smyrnensium Episcopus, Eus. H. IV: 15. Exstat in Patribus Apost. Cotelerii. Nec male conjicit Usserius, de *Episc.* et *Metropol. origine*, eum per *Angelum* Ecclesiae Smyrnensis in Apoc. Joh. esse intelligendum. *Ephesinae* Ecclesiae primum fuisse Episcopum *Timotheum*, traditio praefert, apud Usser. l. c., nec male, si, qua delegatus Apostolicus, ibi post mortem Pauli potissimum sedem habuisse, statuatur. Primus autem Ordinarius Episcopus fuit Onesimus, Ignatio in Ep. ad Ephes. memoratus. Qua eadem ratione sese res habuit cum Tito, *Cretensium* Episcopo, qui et ipse fuit delegatus Pauli, ad omnes Cretae Ecclesias regendas missus; quibus, Paulo mortuo, recte praefuisse censetur. Quo sensu omnium Cretae Ecclesiarum Episcopus adpellari potest, uti est apud Eus. H. III: 4. Quibus, ne plura proferam exempla, subjungo, Johannem Apostolum, ab exilio Ephesum reversum, tradi in vicinis regionibus constituisse Episcopos, apud Clementem Alex. in lib., *quis dives salvetur*, et ex eo apud Eus. H. E. III: 23., ubi refertur, alias ipsum gubernasse Ecclesias, aliis praefecisse Episcopos. Inter quos locum tenere potest *Papias*, Hieropolis in Phrygia Episcopus

Episcopus Eus. III: 36. qui ab Irenaeo adv. haer. V: 33. adpellatur *Johannis* auditor, Polycarpi aequalis, vir ἀρχαῖος *antiquus*, cum senioribus saltem conversatus: ut ipse testatur apud Eus. l. c. Ceterum, cum non a divina institutione, sed exemplo, per delegatos Apostolicos suppeditato, regimen Episcopale sit introductum, inde legitima non fit ad sequentia tempora collectio, minus adhuc cum viri hoc tempore fuerint passim spiritus Dei pleni.

§. CCLXVIII. *Secunda* thesis habet, Episcopos, a Presbyteris licet distinctos, unum adhuc cum iis constituisse Collegium, nec ad alium superioris auctoritatis gradum pervenisse, uti postea. Quae sicut experientiae congruit, quae initia rerum docet esse tenuia, et sensim procedere, ita ex Clemente Romano epist. ad Cor. robur acquirit: ubi Episcopi et Presbyteri non distinguuntur, sed secum permiscentur. Ita §. 42. Apostoli dicuntur per regiones et urbes *Episcopos* et *Diaconos* constituisse, et nomina quoque Episcoporum ac Presbyterorum §. 44. confunduntur. Unde non quidem colligo, Episcopis, a Presbyteris diversis, locum nondum fuisse, cum Clemens Sacerdotes et Levitas sub V. T. etiam tantum memoraverit §. 32. nomine Sacerdotum comprehendens summum Pontificem, uti ex §. 40. liquet, sed illud tantum, nondum fuisse eos adeo distinctos ordines, ut eodem nomine venire nequeant, sicut postea factum est. Wotton in proleg. et not. ad Clem. Rom. §. 42. ut Episcopos a Presbyteris fuisse diversos demonstret, citat §. 1. ubi *ductores* et *presbyteri* distincte memorantur; minus recte, cum Presbyteri eo in loco sint aetate seniores in genere; uti ex seq. manifestum est.

§. CCLXIX. *Electionem* ductorum Ecclesiae hoc intervallo, ex illustri loco Clementis Romani ad §. 44., hac ratione fuisse peractam, elucescit, ut κατάστασις *constitutio* Episcoporum fuerit facta a viris primariis, vel reliquis presbyteris, sed συνευδοκήσις *consensus* ab universa Ecclesia, quae personas propositas adprobabat. Tueri itaque se nequit Blon-

 delli

delli in praefat. *apologetici* ejus pro *sententia* Hieronymi, et aliorum, opinio, presbyterorum praesidem semper fuisse, et esse debuisse, seniorem, prius vocatum: illi decedenti, jure et necessario, successisse *secundum* vocatione ad munus, et ita deinceps. Locus enim Clem., modo citatus, novam et liberam clare requirit electionem: nisi quis velit, in aliis nonnullis Ecclesiis id obtinuisse, quod vult Blondellus: de quo tamen nihil constat. De reliquis, ad Ductores et ministros Ecclesiarum pertinentibus, cum nostrum intervallum nihil suppeditet singulare; ad vitam et mores Christianorum, seu *quartam* Ecclesiae partem essentialem, pergo.

VITA ET MORES

§. CCLXX. Lumina licet hac parte in Ecclesia non defecerint, uti viri Apostolici fuerunt, et magno quoque numero superfuerint fideles, qui fidem et pietatem egregie demonstrarunt; negari tamen nequit, faciem Ecclesiae in genere fuisse tristiorem, et minus splendidam, quam periodo praecedente, studia Christianorum passim fuerunt remissiora, pietatis officia anguidiora, multi fuerunt hypocritae, multi concupiscentiis seculi dediti, multi socordes, multi in fide vacillabant, et ad defectionem, metu persecutionum, proni, variaque vitia, fidei et charitati contraria, hic illic grassabantur. De qua contaminata et obscurata Ecclesiae facie monumenta, circa hanc periodum, vel in ea, condita, haud obscure testantur. Proferam quaedam, ad hanc hypothesin demonstrandam, indicia per partes. 1. Scientia veritatum euangelicarum, et viarum Dei, in multis fuit exigua. Utique illis inquirendis operam minus sedulam multi, prae socordia, navabant, Heb. V: 11, 12. congregationes fidelium, ad mutuam instructionem ac consolationem spectantes, haud pauci negligebant, Heb. X: 25. Multi, ex Judaeis praecipue, sed et aliqui ex Gentibus, ad ritus et caerimonias legales

legales nimis inclinati, et ſpiritualis oeconomiae notitia minus inſtructi erant, uti ex Ep. ad Galat., Col., in primis ad Hebr. patet. Imo, ipſam doctrinam de juſtificatione ex fide minus ſane fuiſſe intellectam, acſi bonorum operum ſtudium minus eſſet ad eam neceſſarium, ex Jac. II. patet. 2. Fides, reſpectu firmitatis et ardoris, multum de vigore ſuo perdiderat, ita ut in periculis, fidei cauſa adeundis, fuerint timidiores, ſicut Paulus ſe in prima defenſione ſua fuiſſe derelictum conqueritur, 2 Tim. IV: 16. in perſecutionibus minus conſtantes, eas quoque tanquam quid *alieni* reputabant, 1 Pet. IV: 12. metu et terrore perculſi ib. III: 14. ad defectionem etiam inclinati, et quid facerent anxii, teſte Epiſtola ad Hebr., eum quoque in finem ſcripta, ut in fide confirmarentur; quo Epiſtolae Jacobi et Judae etiam tendunt. Huc etiam referre licet, quod de puritate fidei ſecundum pietatem tuenda non ſatis ſoliciti, peſſimos hujus temporis doctores in communione ſua toleraverint, 2 Tim. II: 14.—III: 5.—IV: 3. Tit. I: 10. III: 9. Jud. 12. Jac. II. Charitatem 3. haud parum inminutam fuiſſe, Chriſtus in Ep. ad Epheſ. Ap. II., quae Eccleſiam hujus temporis univerſalem, ſenſu ſecundario et prophetico, repraeſentat, diſerte declarat. Charitatis autem nomine eo in loco pietatis, et omne genus virtutis, ſtudium et exercitium inſignitur. Praeterea otio, rebus hujus mundi quaerendis, aliiſque ſe multi tradiderunt vitiis, ut ex monumentis ſupra memoratis, facile foret, ſi opus eſſet, demonſtratu. Viguerunt utique in ſpecie lites et diſcordiae; Jac. IV. et Clem. ad Cor. §. 3.— nec non §. 45., contemtus pauperiorum et viliorum Jac. II., temeraria judicia et condemnationes aliorum ib. III., ambitio et dominatus, 3 Joh. 4. Clem. ad Cor. §. 44. invidia, uti Clem. in Ep. ubique et Jac. III: 14. ſocordia et pigritia in operando, et victu quaerendo Tit. III: 8, 14. 1 Tim. V: 13. amor ſeculi, uti Joh. in prima epiſt. indicat, et Jac. IV: 2. nec non apud Hermam l. I. viſ. 3. *ſic vos infirmati a ſecularibus negotiis* etc.

 PARTES

PARTES ECCLESIAE ACCIDENTALES

§. CCLXXI. Cum Ecclesiae, ad se relatae, florens conditio in Ductoribus et Doctoribus illustrioribus, donisque Dei extraordinariis, denique in pace Ecclesiastica, per haereses et schismata non turbata, consistat, faciem Ecclesiae hac quoque parte minus lucidam fuisse et prosperam, negari nequit, quia virorum talium et donorum laboravit penuria, et per haereses ac schismata fuit concussa. Quod ad *prius* adtinet; praeterquam quod Apostoli et primi euangelistae fuerint e vivis sublati, vel paulo antea, vel in principio periodi, Johannes primum in exilio, dein, prae nimia senectute, infirmior non solum, sed et minus apud nonnullos honoratus aut reverendus, ita ut Diotrephes ejus monita spreverit, 3 Joh. 9., virorum excellentium non quidem defectum, attamen penuriam sensit Ecclesia, adeo ut multorum memoria non fuerit conservata: uti ex superioribus patet. Dona Spiritus S. extraordinaria non quidem penitus cessarunt, attamen minus fuerunt frequentia, cum parum de iis constet. Novi equidem, Midletonem, et alios, conatos fuisse demonstrare, dona illa post periodum Apostolicam nulla amplius fuisse concessa, sed iis adsensum praebere non ausim, contra Veterum diserta testimonia. Quorum unum, ad nostrum pertinens intervallum, hic protulisse suffecerit ex Clemente Romano ad Cor. §. 48. quem locum etiam citavit Clemens Alexand. Strom. l. I. c. 7. ex quo lectio vitiata emendanda est. *Sit aliquis*, inquit Clemens Romanus, *fidelis*, *sit potens in explicanda cognitione*, *sit sapiens in discretione sermonum* (spirituum discretionem adpellavit Paulus 1 Cor. XII.) *sit stupendus in operibus* etc. Quae verba, quod nobis hic sufficit, haud obscure indicant, dona illa adhuc obtinuisse in Ecclesia Corinthiaca. Nec obstat, quod donorum istorum communicatio fuerit Apostolis, instar privilegii, adstricta, adeo ut post ipsos, quippe a nemine danda, locum amplius habere non potuerit, cum quod hac periodo

riodo non defuerint ab Apostolis hoc dono ornati, et Johannes adhuc in vivis fuerit, tum quod Deus extraordinarie in nonnullos conferre subinde potuerit, sicut in principio Gentibus, uti Cornelio et sociis contigit, tum denique, quod observo, communicatio Spiritus S. per Apostolos ad donum linguarum, et inspirationem propheticam, tantum respexerit, non ad quaevis miracula alia, uti ex Act. II et X. 2 Tim. I: 6. Act. VIII: 16. XIX: 6. manifestum esse reor. Quod speciale donum postea cessavit, quia eo non amplius opus erat.

HAERESES

§. CCLXXII. Ad pacis Ecclesiasticae contemplationem si nos conferamus, Ecclesiae faciem et hac parte haud parum fuisse commaculatam, et obscuratam, deprehendemus, per haereses Gnosticorum, hoc intervallo jam ortas: cum enim illi homines adhuc commixti erant credentibus, nec publice ab Ecclesia separati, ejus pulchritudem et puritatem haud parum deturparunt. Hegesippus apud Eus. H E. III: 32. et IV: 22. refert, Ecclesiam usque ad Hadrianum fuisse *virginem* et *incorruptam*, quoad doctrinam, non quod nulli essent haeretici, sed pauci, et in Ecclesiae communione latitantes, absque ut in peculiares familias, aut sectas, discesserint: quam veram Hegesippi mentem recte vidit Dodwelius Dissert. Iren. I. secus ac alii, qui ad Ecclesiam Hierosolymitanam restringunt. Cui Hegesippi adsertioni non repugnat, quod 1 Joh. II: 19. haereticos *ex nobis exiisse* declarat Johannes, quia epistola non nisi circa Trajani tempora fuit scripta, ut supra observavi, et de initiis separationis haereticorum intelligi queat. Verum licet Ecclesia hac ratione non ita fuerit per haereticos turbata, sicut sequentibus temporibus, nec tantam exteris praebuerit offensionem, cum Ecclesiae non fuerint scissae, nec haeretici palam innotuerint, dici tamen nequit, quod tradit Hegesip-

 pus,

pus, Ecclesiam nihil passam esse detrimenti, cum Ecclesiae adhuc inserti errores facilius propagare potuerint, et Ecclesiae puritatem corrumpere. Accedit, Gnosticos sequentium temporum ad eos, hac periodo jam vigentes in communione Ecclesiae, provocare potuisse, uti fecerunt, ad antiquitatem suam demonstrandam.

§. CCLXXIII. *Gnostici*, quorum adcuratior tradenda est notitia, cum duplicis fuerint generis, alii *Theoretici*, circa dogmata versati, alii *practici*, circa ethicen et praxin vitae: a posterioribus, quorum clarior et uberior in Script. S. seu 2 Petr. Jud. et Apoc., exstat mentio, auspicabor. Hypotheses eorum duae fuerunt, virtuti et societati admodum noxiae, et Christianismo valde injuriosae; *una*, qualecunque voluptatum carnalium, ac libidinum, exercitium, damnatis conjugiis, esse licitum, *altera*, relationes parentium et jubentium, dominorum et servorum, prorsus nullius faciendas, adeoque omne Magistratuum inperium respuendum esse. De *priore* diserta testantur 1. loca 2 Pet. II: 10, 13, 14, 18, 20. et Jud. 7, 8, 16., 2. comparationes, ab Apostolis institutae, cum incolis antediluvianis, Sodomitis et Israelitis, qui tempore Bileami ad libidinosos congressus cum Moabitidis foeminis pellecti sunt, 3. nomina quoque symbolica Bileamitarum et Nicolaitarum, quia, Bileamum imitati, populum Dei, seu Christianos, ad carnales concupiscentias adliciebant, et suo subjiciebant inperio, falsi doctores: de quo mox, 4. denique traditio Ecclesiast. de Nicolaitis mox proferenda. De *posteriore* quoque clare constat ex 2 Pet. II: 10. nec non ex oppositione ipsorum, ac angelorum bonorum, quippe qui conviciis non proscindebant principem spirituum malorum, uti hi homines Magistratum, Jud. 9. coll. Zach. III: 1. Fundamentum harum hypothesium vel occasionem et praetextum, praebuit perversa opinio de libertate Christiana, in plenissimam licentiam conversa 2 Pet. II: 19. Jud. 4. acsi omne vinculum, omnemque subordinationem, tolleret.

§. CCLXXIV.

§. CCLXXIV. Autores harum hypothesium in obscuro sunt. Antiqua vero traditio habet, eas a Nicolao, euangelista et diacono, Act. VI. repetendas, indeque nomen Nicolaitarum, quo insigniti sunt, derivandum esse. Cujus traditionis primus autor, qui nobis innotuit, est Irenaeus adv. haer. I: 26., propagator Clemens Alexand. Str. II: 20. et III: 4. qui tamen discrepant circa modum, quo haeresis a Nicolao fuit profecta. Magistrum fuisse ejus, adeoque eam quoque fovisse, indicat Irenaeus, sed Clemens eum excusat, et culpam in discipulos ejus conjicit, tanquam qui verba et facta ejus perverse sunt interpretati. Cum enim dixisset, Τὸ δεῖν παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ *oportere abuti carne;* illi hoc de carnis et concupiscentiae usu accepissent, cum Nicolaus ejus crucifixionem ac contemtum intendisset: praeterea, cum Zelotypiae suspectus haberetur, vel accusaretur, uxorem in medium adduxisset, et ejus copiam dedisset omnibus: quod ejus facinus in meliorem quoque partem interpretatur Clemens. Unde factum est, ut alii deinceps Nicolaum defenderint, alii damnarint. Sed ipsa illa discrepantia Doctis deinde occasionem praebuit totam traditionem in dubium vocandi, vel negandi, tali nomine adpellatos homines exstitisse hoc tempore, aut a Nicolao illo traxisse nomen Nicolaitarum: qui, nomen illud potius pro mystico ac symbolico habendum, idemque notare ac Bileamitas, adeoque victoriosos, et superbos, populi domitores, autumant, ac ex Ap. II: 6, 14, 15. probant. Absurdum quoque esse addunt, Nicolaum, tam insignem virum, tanta commaculari nota, ut tam execrabilem pepererit familiam. Ita instituit C. Vitringa Obs. S. l. IV. c. 9. et autor, qui Irenaeum Massueti recensuit in Act. Erud. Lips. a. 1712. Cui sententiae sese opposuit Moshemius, vir praeclarus, in peculiari Diss., recusa in syntagm. Diss. ad Hist. Eccles.

§. CCLXXV. Dubio quidem caret, ut meas expromam hac de re cogitationes, exstitisse tales homines, quocunque insigniti fuerint nomine, qui eas foverint, et exercuerint,

opiniones, adeoque traditionem esse veram, uti ex ep. Petri et Judae patet, ita ut hac probatione opus non fuisset sed 1. hos homines autumaverim nomine Nicolaitarum fuisse primum notatos a Spiritu in Apocal., ad eorum indolem et mores depingendos, adeoque nomen, non a Nicolao tractum, sed mysticum esse et symbolicum. Praeterquam enim, quod Irenaeus et alii illud ex Apoc. desumsisse videantur, cum de alia origine nihil constet, aut alicubi tradatur, adeoque eorum narratio, tanquam fundamento destituta, tanti non sit facienda *a.* de Nicolao nihil simile in Act. Apost. aut Epist. eorum occurrit *b.* Narratio ipsa fabulam sapit, et a simplicitate prima nimium abhorret, ex perversa alicujus dicti interpretatione tam execrabilem fuisse ortam haeresin, et Nicolaum ad tam absurdum facinus, in uxore prostituenda, ob tam levem causam, fuisse adductum. *c.* Longe aliud, et plausibilius, fuisse fundamentum, in libertate Christiana positum, cui hypotheses fuerunt superstructae, ex Ep. Petri, ut modo observavi, manifestum est. *d.* Haeretici in Apoc. non propriis sed symbolicis nominibus venire solent, quibus characteristicae eorum qualitates luci exponuntur; uti ex nominibus Jezabelis, et aliis, nec non libri Apoc. indole, facile patet. Quod in titulo Nicolaitarum adhuc clarius sese offert, cum ad Bileami nomen manifeste adludatur, et illi cum Bileamo comparentur, non tantum, quod Christianos voluptati carnali, sicut Israelitas Bileam, subjecerint, sed et, libertatem promittentes, eos astute in servitutem pudendam praecipitaverint. Nomina vero Bileami et Nicolai sibi respondere, in oculos incurrit, cum utrumque *victorem populi* denotet. 2. Sed a verisimili non abhorret, ipsos illos, cum Nicolaitae adpellarentur, aliam ejus nominis originem, invidiae et contumeliae vitandae ergo, excogitasse, seseque a *Nicolao*, celebri illo viro, denominari vulgasse, et, ut illud demonstrarent, dictum ac factum ejus in medium produxisse. Quae conjectura nostra aliquid roboris acquirit ex eo, quod Clemens

Alex.

Alex. iſtam narrationem de Nicolao iſtis hominibus, tanquam autoribus, adtribuat. *Dicunt*, inquit Clemens, *ſe ſequi Nicolaum, adducentes quoddam viri ejus adagium.* Quo etiam referri poteſt, quod ψευδώνυμοι *falſo ſic dicti Nicolaitae* adpellentur in Conſt. Apoſt. VI: 8. Qua ratione Veterum traditio de Nicolaitis a Nicolao dictis admitti quoque poteſt.

§. CCLXXVI. De tempore ortae haereſios non niſi in genere aliquid ſtatui poteſt. Cum Petrus in poſteriore ſua epiſt., paulo ante mortem ejus ſcripta, ſub initia perſecutionis Neronianae, eos, tanquam mox orituros, futuri quoque temporis verbis uſus, depingat, Judas, qui poſt Petrum ſcripſit, eos, tanquam inter Chriſtianos latitantes, uti v. 4., deſcribat, in Apoc. vero, ſub finem Domitiani Johanni facta, jam prodeant, tanquam odioſi Eccleſiae facti, adeoque notiores, probabile eſt, eos poſt Neronis tempus eas hypotheſes ſibi formaſſe, et mores, iis congruos, induiſſe, dein latenter propagaſſe, et ſec. ſeq. demum in peculiarem ſectam palam ſeceſſiſſe, et nomine Nicolaitarum vulgo innotuiſſe.

§. CCLXXVII. De *Gnoſticis*, eximie ſic dictis, ſeu Theoreticis, hujus intervalli antequam differam, generalem eorum notitiam, ut ordine procedam, et quia ſec. ſeq. ſaepius de iis agendum eſt, praemiſiſſe, viſum eſt a re non alienum, reſpectu nominis, capitum, circa quae potiſſimum verſantur, hypotheſium praecipuarum, et temporis, quo orti ſunt. *Nomen* Gnoſtici, quod non peculiari alicui eorum ſectae proprium, ſed omnibus commune eſt, ſive jam hoc ſec., ſive ſeq. ipſis inditum, a γνώσει, ſeu, quae vocis non eſt inſolita ſignificatio, rerum perennium, aeternarum, ac divinarum *ſcientia* tractum, ipſis adhaeſit, quod eam non tantum prae reliquis ſibi vindicarint, ſed et, per eam ſe, Deo quaſi ſimiles factos, beatitatem conſecuturos eſſe, temere et adroganter putaverint, vid. Clemens Alexandr. Strom. l. II: 3., cum gregarii credentes per *fidem* ſervandi ſint, ſe-

 cundum

cundum ipsos. Unde est, quod se τέλειους *perfectos*, et γνωστικοὺς *scientia praeditos*, adpellaverint ipsi, Clem. Paedag. l: 6. fin. saepe in Epist. Barnabae, et apud Iren. adv. Haeres. Nec a probabili abhorret, Paulum ad hanc eorum γνῶσιν *scientiam* hic illic adlusisse, uti 1 Cor. VIII: 1. et 1 Tim. VI: 20. ubi ψευδώνυμος *falso sic dicta* γνῶσις *scientia* memoratur. Quo etiam digitus censetur intendi, cum in Script. et apud Patres γνῶσις illa vera, sed cum fide conjuncta, tribuitur veris credentibus, opposite, ut putatur, ad Gnosticos. De quo legi meretur Hammond. ad 2 Pet. I: 5. sed cum judicio, quia modum vix tenuit, et ad eum Clericus; ne alios citem.

§. CCLXXVIII. *Capita*, quae hos homines occupatos praecipue tenuerunt, et quibus explicandis incubuerunt, haec potissimum duo fuerunt; *unum*, quo ordine et serie res omnes in Deo sint, ac ex Deo, Ente supremo. Quam rerum successionem Apostolus censetur adpellare *genealogias infinitas*, 1 Tim. I: 4. sicut Cabbalistarum *Sephiroth* sunt, seu longa series adtributorum ac emanationum Dei, earumque recensiones. Quo etiam referuntur ἀντιθέσεις 1 Tim. VI. 20. quasi dicas, *oppositos parallelismos*, quibus omnia in parallelismo opposita computabantur: uti ex Iren. l. I. elucescit. *Alterum* caput constituit peccati et mali origo et causa. *Eadem materia*, inquit Tertullian. de Praescript. haeret. c. 7. loco in rem notabili, *apud Haereticos et Philosophos, volutatur, iidem retractatus inplicantur; unde malum, et quare? et unde homo et quomodo? et, quod proxime Valentinus proposuit, unde Deus?* Vid. etiam Epiphan. haer. 24. Fuit quoque haec Philosophorum per omnia tempora disquisitio, est etiam nunc, eritque in posterum. Generaliores vero eorum hypotheses, ad haec duo capita pertinentes, *prioris* respectu comprehenderunt, partim *adtributa* Dei, certo ordine et serie disposita, ex Deo quasi manantia, et ex se invicem derivata, quae *mundum Aziluthicum* adpellarunt Cabbalistae, partim *hypostases*, per varias emanationes ex Deo ortas: quae

quae fuerunt. 1. *Intellectuales* mentes separatae, et animae sublimes: mundus Cabbalist. *Briaticus.* 2. *Angeli*, inferiora curantes, mundus Cabbal. *Jezirathicus.* 3. *Corporales*, mundum visibilem absolventes, qui *Asiaticus* dicitur Cabbal. Quod ad *posterius* adtinet caput, cum *materiam* statuerint increatam, et aeternam, sed animatam, eandemque sedem ac originem mali, adeoque *secundum* introduxerint rerum principium, ne Deum causam mali facerent, sequentes tenuerunt hypotheses: 1. mundum hunc ab Angelorum principe, quem Demiurgum vocarunt, formatum esse jussu Dei, adeoque bono quidem in principio, sed malo deinceps facto, cum Mundi, a se formati, vellet esse Dominus. De quo vid. Beausobr. hist. Manich. tom. II. Hunc 2. instituisse oeconomiam legalem Mosaicam, cum ejus autor se severum et malum praestiterit, 3. Christum, Patris, principii supremi boni, emanationem summam, in mundum fuisse missum, ut eum, a corruptione, et malo, vindicaret, et Patrem notificaret Deum supremum et bonum, a Creatore aeque ac autore oeconomiae Veteris diversum. 4. Christum non veram, sed phantasticam adsumsisse carnem, quia ceteroquin peccato non caruisset: a qua opinione denominati sunt δοκηται *Docetae:* de quibus Idem Beausobr. l. cit. legi meretur: repetit autem eorum origines a Platonica Philosophia, et rationes exponit, quibus haec opinio fuit firmata. 5. Conjugium esse fugiendum, quia carnis exercitium sine peccato non est, et ejus propagationem adfert: licet postea Valentinus et Basilides laudarint conjugium. 6. Abstinendum propterea quoque esse ab omnibus rebus, quae concupiscentiam fovebant, uti a carne, vino, cibisque aliis variis: quo respexit Ap. 1 Tim. IV. Denique 7 *carnis*, in qua peccatum inseparabiliter residet, nullam dari resurrectionem: cujus erroris vestigia superiore periodo sese jam ostenderunt; uti suo loco vidimus.

§. CCLXXIX. Licet haec haeresis, ut de tempore, quo incepit, aliquid moneam, per Basilidem et Valentinum perfec-

tiorem et novam acceperit sec. II. formam, origo tamen ejus altius est repetenda, et huic intervallo adsignanda, ita ut circa finem seculi jam fuerint, qui similes tenuerunt hypotheses. Negari utique 1. vix potest, quin Johannes non tantum, sed et Paulus, eos in oculis habuerit; sicut 1 Tim. I: 4. et IV: 1.— ubi *doctrinae daemonum* aliae non sunt ac emanationum et hypostasium ex Deo ortarum; nuptiarum quoque ac ciborum usus vetitus ad hos pertinet homines: quibus colores c. V: 4, 5 et 20. quoque recte conveniunt: nec alii fuerunt, qui resurrectioni carnis sese opposuisse dicuntur 2 Tim. I: 16.— Johannes eos clarius designavit in Epistolis, sec. seq. in initio scriptis, quando in publicam lucem prodire, et se ab Ecclesiae communione separare coeperunt, 1 Joh. II: 19. Inputatur vero ipsis, quod Jesum inter et Christum distinxerint, et Christum veram habuisse carnem negaverint. Quod Cerinthiani, de quibus mox, fecerunt. 2. Constans Veterum traditio de Gnosticis sec. II. ab antiquioribus originem repetentibus, de quo vid. Pearson. Vind. Ignat. p. II. c. 6., si quid veri habeat, uti debet, eos hoc intervallo jam exstitisse certum est. 3. Denique huic periodo adligantur a Veteribus Simoniani, Menandriani, et Cerinthiani, et illis tales tribuuntur hypotheses. De quibus adcuratius instituo disserere.

§. CCLXXX. *Simonianorum* doctrina, ex Irenaeo l. I. c. 23. Recognit. et Hom. II. Clementis, et Epiphanio Haer. 21. petenda, sed judicio adhibito critico, haec narratur habuisse capita. 1. Simonem esse, ut ipse de se dixit, *sublimissimam Dei virtutem*, h. e. *eum*, *qui est super omnia*, *Patrem*. 2. Uxorem ejus, Selenem vel lunam, alias Helenam dictam, esse ἔννοιαν primam mentis ejus conceptionem, matrem omnium. 3. Angelos et Archangelos per eam esse factos, et per eos hunc mundum. 4. Ennoiam autem illam hominibus quidem concessam, sed ab Angelis detentam, et carceri esse inclusam. 5. Simonem autem venisse, ut eam liberaret, hominibus per sui *agnitionem* praestaret salutem,

ac

ac Angelos poteſtate privaret. 6. Carnem ſe adſumſiſſe, non veram, ſed putatitiam, nec niſi in imagine paſſum, 7. nullam dari reſurrectionem, et quae ſunt alia, modo in generali deſcriptione adducta. Gnoſticorum hypotheſes licet in hoc ſyſtemate ſeſe clare prodant, quid ſibi primae theſes de *ſe et uxore* ſua velint, explicitu eſt difficile. Suborta quidem mihi eſt cogitatio, Simoni eas fuiſſe adfictas ex confuſione cum Simone Mago, qui ſe *magnam Dei virtutem* dixit Act. VIII. ita ut, cum haereſiarcha, a Simone Mago probe diſtinguendus, dixerit cum Gnoſticis, Dei ſummi uxorem eſſe ἔννοιαν *ennoiam*, Patres ad Simonis, qui ſe Deum jactavit, uxorem retulerint: ſed ſi haereſiarchae fuerint opiniones, alterutrum ſtatui poteſt, vel, eum ſe et uxorem conſideraſſe, tanquam inſitas habentes ſupremas *aeones* Gnoſticorum, *uxorem* Helenam quidem ſpiritum, et *ennoiam*, matrem omnium, ſeu vim effectricem, ac purificatricem, animarum rationalium, in Luna, unde Selene vel luna dici potuit, reſidentem, ſe vero maſculum *aeonem*, et veniſſe, ut illam matrem, ab Angelis, mundi creatoribus ac gubernatoribus, detentam, liberaret, et homines, ſeu animas, e ſervitute eriperet per doctrinam ſuam, et vim illam inſitam daemones ſubigendi; quo *magia* referri poteſt ipſi tributa, nec non titulus ἑστῶτος *ſtantis*, ac inmortalis, quo ſe inſignivit, *vel*, conjugium illud ſuum reſpici voluiſſe, tanquam emblema Dei, ejuſque emanationis, adeoque ſignificare, in Deo, ente neceſſario exiſtente, eſſe *rationem*, ſapientiam, eamque primam emanationem, ei arcte adhaerentem, et adamatam.

§. CCLXXXI. Sed Epiphanius de Simone tradit, eum, ſe eſſe ſummam Dei vim, et uxorem ſuam Spiritum S., dixiſſe: qua ratione ſe pro Filio Dei venditaſſet, quod Pſeudo Abdias in hiſt. Apoſt. l. I. confirmat, et Clemens Alex. Strom. II: 22. imo Hieronymus ad Matt. XXIV. haec ejus verba citat: *ego ſum ſermo Dei, ego ſum ſpecioſus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.* Quae ſi ſecum concilianda ſint, advocandus eſt Irenaeus, qui Simonem ſe in

Samaria praetuliſſe *Patrem* tradit, Judaeis ut Filium adparuiſſe, reliquis Gentibus ut Spiritum S.: ſcilicet, cum perſonas in Trinitate cenſeri poſſit confudiſſe, ſicut poſtea Sabellius fecit, ſtatuere liceret, eum ſignificare voluiſſe, Deum apud Samaritanos, unde originem putatur traxiſſe Simon, propriam habere ſedem, quare montem Garizim legitur Hom. II. Clem., ſubſtituiſſe Hieroſolymae; miſiſſe autem *filium* ad Judaeos, vel iis ſe tanquam filium manifeſtaſſe, adſumta carne putatitia, quare ſe Chriſtum dixit, cum autem vera non eſſet indutus carne, ἑστως *ſtans*, ſeu inmortalis, dictus eſt: quare Petrus Simoni in Hom. Clem. XVIII. legitur dixiſſe, *tu non es ὁ ἑστως υἱος ſtans filius.* Inter reliquas vero gentes fuit tanquam *Spiritus S.*, quia ſola ratione gaviſae ſunt. Quicquid de his omnibus ſit, illud clarius eſt, ennoiam, ſeu rationem, ab Angelis detentam, intelligendam eſſe de ratione a carne ſuppreſſa, ita ut homines ſecundum eam non vivant, et Simonem ſe jactaſſe veniſſe, qua Filium Dei, et in carne adparuiſſe, ut homines ad rationis uſum revocaret, ac ad ſupremum Deum adduceret. De quo modo expoſui.

§. CCLXXXII. Simonem haereſiarcham, unde Simoniani nomen traxerunt, eundem eſſe ac Simonem Magum, a Petro percuſſum et deturbatum, tradit Irenaeus l. c., quem alii ita ſecuti ſunt, ut communis facta fuerit opinio: a qua diſceſſit C. Vitringa Obſ. S. V: 12.; exiſtimans, alium fuiſſe haereſiarcham, gente Judaeum, Pythagoricae diſciplinae deditum, qui ſub Domitiano floruit, hac potiſſimum ratione ductus, quod, Simonem Magum, a Petro Act. VIII. proſtitutum, fidem inter Chriſtianos reperire potuiſſe, probabile non ſit. Eandem fovit, et demonſtravit ſententiam de haereſiarcha, a Mago diverſo, Beauſobr. de Adamitis ad calcem Lanfantii Hiſt. Belli Huſſit. p. II. Ipſe quoque dudum, aliis argumentis, eandem opinionem adſtruxi in Diſſert contra Artemonium, initii Euangelii Johannis reſtitutorem, potius corruptorem, quae cum inde repeti poſſint, brevibus abſolvam.

absolvam. Praeterquam quod de Simone Mago, tanquam haeresios autore, sileat Lucas in Act., nec Paulus in Ep. ad Tim., ubi alios viros nominat, ejus meminerit; plurimae praeterea narrationes de eo fictae sint, ut in vita Petri habuimus, quae occasionem communi opinioni dedisse videntur, 1. Hegesippus, cujus fragmentum exstat apud Euseb. H. E. IV: 22. haud obscure indicat, eum a Simone Mago fuisse diversum, eoque posteriorem, non tantum quod *Simonem* simpliciter adpellet, unde *Simonianos* esse dicit, sed ei praemittat aliquem Thebuthim, quem post Jacobum justum, Alphaei filium, occisum, et Simeonem in ejus locum electum Episcopum Hierosolym., circa tempus destructae Hierosolymae, tradit, omnium primum Ecclesiae puritatem vitiasse. Quo cum fuerit posterior Simon haeresiarcha, alius fuerit ac Magus, et sub Domitiano floruerit, necesse est. 2. Ex Clemente Alex. Strom. VII. versus fin. p. 899. haud difficulter quoque colligitur, Simonem fuisse Petro posteriorem, cum tamen Magus. ejus fuerit aequalis, cum quod Petri *paulum temporis* dicatur tantum auditor fuisse, tum quod haereticorum successio sit catholicorum recentior, secundum Clementem, tum denique Theodade, qui Paulo familiaris fuit, tradatur *posterior*. Videtur autem Theodades, etiam Theudas dictus, idem fuisse ac Thebuthis Hegesippi: quae nomina haud multum differunt. 3. Simoniani ipsi quoque negarunt, teste Irenaeo I: 27., se Simonis Magi esse sectatores; praeterea Simon Magus, ejusque adseclae, se pro Christianis non venditarunt, nec habiti sunt, uti Beausobre Hist. Manich. t. II. quoque probavit, cum tamen Simon haeresiarcha Christianam fidem professus sit, etiam libros nomine Christi, et ejus discipulorum, finxerit; sicut Const. Ap. VI: 16. et alii testantur. Nec illud negligendum, Simonis Magi sectatores tempore Origenis vix ullos amplius fuisse, ita ut 30 vix numerari queant: ut ipse testatur contra Cels. l. I. c. 57. sed Eusebius suo tempore superfuisse tradit Simonianos, H. E. II: 1. ut et

Pseudo-Cyprianus *de rebaptismate*, ad calcem Oper. Cypriani.

§. CCLXXXIII. Successor ejus, ut fertur, fuit *Menander*, et ipse Samaritanus, e vico Capparetaia, Just. Mart. apol. I: 34. cujus hypotheses parum a Simonis differunt, ut patet ex Irenaeo I: 23. et Euseb. H. III: 26. *Primam* dixit omnibus incognitam *virtutem*, Dei scilicet summi essentiam; tantum ex emanationibus cognosci: se autem missum esse *salvatorem* hominum, scilicet quatenus vel in se praetulit servatorem, vel ejus praeconem gessit, uti modo de Simone notavi. Quod vero discipulos suos morti non esse obnoxios dixerit, verbis ex Joh. VIII: 51. *qui in me credit, mortem non videbit*, desumtis, illud ex Irenaeo explicari poterit, qui tradit, discipulos ejus, secundum ejus doctrinam, *per baptismum accipere resurrectionem*, et sic *ultra mori non posse*. Tenuit itaque, cum reliquis Gnosticis, resurrectionem jam factam, eamque in renovatione Spiritus, seu regeneratione sitam esse: cum crassa caro ad se non pertineat, sed illud tantum, quod spirituale est, se mori non posse statuit, sed fieri totum Spiritualem, carne et carnalitate pereunte.

§. CCLXXXIV. Praeter Gnosticos, proprie dictós, memorantur inter hujus intervalli haereticos *Cerinthiani*, ab haeresiarcha suo Cerintho nomen nacti. De quo, ejusque opinionibus, itaque disserendum est. Parum certi de ipso constat: in AEgypto eum Philosophiae operam dedisse, et dein Hierosolymis, Caesareae, et alibi, restitisse Apostolis, tradit Theodoret. haeret. fab. l. II. in Asia vero haeresin longe lateque disseminasse refert Epiphan. haer. 28. Additur, eum Ephesi ruina balneorum oppressum esse; quod tanquam figmentum jam rejecit Reinesius ep. 57. Ortum videtur ex historiola Johannis, Cerinthum in balneo videntis, et dicentis, *fugiamus, ne balneum concidat, quia Cerinthus ibi est*. De quo supra dixi. Hujus viri opiniones ex Irenaeo l. I. c. 26., rectius quam ex Epiphanio, et aliis,

aliis, petuntur, qui aliena, nec satis cohaerentia, admiscuerunt. Ex Irenaeo tantum liquet, eum cum Gnosticis nihil habuisse commune, nisi hoc unum, mundum ab Angelis esse creatum, quod qua ratione intellexerit, non constat Epiphan. vero addit, legis et oecon. Mosaicae, secundum ipsum, autorem fuisse *malum*, nec Christum habuisse veram carnem; sed de eo silet Irenaeus, nec illud cum legis observantia, ac circumcisione, quam, ipso Epiphanio tradente, admisit, consistere potest: nisi, illud ex confusione Cerinthianorum cum Ebionaeis fuisse ipsis adscriptum, quis velit. Irenaeus profecto nihil de eo habet, in genere tantum dicit, eos cum Ebionaeis multum habere commune, nec Tertull. de Praescr. haeret. c. 48. Ipse Epiphanius haer. 30. dicit, Ebionaeos hac una in re ab aliis, inter quos Cerinthiani locum habent, discrepare, quod Judaicos amplexi sunt ritus. Ignatium in ep. ad Magnes. de haereticis Judaizantibus loquentem, Cerinthianos in oculis habuisse, certum non est, cum ad Ebionaeos et Nazarenos respicere potuerit. Dici forte posset, quod Epiphanius quoque innuit, eos aliquam legis partem tantum adoptasse. Sed illud suo relinquamus loco, et hypotheses Cerinthi ex Irenaeo in lucem proferamus, quae ad Christum spectant. Statuit, teste Irenaeo, *Jesum* esse merum hominem, nec ex Maria virgine per Spiritum S., sed ex Maria et Josepho, instar aliorum hominum, esse natum, veraque, non putatitia, carne praeditum: *Christum* vero emanationem esse summi Dei, ac τὸν λόγον *sermonem* ejus, qui sese cum Jesu homine, tempore baptismi, arcte univit, fere ut olim Spiritus S. cum prophetis, et miracula patravit, sed, tempore passionis, se ab ipso separavit, eumque solum reliquit, donec sese ultimo tempore demum cum Jesu sit uniturus, et regnum millenarium erecturus. Interea Jesu hominis resurrectionem agnovit, ut Iren. adfirmat, sed unionem eum Christo eousque cessare statuit. Distinxit itaque inter Jesum et Christum, tanquam inter hominem et filium Dei,

 per

per Jesum *hominem*, et per Christum *Deum* intelligens, Christumque non personaliter et inseparabiliter cum Jesu unitum fuisse, sed ad tempus, et sicut cum prophetis, censuit. Quo Johannes in *1ma* epist. respicere censetur, ubi eorum mentionem fecit, qui *Jesum negant* esse *Christum*. Quod ad *regnum millenarium* adtinet, ex Cajo et Dionysio, sec. III. scriptoribus, refert Eus. H. III: 28. Cerinthum pro autore ejus non tantum haberi, sed et statuisse, Christum, nondum resuscitatum, tunc demum resurrecturum, simul regnum illud in carnis voluptatibus fore situm. Quod per omnia verum non est, ut ex modo dictis patet. Exclusit quidem Cerinthus nullas licitas delectationes, sed de illicitis nihil habet, nec eas solas regnum illud constituturas esse dixit. Admitti quoque nequit, quod Epiphan. adserit, Cerinthum *duo* priora cap. Matthaei rejecisse, quia veram in Christo carnem, et nativitatem e muliere inficias ivit: nec enim id negavit, ut modo observavi, quin Jesum ex Maria et Josepho fuisse ortum statuit, nec ideo capita illa amputavit, sed quia in euangelio Matth. *secundum Hebraeos* non exstiterunt, quo usus est Cerinthus, una cum Ebionaeis: accedere potuit et illa ratio, quod nativitas e virgine sine ope viri, quam negavit, ibi clare sit consignata. Ceterum, ut id obiter observem, ex Cerinthi opinione, de divinitate, per nomen *Christi* expressa, liquet, quam antiqua fuerit haec nominis Christi explicatio, a Veteribus Sec. IV. adoptata; uti ab Hilario de Trinit. l. XIX. et alibi saepe, Greg. Nazianz. or. 36. Nysseno in Anthirret. §. 52. Cyrill. Hieros. cat. X. Archelao in disput. cum Manete apud Zacagn. in monum. Vet. §. 50. Nec defuerunt inter eos, qui divinitatem, tempore mortis Christi, a corpore ejus fuisse disjunctam, tenuerunt: ut liquet ex Epiph. haer. 20 et 60. Ambrosio de symbolo c. 13. et Hilario in Matth. quem tamen ab hac sententia vindicare conati sunt Benedictini, novissimi operum ejus editores, in Praef.

§. CCLXXXV.

§. CCLXXXV. Cerinthianis in opinione de Christo, ejusque duabus naturis non personaliter unitis, consenserunt *Ebionaei*, teste Irenaeo l. I. c. 26. secundum veram ejus lectionem, in codicibus vitiatam. Verba ita habent: *qui autem dicuntur Ebionaei consentiunt quidem, mundum a Deo factum: ea autem, quae sunt circa Dominum, non similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur:* pro *non similiter* omnino leg. *consimiliter*, re ipsa et structura sermonis exigente: sicut a Grabio jam est observatum, et ante eum a Pearson. Vind. Ignat. p. II. c. 2. qui ex ipso Iren. IV: 59. illud confirmat, sed clarius ex Iren. V: 1. adstruitur. Audiendi itaque non sunt, qui aut lectionem retinent, aut alia ratione ei succurrunt. In eo itaque a Cerinthianis discreparunt, quod a Deo summo tenuerint mundum esse factum, cui Tertull. praescript. haeret. c. 48. etiam adstipulatur. Cum vero, respectu doctrinae de Christo, consenserint ipsis, recte colligitur, eos Christum esse ψιλον ἄνθρωπον *nudum hominem*, non absolute, sed restricte, dixisse, quatenus, vera divinae naturae cum humana unitione negata, Jesus, in terra versatus, *Deus* dici, aut agnosci, non poterat, in primis, cum *Christus*, seu divina persona, eum tempore baptismi demum occupaverit, et passionis deseruerit, ante et post nudus tantum homo fuerit. Quo respectu Iren. IV: 59. dicere potuit illos negasse, *Deum salutem operatum esse in terra:* ut et Tertull. l. c. Cerinthum *Christum hominem tantummodo sine Deitate* contendisse, et Ebionem *nudum hominem constituisse Jesum.* Quod alias, absolute acceptum, veritati non foret consentaneum: uti ex dictis liquet, et Epiph. haer. 30. confirmat, qui tamen alibi Ebionis discipulis adtribuit opinionem de Christo nudo homine. Traditur porro, sequente tempore duplicis generis fuisse Ebionaeos, quorum alii, Christum ex Maria et Josepho, alii ex Maria virgine per Spiritum S., fuisse natum, statuerunt, uti apud Euseb. H. III: 27. et Origenem contra Cels. l. II. init. Denique et illud constat, eos legis Mosis ursisse ob-

 servantiam,

et iustitiam in obstinatis peccatoribus puniendis, publice demonstravit, ita singulari specimine favorem suum erga Christi Ecclesiam fecit conspicuum, maxime cum Christiani fuerint peculiari Dei cura hac calamitate erepti; uti in historia, suo loco narrata, demonstravi. Quod hic repetere nihil adtinet. 2. Regnum Christi, tanquam spirituale, et gratiae ac veritatis, in claram protraxit lucem, legalem oeconomiam publice et solenniter abrogando, per Reip. et Templi destructionem, quae legalis oeconomiae cessationem secum traxit. 3. Denique Ecclesia est hoc judicio a Judaeorum persecutionibus ita liberata, ut eos in posterum non necesse habuerit multum metuere, aut multum passa sit. Contritae enim sunt vires eorum, et Romanis facti odiosi. Etsi enim Christianos calumniis proscindere, et Magistratus in eos concitare, non cessarint, imo etiam eos, occasione data, subinde adflixerint, uti tempore seditionis Barcochebae sub Hadriano: de quo persecutionis genere satis constat ex Iustino Mart. ap. II. ac contra Tryphon., c. 17. Eus. H. IV: 15,, et Epistola Smyrnens. de martyrio Polycarpi, ubi alacri animo adfuisse dicuntur persecutoribus; Origen. contra Cels. l. III. initio, et comment. in Matth. p. 411.; attamen, cum vires eorum prorsus essent prostratae, ipsique omnium odio expositi, Christianis multum non nocuerunt. *Non enim vobis*, inquit Iustinus Mart. contra Tryph., c. 16. *ea est potestas, ut manus ipsi nobis ad caedem inferatis, propter eos, qui in praesens rerum potiuntur.*

§. CCLXXXVIII. Nec tamen hoc judicium peremtorium in Judaeos ab omni malo tristi sejunctum fuit, relate ad ipsos Christianos. 1. Splendor enim Christianismi, apud Gentes aliquatenus obscuratus, et cursus euangelii interceptus est, quatenus Christianorum et Judaeorum religiones saepe inter se fuerunt confusae, et Christiani pro membris Ecclesiae Judaicae habiti, quia synagogas passim frequentabant, nec separatas semper habebant congregationes, ex Judaeis etiam orti erant, et multi Judaicos adhuc ritus ob-

serva-

servabant. Res ipsa, unde unde etiam orta, dubio vacat, et dudum a Doctis est adserta, uti Lipsio ad Tacit. Ann. l. XV. Barthio ad Rutil. itinerarium l. I. Seldeno Syn. Hebr. I: 8. 2. Non potuit non metum et terrorem ipsis Christianis terribile hoc judicium incutere, cum, qua ratione Deus cum populo, antea electo, egerit, ad animum revocarint, de quo Gentes etiam admonuit Paulus Rom. XI. sollicitudine quoque haud exigua corripi debuerunt, maxime qui ibi inter Judaeos versabantur, tempore ingruentis calamitatis, ne et ipsi hoc diluvio obruerentur; nec dubium est, quin aliquid quoque passi sint, uti publicis grassantibus malis fieri adsolet. Denique 3. licet haud una de ratione laetari potuerint super bono, inde ad ipsos redundante, uti modo observavi: modus tamen, quo illud effectum est, tristitiam ipsis concitare debuit. Erant enim Judaei eorum fratres secundum carnem, judicium quoque ipsis incumbens terribile, maxime si cum excoecatione, et induratione, uti erat, conjunctum consideraretur. Quemadmodum Paulus se expertum esse emphatice admodum confessus est Rom. IX. Prostitutio quoque publica Judaeorum, et religionis Judaicae, a Romanis facta, Christianos valde commovere debuit.

PROPAGATIO ECCLESIAE.

§. CCLXXXIX. *Propagationem* euangelii, ut de Ecclesiae statu accidentali, relate ad mundum Gentilem, nunc disseram, hoc intervallo, finita periodo Apostolica, haud magnam fuisse, facile praesumitur, si ab altera parte ad persecutiones et mala, quae Judaeis evenerunt, respiciatur, ab altera conditio Christianorum moralis adtendatur, qua, persecutiones, ut quid peregrini, intuiti, in fide incipiebant vacillare, et de ardente religionis studio aliquid remittere. Quo etiam pertinet, quod viri illustriores decesserint, et dona Spiritus S. extraordinaria minus fuerint frequentia. Quae opi-

nio de parvo euangelii progreſſu etiam ex hiſtoriae defectu confirmatur: cum enim peculiaris non ſuperſit ejus memoria, exiguum fuiſſe inde recte colligitur, maxime cum, ante et poſt hoc intervallum, celeberrima ſit ejus fama; ſicut de periodo Apoſt. vidimus, et deinceps ſec. II*do* patebit. Sed ex Celſi verbis apud Origen. contra Celſ. l. III., p. 117. quibus dicit, *paucos in initiis fuiſſe Chriſtianos, et idem ſenſiſſe, ſed in multitudinem diſperſos eſſe ſciſſos et diſtractos*, minime colligendum eſt, parvo numero fuiſſe Chriſtianos uſque ad tempora Trajani, quando haereſes maxime in publicum venerunt: poſſunt enim, ſi quid veri iis ſit tribuendum, vel relative ac comparative intelligi, ſicut Gregorius Nazian. in Julian. orat. III. loquitur, vel latitudinem admittere, ita ut, ſtatim ac in multitudinem excreverint, non neceſſe ſit ſtatuere, Chriſtianos adeo fuiſſe ſciſſos, ſed aliquandiu demum poſt. De quo quicquid ſit, cum inviдiae cauſa, et falſo, id adſeruiſſe cenſeri poſſit, illud utique certum eſt, ingentem ubique fuiſſe Chriſtianorum copiam, vel ipſo Plinio teſte; qui in Epiſt. ad Trajanum l. X. ep. 97. adfirmat, *civitates non tantum, ſed vicos etiam, et agros ſuperſtitionis iſtius contagionem eſſe pervagatam.* Cum autem in Aſia fuerit verſatus, Chriſtianiſmum ibi fuiſſe late diſſeminatum, manifeſtum eſt, ſimul hoc intervallo curſum euangelii non fuiſſe ibi repreſſum, recte colligitur: quod ex Johannis, aliorumque virorum praeſtantium, ibi degentium, zelo, quoque confirmatur. Nec tamen de propagatione, poſt Pauli et aliorum Apoſtolorum mortem, aliquid certi conſtat, niſi hoc unum, inter Chriſtianos jam fuiſſe gentiles illuſtriores, et dignitate conſpicuos. Vincula Pauli in Chriſto minifeſtata fuiſſe, et fructuoſa, in praetorio, et palatio Caeſaris, ex Phil. I et IV. ſupra ſuo loco jam obſervavi. Sed ſub Domitiano, adeoque hoc intervallo, de quo agimus, floruerunt Chriſtiani Flavius Clemens Conſ. cum uxore Flavia Domitilla, et Acilius Glabrio, vir Conſularis. Flavius Veſpaſianorum erat familiae conjunctus, et cum

cum Domitiano gessit Consulatum, vir summa autoritate ac dignitate illustris. Hunc cum uxore et Glabrione fuisse jussu Domitiani occisum causa Atheismi, et Judaismi, cum Dio Cassius, a Xiphilino excerptus, referat, eos fuisse Christianos, quippe ea nota inuri solitos, plusquam probabile est, eo etiam magis, quod Suetonius in Domitian. c. 15. idem narrans, Clementem *contemtissimae inertiae* hominem adpellet: quod in Christianos, qui tanquam inutiles et infructuosi traduci solebant, unice quadrat. Vid. de Clemente et uxore ejus Eus. H. III: 18. et in Chron. Lat. ad ann. 97. ubi citat Brutium, historicum Roman., idem testantem. Ceterum, ut illud subjungam, sub Nerone etiam memoratur Pomponia Graecina, Plantii uxor, tanquam *superstitionis externae rea*, Tacit. Ann. III: 32. quatenus Christiana fuit. Alios mitto, ut Poppaeam Sabinam, Epaphroditum, Pudentem, alios, quorum est incerta notitia. Intactam etiam praetermitto quaestionem de euangelio in utramque Indiam jam translato, quam prolixe tractavit Witsius in Misc. t. II., quia res nimis est dubia, et India quoque cum Persia ac Arabia subinde fuerit confusa. Videri quoque potest la Croze hist. Christ. in India L. I. et Beausobr. hist. Manich., ne alios memorem.

PERSECUTIONES.

§. CCXC. De Persecutionum Christianorum a Romanis, quarum prima sub Nerone supra est exposita, secunda sub Domitiano hoc tempore contigit, plures deinde sec. sequentibus grassatae sunt, *caussis* in genere hic disseruisse non abs re fuerit, antequam Domitianam hujus intervalli enarrem, cum res videatur paradoxa, Romanum inperium, ab aequitate et justitia celebre, quodque omnes toleraverit sectas Philosophicas, Judaeis quoque ubique exercitium religionis reliquerit, imo omnibus libertatem concesserit religionis, privatim exercendae, etiam ejus causa in unum co-

eundi, uti notum est, vid. Ampl. Bynkershoek Diss. *de religione peregrina* apud Romanos, ne alios citem, tanto furore in Christianos irruisse, ut vix nomen ferre potuerint, eosque, qua Christianos, summo habuerint odio. In illas rationes inquirenti 1. prima sese offert, ab ipsa religione petita, in eo sita, quod Christiani non tam novam profiterentur religionem, quam eam ubique summo studio conati fuerint introducere, cum publicae et stabilitae religionis Romanorum refutatione, et prostitutione. De quo vid. martyrium Polycarpi, ut et Eus. H. IV: 15. et Praep. Euang. I: 2. Unde varia, morte luenda, nascebantur crimina, sed tantum secundum prudentiam politicam, et rationes status. Memorat quidem Cicero *de legibus* l. II. legem, *Separatim nemo habessit Deos, neve novos, sed ne advenas, nisi publice adscitos, privatim colunto*, sed a se ipso fabricatam, non publice sancitam, adeoque non pro lege duodecim tabularum, nec reip. Romanae, habendam, aut a Romulo profectam, tantum *Coetus nocturni*, tanquam seditiosi, vetiti fuerunt per legem aliquam *duodecim tabularum: collegia illicita, et clandestinae coitiones*, multis saepe fuerunt coercitae edictis. Quarum legum violatarum Christiani, vel in solis suis antelucanis coetibus, rei videbantur. De quo legi meretur Schelius de *jure inperii.* Christianos *a.* sese receptae, et publica autoritate munitae, et cum civitate tam arcte conjunctae, religioni opponere, ejusque moliri destructionem, idque maximo cum zelo, crimen gravissimum ipsis fuit objectum, Just. Mart. Apol. I. §. 32. Habebatur utique illud pro crimine laesae Majestatis populi, et ad statum reip. evertendum tendente. Accedebat, eos contemtum suum, quo religionem Romanam spernebant, omni modo censitos fuisse demonstrare. *Templa ut busta despiciunt*, verba sunt Caecilii, gentilium acerrimi patroni, apud Minutium Felicem in Octavio, *Deos despiciunt, rident sacra, sacerdotum honores et purpuras despiciunt.* *β.* Occasio quoque Atheismi ipsis inputandi hinc fuit nata: de quo vid. Justinus Martyr. apol.

II

β. *Trium flagitiorum infamis rumor de nobis spargitur*, inquit Athenagoras *in legat. pro Christian.*, *ἀθεότης inpietas*, *epulae thyesteae*, *et concubitus incesti.* Quo etiam trahebatur, *quod nullas aras*, *templa*, *simulacra*, *aut ritus externos* habuerint. Minut. Felix in Octavio. γ. Novae religionis, vetere Romana abolita, crimen, morte piandum, Christianis fuit inputatum: cujus respectu Paulus jam ad tribunal Areopag. fuit tractus Act. XVII. Apostoli quoque Antiochiae leguntur accusati a seditiosis, quod *adnunciarint ritus Romanis vetitos* Act. XVI: 21. Fuit etiam hoc crimen, ipsis saepe postea objectum, capitale habitum, *novis ac incognitis religionibus hominum animos commovere.* δ. Accessit, quod *crucifixum* colerent, et *crucem*, unde *crucicolae* dicti sunt; teste Minut. Felice, et Arnobio adv. Gent. l. I.

§. CCXCI. 2. Proximum et adfine crimen erat, Caesaris, et Majestatis, contemtus, inde tractus, quod eum, ut *Deum* venerari, ei thus offerre, et per nomen, aut genium ejus, jurare, recusaverint: unde etiam odium Domitiani in eos fuit accensum. De hoc crimine constat ex Plinio l. c. Tertulliano Apol. c. 32. Euseb. H. IV: 15. et aliis. Nec tamen Christianos intellexerim, cum viro docto, per eos, quos a Caligula occisos narrat Sueton. in Calig. c. 27. *quod numquam per genium ejus dejerassent*: cum eo tempore Christiani vix Romae fuerint noti. 3. Atheismo et inpietati Christianorum multiplicatorum deinceps inputarunt mala, quae Romanum inperium oppresserunt, uti bella, pestes, incendia, et alia, quod Deos, ab ipsis spretos, putarent sibi iratos, Tertullian. Apol. c. 40. Arnobius l. c. l. I. ne alios citem. 4. Ob has, et alias causas plures, Christiani traducti sunt, tanquam Romanorum, seu generis humani, hostes, ut Tertull. Ap. c. 37. testatur, sicut jam Tacitus Ann. XV. dixit, eos haud perinde de crimine incendii sub Nerone, quam *odio generis humani*, seu orbis Romani, quae phrases subinde alternantur, fuisse convictos. Inter rationes communis odii, praeter modo memoratas, etiam fuerunt *a.* quod a

commercio reliquorum hominum abſtinerent paſſim *b.* in ſpecie publicos vitarent et ſpernerent conventus, uti in ſpectaculis, ludis in honorem Caeſaris inſtitutis etc. Tertull. Apol. c. 38, 42. *c.* Orbi quoque Romano excidium denunciarent ſubinde, dum Romanos dixerunt Chriſto eſſe ſubjiciendos, vel finem inſtare Mundi, Tert. ib. c. 32. Lucian. in Philop. et Min. Fel. in Octav. *d.* Factioſi quoque fuerint habiti, qui in Romanum Inperium conſpiraverint, et ad bella ſint proclives; ſicut ex nocturnis conventibus, et arcta amicitia ac fraternitate, aliiſque ſignis, colligebant, Plin. l. c. Tertull. Apol. c. 38, 39. *Plebem profanae conjurationis inſtituunt*, inquit Caecilius apud Min. Fel. l. c. *quae nocturnis congregationibus*, et jejuniis ſolennibus, et *inhumanis cibis*, *non ſacro quodam*, *ſed piaculo foederantur.* 5. Odium eorum crevit, quod Chriſtiani paſſim fuerint cenſiti homines de infima plebe, inperiti, inertes, et otioſi, qui in commune bonum nihil conferebant Tert. l. c. cap. 42. Min. Fel. l. c. Sic et Flavius Clemens a Suetonio, ut modo notavi, *contemtiſſimae inertiae homo* adpellatur, et Chriſtianos ab iſtis, aliiſque, moribus malis invidioſiſſime depinxit Ariſtides in *communi apologia*, oper. edit. Jebb. tom. II. p. 307.— Denique 6. ſummam odio vim addiderunt horrenda crimina quaedam, quorum deinceps fuerunt rei acti; qualia ſunt coenae Thyeſteae, infanticidium, inceſtus, promiſcua venus. Quae calumnioſe repetierunt ab ipſorum agapis, et communibus epulis, corporis et ſanguinis Chriſti in euchariſtia nominibus, oſculo pacis, quo ſe mutuo excipiebant, fratrum ac ſororum promiſcuis titulis, conventibus nocturnis, et ſimilibus aliis rebus, Tertull. Ap. 7 et 39. ubi dicit, *coenulas noſtras*, *praeterquam ſceleris infames*, *ut prodigas ſugillatis.* Caecilius quoque apud Min. Fel. crimina fere omnia recenſet. Ceterum a Judaeis ea fuiſſe Chriſtianis inpacta, et per orbem ſparſa, haereticis, ex. gr. Nicolaitis et aliis, anſam quoque praebentibus, vetuſtiſſimi tradunt autores, uti Juſt. M. contra Tryph.

Tryph. Tertull. ad *nationes* l. II. et contra Marción. l. III. et Origenes contra Celſ. l. VI. Calumnia vero de *infanticidio* videtur ex alia de Magiciſmo Chriſtianorum orta, cum Magi infantes tradantur mactare, ut animas evocent ad prodigia facienda. Vid. Beauſobr. hiſt. Manich. l. IX. c. 9. Addi poterit 7. eos ut *inſanos* fuiſſe tractatos, qui ſeſe, ſub ſpe vitae futurae, in quaevis mala, et mortem, praecipites temere dabant. *Miram ſtultitiam, et incredibilem audaciam* adpellat Caecilius apud Min. Fel., imo tanquam *Obſtinati* judicabantur poena digni ab ipſo Plinio in Ep. de Chriſtianis ad Trajanum. Vid. etiam Tertull. in Apol. c. 50.


§. CCXCII. His de cauſis perſecutionum, in primis odii populi Romani, indeque continuarum plebis infeſtationum ortarum, quarum aliae hoc, aliae alio tempore in poſterum, Chriſtianos fecerunt odioſos, non enim omnes ſemper exſtiterunt, et eos irritarunt, praemiſſis, brevem dabo perſecutionis, a Domitiano inſtitutae, ſub finem regni ejus, intellectum. Cauſae, quae Domitianum, cujus notitiam in hiſt. Romana dedi, alterum Neronem, nec *minorem Tyrannum*, Lact. mort. perſec., *portionem Neronis de crudelitate* Tert. Apol. 5. dictum, quare et Neronis nomine venit, uti Scaliger ad Chron. Euſ. jam obſervavit, inpuliſſe narrantur, quod factiones Chriſtianorum, quippe ſuſpicioſus et meticuloſus, inprimis familiae Davidicae, acſi regnum ſibi promiſſum ambirent cognati Domini, qui primas adhuc tenebant in Eccleſia Hieroſolymitana, nunc alibi degente, metuerit, ut ex Hegeſippo tradit Euſ. H. III: 20. praeterea ipſum *Dominum et Deum* adpellare ac venerari recuſarent Chriſtiani, ſimul inpii cenſerentur, et ſuperſtitioni peregrinae dediti: ob crimen enim *inpietatis* et *Judaiſmum* damnatos quoque fuiſſe Chriſtianos, cum Judaeis ſaepe confuſos, ex Dione Caſſio apud Xiphilin. in Domitiano liquet. Nec tamen perſecutio fuit aut *gravis*, aut *diuturna*, quare Tertull. l. c. dicit, eum *modo tentaſſe*, ſita quippe maxime fuit in


exiliis, ſicut ex Johannis relegatione in Patmum quoque patet, nec tamen omnem excluſerim caedem. Narratur enim apud Xiphilin. praeter Clementem, et Glabrionem, *alios multos eſſe occiſos;* non, ut opinor, Judaeos, ſed Chriſtianos, ut ſcriptores Chriſtiani teſtantur, iis accenſitos; et magis odioſos Domitiano, apud quem in florente gratia fuit Joſephus Hiſtoriographus Judaeorum. Incepit Perſecutio Romae, ubi maxime viguit, licet provincias plane excluſas nolim, cum Johannes fuerit in exilium miſſus ann. 15to. Domitiani, uti Euſ. H. E. III: 18. tradit, et ex ſcriptoribus Romanis confirmat; nec diſſentit Lact. l. c. cum ſub vitae ejus finem eum Chriſtianos eſſe aggreſſum haud obſcure innuat. Ex quo facile colligitur, perſecutionem vix annum duraſſe: regnavit enim tantum 15 annos Domitianus ut habet Sueton. in ipſo, ſed completos, cum tot anni et dies *quinque* ipſi dentur a Dione l. c. Breviſſimam quoque fuiſſe vexationem Tertullianus et Lactantius indicant: ſed num ipſe, an Nerva, ejus ſucceſſor, finem inpoſuerit, minus certum eſt. Nervae id tribuit Dio Caſſius apud Xiphilinum, ut et Euſeb. H. III: 20. qui tamen ex Hegeſippo narrat, Domitianum id feciſſe: cui adſentitur Tertull. l. c. de ipſo dicens, *ſed qua et homo facile coeptum repreſſit, reſtitutis etiam quos relegaverat.* Quae ſi ſecum ſint concilianda, ſtatui, cum Dodwel. Diſſ. Cyprian. XI. de *paucitate* martyrum, poterit, Domitianum illud in animo habuiſſe, et agere coepiſſe, ſed morte praeventum non potuiſſe perficere, quod itaque Nerva praeſtitit, qui et *acta Domitiani reſcidiſſe* dicitur Lactant. l. c. Narrat quoque Hegeſippus apud Euſ. l. c. Domitianum, cum examine inſtituto deprehendiſſet, a familia Domini, ad paupertatem redacta, nihil eſſe metuendum, contemſiſſe cognatos ejus, et repreſſiſſe edicta.

§. CCXCIII. Ex ſuperiore totius intervalli tractatione, quam abſolvi, haud obſcure eluceſcit, ut de Eccleſiae conditione aliquid ſubjungam, Eccleſiam ſtatum ſuum in genere quidem

recte

recte fuisse adhuc tuitam, nec tantopere descivisse, quam nonnullis visum est, attamen non tanta, quanta antea, luce fulsisse, sed haud parum fuisse obscuratam. Remisit utique de fidei vigore, et virtutis ardente studio: eximiis ac illustrioribus ductoribus ac Doctoribus orbata, et donorum Spiritus S. parciore gavisa est mensura: cum haereticis, quos in medio sui habuit, commixta fuit ac luctata, alas suas per orbem minus expandit. Denique in fine praecedentis periodi, et hujus, persecutionem passa est, per horribilem quoque gentis Judaicae cladem parumper obscurata. Concinunt Lactantii et Eusebii effata. *Rescissis*, inquit Lactant. Mort. pers. c. 3. *actis tyranni* Domitiani, *non modo in statum pristinum Ecclesia est restituta, sed etiam multo clarius ac floridius enituit.*" Eusebius H. IV: 2. de Ecclesiae conditione sub Trajano agens, *servatoris nostri*, inquit, *doctrina*, *atque Ecclesia*, *magis ac magis indies efflorescens*, *continuis incrementis augebatur.* Inter recentiores quoque viros eruditos non desunt, qui tristiorem hunc Ecclesiae statum observarunt. Ill. Scaliger in Proleg. ad Chron. Eus. intervallum ab ultimo capite Act. Ap. Lucae ad medium Trajani adpellavit *ἄδηλον obscurum*; clarius hanc ellipsin notavit Dodwell. Diss. Iren. I. §. 42. sed luculentius eam depinxit Cl. Vitringa Obs. S. l. IV. c. 7. adductis quoque prophetiis, quas ad eam respexisse putat: sed cui in omnibus adstipulari non possum: tenebras, meo judicio, fecit nimis spissas, et plurimas prophetias minus recte eo retulit: de quo mentem clarius in *Methodo prophetica* exposui.





SECULUM SECUNDUM.

§. I. LAetiorem et magis florentem adgredior periodum, quae post Domitianum, praecipue a Trajano ad Decium, seu medium sec. III., fluxit, sive politicus inperii Romani status consideretur, sive Ecclesiae adtendatur conditio. Domitianum, inquit Sueton. in Domit., *ferunt somniasse, gibbam sibi pone cervicem auream enatam, pro certoque habuisse, beatiorem post se laetioremque portendi Reip. statum: sicut sane brevi*, addit Historicus, *evenit, abstinentia et moderatione insequentium Principum.* Ecclesiam quoque, testantur Historici Ecclesiast., a temporibus Trajani pristino non tantum, sed majori, splendori esse redditam: uti ad praeced. period. in fin. ex Lactantio et Eusebio observavi. Quod idem ex illustrioribus nonnullis documentis sese facile offert. Romanum utique Inperium ab optimis passim, et rei publicae curam strenue agentibus, administratum est, ab hostium irruptionibus ut plurimum liberum, fines suos latius extendit, vel recte tuitum est: scientiae quoque efflorescere coeperunt, et bonis viris tutus fuit datus locus, nec infelicia fata fuerunt frequentia: tantum sub periodi finem sensim hic vigor decrescere coepit, misere collapso inperio. Licet tristia fata non defuerint; sicut terrae motus, fames, ac lues grassata est sub Trajano, ut epitome Victoris tradit, sub Hadriano teste Spartiano in Ipso, sub Marco Aurelio, ut refert Capitolinus, et Commodo, secundum Xiphilin. Florentioris vero Ecclesiae status exstantiora sunt

indicia,

indicia, in stupenda ejus per orbem propagatione; et a gravioribus ac publicis persecutionibus inmunitate. Accesserunt et alia commoda, uti publica Ecclesiae separatio a Judaeis et Haereticis, Canon Script. S. perfectior, et virtutum splendor, ac cultus religiosi zelus. Nec tamen defuerunt maculae in nitida hac facie, et sub finem periodi, Romano quoque dilapso Inperio, Ecclesia in pejus ruere coepit. Quae cuncta ex ipsa tractatione elucescent.

§. II. Quam antequam instituam, de Romani inperii statu quaedam scitu necessaria, in genere et summatim, praemittenda sunt, cum sine illa notitia multa recte nequeant intelligi, et fortunatus inperii status haud parum ad Ecclesiae quoque prosperitatem contulerit. Boni enim Rectores ubi clavum tenent, ac regimen, justitiam, ac aequalitatem tuentur, ibi omnia magis florent, et artes ac scientiae coluntur, ingenia excitantur, quae alias jacent, vel in occulto latitant, occasione enitendi deficiente, teste omnium temporum experientia. Romani utique Inperii florentior status, quod Lact. mort. Pers. c. 3. etiam observavit, insignem praestitit Ecclesiae utilitatem. *Trajanus*, a Nerva adoptatus, primus hujus sec. Imperator, partes boni Rectoris egregie explevit. Laudantur in Ipso multae virtutes, uti humanitatis, liberalitatis, justitiae, restituit enim tribunalia valde corrupta, et reverentiae erga Senatum, cui honorem reddidit: quare ann. Inperii 14*to* cognomen *Optimi*, sibi oblatum, adsumsit. Litteratis etiam, licet litterarum rudis, inpense favit. Denique Inperii pomoeria dilatavit, et rebelles compescuit. Judaeos Cyrenenses, qui per AEgyptum et Cyprum grassabantur, repressit. Decebalum, regem Dacorum, ubi nunc Transylvania, Valachia, et Hungaria superior, bis vicit, et de eo triumphavit, priore vice ann. Traj. 6*to* et seculi 3*tio*, quando *Dacicus* est adpellatus, altera, cum Daci anno seculi 5*to* rebellassent, quando eos in summas redegit angustias, ita ut Rex sibi mortem consciverit: anno 7*to* Armeniam, cujus rex insignia regia a Parthorum

thorum rege, tanquam ei ſubjectus, acceperat, in forr redegit provinciae, Seleuciam, Babyloniam, et alias u ſubegit, ipſis Parthis regem dedit, anno ſec. 14*to*. C in Ciliciae oppido Selinunte, cum ann. 19. M. 6. inp ſet.

§. III. *AElius Hadrianus*, conſobrinus Trajani, et ab ſo, ope Plotinae uxoris, moribundo adoptatus, deping quoque tanquam egregius Princeps, ipſo deceſſore ma peritus, doctorum et bonorum amans, liberalis, et in num adtentus, quod totum peragravit, ne quid detrin ti caperet Reſpublica, unde ejus ſumbolum: *non mihi populo*. Nec tamen a gravibus fuit inmunis vitiis, i quae paederaſtia eminebat. Puerum Antinoum, quem n liter deperibat, mortuum muliebriter deflevit, et in nu rum Deorum ſuperſtitioſe retulit. Inperium vero ſun adminiſtravit cura, nec tamen dilatavit, ſed contraxit tius, fines ejus. In Oriente enim antiquos limites reſtiti relictis, quae a Trajano ultra Euphratem erant occup Bella paſſim repreſſit, vel evitavit cura ſua: tantum c Judaeis ſanguinarium illud geſſit, cum duce Barcocheba bellarent, et eos ingente clade adfecit: uti in hiſt. Ju ca narravi. Tandem animi taedio, et corporis dolore, preſſus, deceſſit, ſerius etiam quam voluerat; anni 37*mo*, cum ann. 20. et M. 11. praefuiſſet. Succeſſit *Antoninus Pius*, Aurelii Fulvii Conſ. filius, ab Hadria poſt AElii Veri, primum adoptati, mortem, ea lege ad tus, et ſucceſſor declaratus, anno 39, ut ipſe rurſus M cum et Verum Antoninos adoptaret, et filiam daret V Fulſiſſe in Ipſo omne genus virtutes, narratur, praeci manſuetudinis et charitatis, unde *Pii* cognomine honor eſt decreto Senatus. Pacis licet ſtudioſus, et Numae in ſola nominis ſui reverentia pacem ſaepe fecerit, bella ta aliqua per legatos geſſit. Britannos per Lollium Urbic vicit, Mauros ad pacem coegit, Dacos, Germanos, Ju os quoque rebellantes contudit. Judaeos in ſpecie

didit sedatiores, concessa ipsis circumcisione. Regnavit annos 23. cum Hadriano, et solus 22. cum aliquot Mens., mortuus a. sec. 61.

§. IV. Excepit ipsum *Marcus Aurelius*, etiam post Antonini Pii mortem adpellatus Antoninus, imo Pius, alias epitheto Philosophi ornatus, et in consortium inperii adscivit Lucium Aurelium Verum, antea Commodum dictum, nec tamen Caesarem, sed Augustum, renunciavit, ita ut, novo exemplo, duo fuerint in Romano Inperio Augusti, sed diversissimae indolis. Lucius enim Verus ignaviae et luxuriae vitiis se praestitit infamem, Marcus vero fuit omnis virtutis studiosus, liberalis, litterarum cultor, scriptis quoque, quae supersunt, clarus, lenis et mansuetus in aliorum ferendis vitiis; attamen simul fortis, ubi opus erat, et strenuus. Parthicum cum Vologaeso, Parthorum rege, Romanum inperium graviter adfligente, bellum per quatuor gessit annos, ab a. 61 ad 65. et, victoria reportata, uterque Inperator triumphum egit, ac titulum *Parthici*, et *Armeniaci*, tulit. Bellum deinde cum Marcomannis et Quadis, seu Moravis, Bohemis, Silesiis, et aliis, gessit, eo etiam nomine celebre, quod mirabile Providentiae specimen fuerit editum, in aqua subito suppeditata, cum ejus penuria laboravit exercitus, et ad incitas erat redactus, una cum grandine, ignis speciem praeferente. Quo hostes in fugam acti, magnam partem perierunt. Fabellam adsuerunt Christiani de legione, ex Christianis constante, cujus precibus illud acceptum ferendum erat, inde *fulminatrice* adpellata, et Marci Epistola ad Senatum, Deo Christianorum illud tribuentis. De quo postea suo loco. Contigit illud anno 2*do* belli, sec. 70. nam primus annus fuit per mortem Lucii, in via per apoplexiam, postquam ann. 9. praefuisset, interceptus. Ipse vero Marcus Inperatorem egit annos 19. mortuus anno sec. 80*mo*. Successit filius ejus e Faustina L. *Aurelius Commodus*, qui Inperatorum hujus sec. famam valde obscuravit. Forma quidem, et statura corporis pulcherrimus omnium,

sed animi dotibus, ac virtutibus, plane destitutus. Praestitit sese eximie saevum, qui plures Nobilium, quam quisquam alius, occidit, turpissimum quoque et obscoenum, qui 300 aluit concubinas, et pueros multos, denique superbum, et divinitatis aemulum, qui Herculem, Jovis filium, se dici jussit, Reip. quoque negligentissimum, qui per Perennem et Cleandrum, pessimos consiliarios, omnia peregit. Illud solum in ipso laudandum, quod per Ulpium Marcellum represserit Britannos, et per Duces confecerit bellum Parthicum, Media, Babylonia, et Armenia vindicata; unde *Armeniacus* est adpellatus. Mortem nactus est vita dignam. Martia enim concubina, cum in catalogo morti ab ipso destinatorum suum quoque reperisset nomen, mortem ipsi per Laetum et Electum, praefectos praetorio, conscivit, cum regnasset, una cum Patre, annos 17. solus 13., anno sec. 92.

§. V. Perturbatae per Commodum Reipublicae nemo ante Septimium Severum mederi potuit. AElius quidem, vel, ut Nummi habent, *Helvius Pertinax*, e praefecto urbis, ope Laeti, praefecti praetorio, Inperator, etsi invitus, factus est, princeps justitia, modestia, et aliis virtutibus celebris, sed, sexagenario major, nec Praetorianorum ac Aulicorum licentiae refraenandae par erat: statim quoque ac omnia instaurare tentaret occisus est a Praetorianis, in aulam irruentibus, animum servans intrepidum, dolente Senatu ac populo, cum Mens. 2. tantum praefuisset, cum aliquot diebus. Nec aliam nactus est sortem *Didius Julianus*, cujus proavus fuit celebris ille ICtus Julianus. Cum enim, ingente pecuniae summa promissa, ad inperium per Praetorianos venisset, nec staret promissis prae inexplebili avaritia, inperium etiam male administraret, tertio Inperii mense obtruncatus est, ann. sec. 93*tio*, praesertim cum *Septimius Severus* a Legionibus Germanicis esset Inperator proclamatus. Qui, cum Inperium nactus esset, multa in meliorem formam redegit; seseque inperio utilem praestitit;

tit: erat enim prudens, cibi parcissimus, strenuus, licet nimis severus, et crudelis. Vicit Nigrum, in Syria adpellatum Inperatorem, ann. 94, Arabes interiores, Parthos, et alios, debellavit; a. 95., addit quoque Euſ. in Chron. Judaeos et Sarmatos a. 97. Ex Oriente Gallias petens Clodium Albinum, inperium adfectantem, superavit a. 98. Dein Romam veniens triumphavit, erecto arcu triumphali a. 203. Brittannos etiam subegit, et provincias eas recepit, a. 207: muro, vel vallo, adversus Caledoniorum, nunc Scotorum, incursiones, per 300 fere millia passuum, quam lata est insula, perducto. Mortuus est Eboraci in Anglia, cum regnasset a. 17 M. 8, ann. aer. V. 211.

SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

§. VI. In Scriptoribus, qui supersunt, et ex quibus notitia Ecclesiae haurienda quoque est, recensendis brevior ero, cum ex Cave, Hist. Litt., Dupinio de Script, Eccles., et Fabricio Bibl. Gr. et Lat., aliisque, quisque facile poterit instrui. Primum locum cum inter monumenta seculi merito teneant Epistolae Ignatii, sintque magni pretii, de iis paulo fusius agam, postquam *Ignatii*, ejusque martyrii, brevem dedero intellectum. De ipso, ex fide dignis monumentis, quorum ratio tantum est habenda, nihil aliud constat, quam ipsum Antiochiae, in Syria, fuisse Episcopum, post Evodium, sive primum, si Evodius pro legato Apostolorum sit habendus, sive secundum, si prior etiam fuerit Episcopus. Euseb. H. III: 22. et Hieron. de Viris Illustr. Censetur quidem a Petro, vel, ut alii, a Paulo ordinatus, sed sine solido fundamento; nec meliore nituntur, qui, Christum resuscitatum ab ipso oculis fuisse usurpatum, putant, quod aetas ejus quoque vix patitur, Verba enim Ignatii Ep. ad Smyrn. c. 3. *ego enim, post resurrectionem in carne αὐτὸν οἶδα*, non significant, se ipsum *vidisse*, sed *nosse* in *carne* factam resurrectionem ejus; uti jam est observatum, et verbum

ἰδίᾳ requirit, nec non quod mox provocet ad Apoſtolos, de *carne* ejus poſt reſurrectionem teſtatos. Tota emphaſis eſt in voce *ἐν σαρκὶ in carne*, uti ſeries ſermonis clare docet; et ſcopus eſt, demonſtrare, Chriſtum a ſe recte *ſciri ac credi* in carne reſuſcitatum, non ex ſe, ſed Apoſtolorum teſtimoniis. Johannem Apoſtolum ab ipſo, una cum Polycarpo, viſum et frequentatum, hiſtoriae *Martyrii* ejus, monumento antiquiſſimo, facile crediderim, virumque fuiſſe apoſtolicum, in fide et amore Chriſti ferventem, deſiderio martyrii adeo flagrantem, ut ab aliquo enthuſiaſmo vix liber cenſeri poſſit, inde, et ex Epiſt. ejus, manifeſtum quoque eſt. Quo etiam facit, quod eximie Θεοφόρος *Theophorus* adpelletur in Epiſt. inſcriptionibus, ac actis Martyrii ejus; quippe quo ſignificatur, eum quaſi *Deiferum* fuiſſe, qui Deum et Chriſtum in animo et corpore circumferebat, et glorificabat, ut Vetus Interpres Lat. 1 Cor. VI: 20. habet, vertens, *glorificate* et *portate Deum* in corpore veſtro. Vid. Pearſ. annot. ad Ignat. Ep. ad Smyrn. Poſſet etiam eo titulo cenſeri inſignitus, quod Dei et Chriſti eximius fuerit miniſter, ſeſeque talem praeſtiterit: ſicut miniſtri, qui ſacra ferebant, adpellati fuerunt ἱεροφόροι. Valeſ. ad Amm. Marc. l. XVII.

§. VII. In hiſtoria martyrii ejus, quae ſupereſt, et Epiſtolis ejus ſubjungi ſolet, ac alibi exſtat, cum illud in primis ſingulare occurrat, quod non Antiochiae, ſed Romae, fuerit leonibus objectus, quodque in itinere Romam verſus tot ſcripſerit Epiſtolas: de eo paucis dicendum eſt. Hiſtoria martyrii ejus hanc dedit rationem, quare non Antiochiae ſed Romae fuerit coronatus, ut longiore itinere, et continuis vexationibus, animus ejus frangeretur, et, ne Antiochiae occiſus fideles in fide confirmaret, adeo ut eum noluerit Trajanus inter ſuos glorioſe pugnare, et mori, ſed inter ignotos, ut pro malefico haberetur. Porro, ut majus eſſet ſpectaculum, Romam eum miſit, ut in ludis ſolennioribus cum beſtiis pugnaret. Denique, cum non Praeſes provinciae,

vinciae, sed Trajanus ipse, ibi praesens, sententiam pronunciaverit, difficultates, a Scaligero ad Chron. Euf. motae, evanescunt sponte sua. Addo, Deum ita sapienter censeri posse dispofuisse, ut gloriosius ejus esset martyrium, et Christiani Romae non tantum, sed et multae Ecclesiae, per quas ductus est, confirmarentur in fide. Quo pertinet, quod in itinere multos viderit, et animaverit, simul egregias conscripserit Epistolas. Etsi enim in Ep. ad Rom. dicit, *se a Syria Romam usque cum bestiis pugnare, decem leopardis adligatum*, scilicet militibus, ipsum deducentibus; mitius tamen subinde est ab iis tractatus, ita ut ab officio Christiano, ac scribendis Epistolis, non fuerit prohibitus. Quod minus mirum videri debet, quia muneribus et pecuniis vexationes militum saepe redemtae fuerunt a Christianis, ut ostendit Pearf. vind. Ignat. p. II. c. 11. Ceterum abductus est primum Seleuciam Pieriae, inde Smyrnam, ex qua Epist. ad Ephes. Magnes., Trallenf., et Roman. scripsit: inde Troadem, ubi ad Philadelph., et Smyrnenf., ac speciatim ad Polycarpum, eorum Episcopum, scripsit. Inde Neapolin Macedoniae trajecit, et per Philippos ac Macedoniam pedibus venit in Epyrum, denique trajecto Adriatico et Thyrreno mari, Ostiam, *portum Romanum* dictam Act. XXVIII., adpulsus, Romam venit: ubi bestiis fuit objectus, et vitam gloriose finivit, 13*tio* kalend. Jan. quando *sigillaria* agebantur. Macrob. Saturn. I: 10. De anno martyrii etsi non convenit inter Doctos, attamen, cum tempore belli Parthici, quum Trajanus esset Antiochiae, contigerit, rectius cum Loydio, et Pagi ad Baron., in annum aer. Vulg. 116. confertur: quod Malela in Chronogr. l. XI., scriptor sec. V., confirmat.

§. VIII. Missis incertis aut fabulosis narrationibus de morte, et reliquiis, ejus, quas recensere nihil adtinet, ad Epistolas ejus dijudicandas pergo. Quindecim, quae ejus praeferunt nomen, prostant Epistolae, quarum *tres*, una ad Mariam, duae ad Johannem Apost., quae Latine omnium

primae Parisiis a. 1445. lucem viderunt, et ab omnibus habentur spuriae, in censum non veniunt, *undecim* aliae Latine sunt editae a Fabro Stapulensi a. 1498. duodecima ad Mariam Castabalitidem, seu Neapolitanam, prope Zarbum, Ciliciae oppidum, a Symphoriano Champerio Lugdunensi: quas 12 Epistolas Graece ex Bibliotheca Augustana primus edidit Valentinus Pacaeus a. 1557. dein Gesnerus a. 1559. Quarum quinque, praeter septem mox memorandas, spuriis passim, et jure merito, accenseri solent, licet aliqui ex Pontificiis eas admiserint, cum septem tantum memoraverit Euseb. H. III: 36. nec ullus ante sec. VIImum aliarum quinque fecerit mentionem, multaque ab Ignatio, ejusque aetate, aliena in iis reperiantur: septem vero, de quibus hic unice differendum est, ad Roman., Ephes., Magnes., Trallens., Philadelph., Smyrnaeos et Polycarpum, sive Latine, sive Graece, publicatae, cum summopere corruptae et interpolatae essent, ut ex citationibus Veterum et aliunde patet, passim quoque repudiatae sunt. Usserius deinde, duos meliores et puriores cod. MSS. nactus, Latinam versionem, ab editis diversissimam, et Patrum citationibus congruam, in lucem misit Lond. a. 1647., ac pro genuinis agnovit, excepta ad Polycarp., quippe quam ad Smyrn. quoque ad Polycarpum pertinere, eorum Episcopum, contendens: in quo tamen magnum virum errasse, demonstravit Pearson. in Prooem. Vind. Ignat. c. 6. Sic emendatior quidem exstabat versio Lat. Vetus, sed deerat textus Graecus originalis; quem tandem suppeditavit Is. Vossius e Medicea Bibliotheca, Latinae versioni Usserii recte respondentem: sed *sex* tantum Epistolarum, deficiente Epist. ad Romanos, cujus Graecum textum tandem quoque e Biblioth. Colbert. produxit, una cum actis martyrii Ignatii, Ruinardus, uti videre est in Praef. ejus ad *Acta sinceriora Martyrum.*

§. IX. Statim vero ac haec plenior et purior Epistolarum editio lucem adspexit, quaestio de genuinis, an spuriis, hisce Epistolis, magno cum fervore coepit agitari, in-

primis

primis inter Reformatos et Anglos, quia Episcopatus a Presbyteratu distinctus non tantum in iis occurrit, sed et mire extollitur. Inter Reformatos, qui sese his Epistolis opposuerunt, eminent Salmasius, Blondellus et Dallaeus, qui tamen circa tempus, quo autor vixit, non conveniunt: sub Antonino, vel Marco Aurelio, vult Salmas., sed 100 ann. post Ignatium Blondell., sub finem tertii seculi Dallaeus: imo Bochart. Hieroz. l. *III*. c. 8. seculo demum IV*to*, ob nomen Leopardi in Ep. ad Rom. antea ignotum: cui jam occurrerunt Coteler. ad l. c. et Pears. Vind. Ign. p. II. c. 7., Angli vero Episcopatus patroni, ab altera parte, nec minore zelo, pro genuinitate earum pugnarunt; inter quos excellunt Usserius, Hammondus, et Pearson, Episc. Cestriensis, *in vindiciis Ignat.* omne genus eruditionis plenis. Mitto eos, qui prolixiores Epist. pro genuinis habent, uti Wiston., quia Arianismo favere censentur, quem Clericus ad calcem Patrum Apost. Cotelerii jam refutavit, et Wotton. Proleg. ad Clementis Rom. Epistolam, nec non eos, qui Epistolas quidem genuinas, sed valde interpolatas esse, judicant, ac ad sententiam dicendam propero.

§. X. Equidem eorum sententiae subscribere, qui pro genuinis agnoscunt, non dubito, quia nihil in iis mihi occurrere videtur, ab aetate aut persona Ignatii alienum, et ab antiquis memoratae ac receptae fuerunt. A quibus duobus capitibus cum quaestionis decisio in primis dependeat, ea hic tantum adtingam, absque ut in fusiorem disquisitionem me inmittam, quod etiam necesse non est, cum autores citati ab harum rerum cupidis legi possint. Neminem ante Euseb. harum Epist. fecisse mentionem, contendunt quidem adversae sententiae patroni, et inde contra eas argumentantur: sed licet Eusebii, qui in monumentis Eccles. colligendis sedulam posuit operam, testimonium non sit nullius ponderis, antiquissimos quoque eas memorasse, aut citasse, a Doctis, in primis Pearson., clare demonstratum est. Ipsius Polycarpi, ut nonnullos adducam, testimonium,

 quo

quo eas dicit ad Philippens. se misisse, suaeque ad eos Epistolae subjunxisse, mihi exceptione majus videtur, nisi et ipsa ejus Epist. repudietur, contra omnem rationem, de quo mox. Nec obstat, quod in Graeco textu haec lacinia desit, cum eum esse in fin. mutilum constet, et Lat. vetus versio habeat, Eus. H. III: 36. quoque tanquam Polycarpi verba citet, ut et Phot. in Biblioth. Praeterea Irenaeus, qui nullos fere autores citat, Ignatii non tantum meminit, sed ex ejus Epist. dictum quoque profert, quod in Ep. ad Rom. superest totidem verbis, adv. haeres. V: 28. Tradit quidem Ignatium *dixisse*, se esse *triticum Domini*, *ferarum dentibus molendum*, *ut panis purus efficeretur*; sed *dicere* ac *scribere* in citationibus apud Veteres idem esse, multis ostendit Pearson. l. c. p. I. c. 6. Accedit, Euseb. H. III: 36. et V: 8. diserte testari, Irenaeum Ignatii martyrium et Epistolas memorasse. Meminerunt quoque Origenes hom. VI. in Luc., et in prologo Comm. in Canticum Cantic., Tertullianus, et deinceps a sec. IV. plures: nec ullus Veterum iis dicam scripsit. In Gelasii vero decreto, et Nicephori *Stichometria*, non Epistolae, sed διδαχὴ constitutio, Ignatio falso adscripta, repudiatur: uti fuse evicit Pears. l. c. p. I. c. 4.

§. XI. Quod ad alterum adtinet caput, nihil hic occurrere ab Ignatio alienum; ne iis inmorer, quae a Dallaeo producta, sed a Pearsono refutata sunt, *duo* sese offerunt, quae adtentionem merentur peculiarem, nec difficultate carere videntur: quorum *unum* ad Episcopatum, *alterum* ad Valentini haeresin spectat. Prius non in eo ponendum est, ut solet, quod inter Episcopatum et Presbyteratum, tanquam diversos ordines, distinguatur in his Epistolis, cum praecedente periodo id jam factum sit, et hoc seculo magis perfectum, ut supra evici; sed, quod dignitas Episcopalis nimium elevetur, idque per omnes Epist. studiose inculcetur. Verum, si autor in eo non tenuerit modum, illud Epistolis Ignatio abjudicandis, non sufficit; minus, si

ratio

ratio adtendatur, quae eum ad hoc movit, in eo sita, quod Episcopi jam fuerint habiti pro Christi successoribus, et Legatis, cum quorum communione Ecclesiae salus et pax cohaeret, quae per exortas haereses magnum in periculum venerat, nec, judice Ignatio, rectius ac certius sarta tecta manere poterat, quam per Episcoporum autoritatem. De quo postea pluribus exponam. Accedit, de Presbyteris quoque tanquam cum Episcopis conjunctis, ita ut hi sine illis nihil valeant, sermonem ubique fieri.

§. XII. Alterum, quod ad Valentinum, Ignatio posteriorem, respiciatur, ex Epist. ad Magnes. §. 8. in primis eruitur, ubi dicitur, *Christum*, *sermonem Patris* οὐκ ἀπὸ σιγῆς *non a silentio progressum esse*, quia inter aeonas Valentini occurrit σιγὴ *silentium*. Multa docte, et ad rem, regessit Pears. l. c. p. II. c. 4. etc. ex gr. Valentino esse quidem illud antiquius, ita ut illud in oculis habere potuerit Ignatius, sed eum ad Cerinthianos, ac Ebionitas respexisse, nec convenire dictum ejus in Valentin., cum quod προβεβλῆσθαι, et non προεληλυθέναι utantur Valentiniani de aeonibus, tum λογος *sermo* non ex σιγη *silentio*, sed ex *mente* et *veritate* emissus sit secundum Valentin. Attamen alio modo mihi res expedienda videtur, uti facile potest, si vera lectio, quae hic vitiata est, restituatur; sicut in Diss. contra Artemonium jam feci. Vocula οὐκ *non* ante ἀπὸ σιγῆς *a silentio* e medio sublata, locus hoc modo legendus est et intelligendus: *quod unus sit Deus*, *qui se ipsum manifestavit per Jesum Christum*, *filium suum*, *qui est sermo ejus aeternus ex silentio profectus*, *quique in omnibus mittenti ipsum complacuit*. Qui *sermonis progressus ex silentio* duplice modo, secundum Veterum opiniones, intelligi potest, *uno*, quo condidit mundum, *altero*, quo factus est homo. Secundum priorem sensus erit; Christum esse *sermonem* Dei, intra mentem Dei latentem, et in silentio degentem, sed, cum Deus mundum crearet, sermonem hunc emissum esse, ita ut e silentio sit egressus, cum Deus dixit, *esto lux*. Veterum nonnullorum

hanc fuisse opinionem postea demonstrabo, nunc suffecerit citasse verba Tertull. contra Prax. c. V. *Nam etsi Deus nondum sermonem miserat, proinde eum cum ipsa et in Ipsa ratione intra semet ipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum, quae per sermonem mox erat dicturus.* Marcellus quoque Ancyranus apud Euseb. contra Marcell. II: 2. voce *silentii* usus est, dicens, *ante creationem ἡσυχίαν*, ut hic apud Ignat., *quietem fuisse in Deo, existente apud ipsum intus verbo.* Sed *posteriore* modo, quem praetulerim, tanquam saniorem, et seriei orationis convenientiorem, incarnatio Christi describitur, cum Sermonis aeterni ex *silentio* progressus tunc factus est, quando *sermo caro factus est.* Quae incarnatio hac phrasi variis de rationibus censeri potest, ob oculos posita, 1. quia per incarnationem ex *aeternitate* prodiit sermo; ita ut sermo *aeternus*, et in *silentio* idem denotet: silentii autem voce aeternitatem exprimi notum est. 2. Incarnatio fuerit secundum Ignatium occulta, Daemonibus ac hominibus ignota. Sic in ep. ad Ephes. §. 19. inter tria occulta mysteria clamoris, quae ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ *in silentio Dei* facta sunt, occurrit incarnatio, seu partus Mariae virginis. Per talem partum in lucem prodire itaque recte dicitur *ex silentio* progredi. Quo etiam §. 15, ubi habetur, quae Christus σιγῶν *silens fecit digna Patre* sunt, referri potest; uti Coteler. ad l. jam vidit. 3. Christus incarnatus *silentium* solvit Prophetarum et aenigmatum. Christo enim nondum manifestato, verbum euangelii, sub aenigmatibus latens, erat in *silentio*, quod per ipsius adparitionem ruptum est, quatenus sermo, ex hoc silentio prodiens, palam auditus est. Quam cogitationem suppeditavit mihi Clemens Alex. cohort. ad Gent. c. 1. qui silentium Zachariae Luc. I. ea ratione exponit: nec a scopo Ignatii abhorret, quippe qui *silentii* prophetici meminerat proxime. Robur conjecturae addit, quod scopus Ignatii incarnationem hic exponi requirere videatur, cum verba eo tendant, ut, Deum se per Christum manifestasse, declaretur:

quod

quod prolationem sermonis ex silentio, seu incarnationem, postulat: accedit, Christum modo §. 7, dictum fuisse ἀπὸ πατρὸς προελθόντα *a patre procedentem*; phrasi simili.

§. XIII. Epistolis Ignatii, quae quantivis pretii sunt, et magnum praebebunt in sequente tractatione usum, quare hic de earum argumento, ex ipsa lectione facile quoque petendo, plura non dicam, adjungi meretur Epistola *Polycarpi* ad Philipp., cujus notitiam dabo, postquam de Ipso quaedam monuero. Fuit Smyrnensis Episcopus, doctrina et vita Apostolicus, ab Apostolis eruditus, et cum multis, qui Dominum viderant, conversatus, praecipue cum Johanne, a quo Episcopus censetur ordinatus; magnae denique autoritatis in Ecclesia, ut facile praesumitur, cujus duo relicta sunt indicia, unum, quod Romam veniens multos a Valentino et Marcione abductos converterit, alterum, quod Anicetus, Episcopus Romanus, ipsum singulari adfecerit honore, et de variis quaestionibus amice cum eo contulerit. Iren. adv. haer. l. III. 3. et ex eo Euf. H. E. l. IV. c. 14. Plura, qui de eo velit, adeat, praeter alios, satis notos, Moyne in Proleg. ad *Varia sacra*. Tantum de martyrio ejus, in primis respectu temporis, paucis agam. Superest historia ejus in Epist. Smyrnensium, ab Usserio primum edita, dein ab aliis, uti in Patribus Apost. Cotelerii et in actis sincer. Mart. Ruinarti. Quae si genuina sit, ut puto, cum Euf. H. IV. 15. ea fuerit in historia martyrii ejus usus, et antiquitatem redoleat, oportet valde sit interpolata, cum nonnullas contineat mirabiles, et a verosimili alienas, circumstantias, uti a Doctis jam est observatum. Vid. Journal. Britann. a. 1750. D. Maty. ubi epistola de hoc martyrio recensetur. Inter quas occurrit odor gratus et thuriferus, ex lignorum congerie ortus, quando conbustus fuit, ignis, instar coronae, ipsum cingens, nec comburens, sanguis e latere ejus, cum esset confossus, tanta copia effluens, ut ignem exstinxerit, denique columba ex vulnere illo evolans, cujus Euseb., et alii antiquiores, non meminerunt.

Sed aeque fabulosum est, ac quod de *columba*, tanquai emblemate Spiritus S., super capite ejus, cum Episcopi fuit ordinatus, narratur, ex eo, quod Christo, tempoı baptismi, contigit, fictum. Illud in genere admittendum est eum Smyrnae, jussu Proconf. Romani, ad insanum vulgi a Judaeis quoque concitati, clamorem, martyrium ignis cor stanter, pie, et gloriose pertulisse. De *tempore* non conve nit inter Eruditos, quorum alii in Marci Aurelii *7mu* aer. V. 167. ut Valesf. ad Euf. l. c., alii Marci *9mum*, ae V. 169. ut Usserius, de *anno solari* etc. et Pagi ad Baron alii Antonini Pii *9num*, aer. V. 147., ut Pearson de succes prim. Pont. Rom. diss. II., conferunt: mihi postremam sei tentiam maxime probari ob has duas rationes observass suffecerit, quas Irenaeus l. III: 3. suppeditat, quarum un est, plures fuisse Polycarpi successores, usque ad tempu quo Iren. scripsit, quod sub Eleuthero Ep. Rom. factum est ut ipse dicit, qui mortuus est an. aer. V. 185. Si itaqu an. 167., vel 169. martyrio demum fuisset coronatus Pc lycarpus, tam brevi spatio tot successores statui vix potei fuisse: *altera* habet, Irenaeum tradere se in prima juventut audivisse Polycarpum, ut memoriam ejus rei adhuc habeat sed se tunc puerum fuisse, et Polycarpum diu vixisse, i ut ipsum, qui cum Apostolis versatus fuit, adhuc vider potuerit, argumento, majus spatium inter mortem Polycai pi, ac tempus quo id scripsit Iren., intercessisse, quam e inter ann. aer. V. 167. et 185. Ceterum ex anno morti ejus colligi quoque potest annus nativitatis, cum ipse fa sus sit, se Christo jam tunc, cum martyrium passus est ministrasse 86 annos: ut in historia martyrii ejus traditu Natus itaque fuit an. aer. V. 61. si coronatus sit an. 147 Passus porro dicitur magno Sabbato, quod est proxime ant Pascha, VII. Kal. April, ut habet Chron. Alex. qui e Martii Mens. *26tus* dies, et Xanthici *secundus*, ut probavi Usser. de *annis Macedonum;* qui characteres in ann. ae V. 147. accurate incidunt, ut ostendit Pearf. l. c.

§. XIV

§. XIV. Superest hujus eximii Viri Epistola ad Philippenses, haud diu post mortem Ignatii, cujus mentionem facit, scripta, tota moralis argumenti, qua singulis, cujuscunque status et sexus, Christianis praescribuntur officia: quam Faber Stapulens. primus Lat. edidit, circa fin. sec. XV*ti*, dein Graece Petrus Halloixius a. 1633., sed auctior prodiit in adpend. Ignat. ab Usserio edita a. 1647., quamque deinceps St. le Moyne in var. Sacr. pleno illustravit commentario. Exstat quoque in Patr. Apost. Cotelerii, et alibi. Hanc Epist. ab Iren. l. III: 3. memoratam, et a Veteribus Eusebio H. III: 36. IV: 14. Hieronymo, et aliis, constanter agnitam, quae omnes denique, et rerum et stili respectu, Apostolicae simplicitatis praefert characteres, repudiare ausus est, quod factum nollem, Dallaeus et Larroquanus, maxime quod Ignatianarum Epist. mentio in adpend. ejus fiat: ut supra notavi. Provocatur quidem ad Nicephori Stichometriam, acsi ibi rejecta sit, sed sine fundamento, cum διδαχὴ Polycarpi tantum inter libros Spurios referatur, non epistola: de quo vid. Pearson. Vind. Ignat. p. I. c. 5. ubi genuinitatem Epist. pluribus quoque demonstravit. Nec alicujus momenti est, quod praeterea objicitur, ex. gr. autorem sibi contradicere, cum §. 9. se Ignatii mortem scire indicet, et tamen §. 13. petat, ut Philippenses, si *quae de Ignatio certius cognoscant*, secum communicent. Poterat enim Polycarpus de morte Ignatii esse certior, sed circumstantias, dicta, aliaque acta, ejus ignorare. Ceterum, etsi vitia irrepserint in hanc epist., sicut in alia scripta fieri adsolet, data tamen opera fuisse ab haeretico aliquo interpolatam, sine solida ratione a nonnullis statuitur.

§. XV. *Justinus Martyr*, cujus celebre est inter Scriptores hujus Sec. nomen, paucis tantum describendus, cum fusius illud, praeter Cave in Antiq. Apost., egerit Grabe in Spicil. Patr. sec. II. ex ipsius Justini scriptis, ne alios memorem, Neapoli Palaestinae, quae non est, ut putatur, anti-

qua Sichem, sed vere *nova urbs*, ut nomen indicat, in confiniis ejus dirutae, teste Euseb. in Onom. in συχιμ, oriundus quidem, sed Gentilis, non Samaritanus, religione, cum verae Philosophiae esset studiosus, et per omnes sectas eam quaereret, Platonicae tandem adfixus, incidit in commercium cum Christiano, et ab eo admonitus, ac instructus, post institutum religionis Christianae examen, nomen Christo dedit, uti ipse refert in principio libri contra Tryph., et in apol. I. ubi, sese constantia Christianorum in perferendis persecutionibus haud parum fuisse permotum ad Christianismum admittendum, testatur. Retinuit quidem pallium Philosophicum, teste Euseb. H. IV: 11. et presbyteri munere ornatus est, uti nuperus Justini Oper. editor, Monachus S. Mauri, observavit in Praef. p. III., sed varias peragravit terras euangelii propagandi causa, donec Romae fixerit domicilium, sibi fatale. Cum Crescente enim, Philosopho Cynico, disputans, ejus odium concitavit, adeo ut hinc fuerit causa martyrii orta, uti ipse praevidit et praedixit, sicut in apol. I. declarat, et Tatianus factum esse refert in orat. ad Graecos. Flagellis enim caesus est, et securi percussus, ut acta martyrii ejus apud Baron. in Annal. habent: ad 163*tium* annum tempus martyrii ejus refertur in Chron. Alex., quod acta citata confirmant. Vid. Grabe l. c. Utique apologiam suam obtulit Marco Aurelio, et sub ipso passus est, ut Eus. H. IV: 16, 18. quoque testatur.

§. XVI. Inter genuina ejus scripta, quae supersunt, eminent Apologiae ejus, et Dialogus cum Tryphone Judaeo. *Apologiae* supersunt duae, sed inverso ordine in vulgatis editionibus; uti ex Eus. H. III: 12. et IV: 12.— ubi *prima* vocatur, quae in editionibus *secunda*, est, et ex tempore, quo sunt oblatae, elucescit. *Prior*, vulgo posterior, Antonino Pio inscripta est, et ei, ut recte disputat Grabe in spicil. haud diu ante ann aer. Vulg. 150. oblata, cum, §. 61. Christum dicat fuisse natum ante annos. 150., nec non

non Marcionem tradat suo adhuc tempore docere, pluresque facere adseclas, §. 30. Marcionem sub Aniceto, Episcopo Rom. ab ann. 142., quo sedem illam capessivit, invaluisse, docet Iren. III: 4. post illud itaque tempus scripsit Justinus. Est vero haec apologia, quam optime edidit Grabe, quantivis pretii ad Christianae religionis, et conditionis Christianismi, intellectum; ut sese hoc sec. habuit: uti sequens docebit tractatio. *Posterior*, vulgo prior, Marco Aurelio et Vero est oblata, uti contra Valesf. ad Euf. IV: 27. demonstrat Pagi ad Baron. ad ann. 163., sed integra non superest, et aliquae periodi exciderunt, quarum unam restituit Grabe in spicileg. Ex quo tamen male colligitur, totam periisse, et nostram pro *prioris* praefatione esse habendam: uti a Doctis abunde est evictum. *Dialogus* cum Tryphone Judaeo disputationes cum ipso, Ephesi habitas, Euf. H. IV: 18., comprehendit de lege Mosis, et veritate religionis Christianae. Eufeb. vero cum addit, Tryphonem fuisse omnium tunc temporis Judaeorum celeberrimum, sicut inde recte colligitur, hominem illum, aut colloquium, non fuisse fictum, ita minus bene a Cave et aliis, Tryphonem eundem esse ac Tarphonem, quem Judaei sacerdotem divitem vocant, cum hic stante Templo vixerit, nec ei quae de ipso narrat Justinus conveniant; uti jam evicit H. Relandus in peculiari de eo dissertatione. Aliud itaque de Tryphone non constat, ac quod Hebraeus sit ex circumcisione, et ex *bello proximo*, scilicet Hadriani cum Judaeis, profugus; uti ipse testatur, quique in Graecia, ac Corinthi, aliquas traxerit moras, Philosophiae studiosus: scriptus videtur dialogus, non uti Scaliger opinatus est, eo tantum nixus fundamento, quod bellum illud *nuper* dicatur natum, sub finem inperii Hadriani, quia mentio in dialogo fit *apologiae* jam vulgatae a Justino, in qua Simon Magus memoratus est, adeoque quae Antonino fuit inscripta; sed, ut recte Grabe, inter ann. aer. V. 150 et 160. Attamen disputatio ipsa videtur antea aliquandiu habita, cum Tryphon dicat,

se e bello, proxime gesto, fuisse profugum, adeoque sub finem Hadriani, deinceps a Justino scripto consignata, et publicata. Ceterum et hic liber nobis magnam praebet utilitatem, et usui postea erit.

§. XVII. Inter reliqua scripta, quae Justini nomen praeferunt, omnia vel ficta, vel saltem dubia, quibus non necesse est inmorari, duo tantum adtentionem merentur; *unum* sub titulo *Quaestionum* et *responsionum* ad Graecos, quod bene conscriptum est, et postea usum quoque praestabit, conscriptum post sec. IV*tum*, forte a Diodoro Tarsensi Episcopo sub finem sec. IV*ti*, ut censuit La Croze in thes. Epist. ejus tom III. et Bibl. Brem. cl. V., *alterum*, sub titulo *expositionis fidei*, quod manifeste redolet Nestorianum, ut probavit Le Quin Diss. Damascen. IV. et Theodoro Mopsuesteno adtribuitur a Jablonskio *de origine Nestorianismi*; in quo cognoscendo postea utilitatem praebebit. Optima operum Justini editio est, quam Monachus S. Mauri in fol. nuper publicavit Parisiis, cum eruditis notis et Prolegom. Reliquas rescensuisse nihil adtinet. Ceterum licet a Photio Bibl. cod. 1125 laudatus fuerit tanquam Philosophiae Christianae et Gentilis notitia probe instructus, et in scriptis suis quoque sese talem prodat, habuit tamen nonnullas opiniones haud parum singulares, et nimis fuit credulus, cujus nonnulla jam protulit exempla Blondell. de Sibyllis l. I. c. 2. Inter opiniones ejus fuerunt singulares in primis sequentes, notatu dignae. 1. Gentiles, rationi convenienter viventes, eo ipso cum Christo, sermone Dei, communionem habuisse, et servatos fuisse. 2. Angelos stuprum cum mulieribus habuisse, Gen. VI. et ita defecisse. 3. Christianos legem Mosis observare posse, salva salute. 4. Regnum Christi futurum esse in terra per mille annos, seu millenarium. 5. Omne juramentum esse illicitum. 6. Conjugii usum vix a peccato esse inmunem. De quo vid. Barbeirac de *parte morali* Patrum cap. 2.

§. XVIII. *Athenagoras*, eruditione nemini, meo judicio, hac

hac aetate secundus, et duobus libellis, qui aetatem tulerunt, illustris, Philosophus primum Atheniensis, dein Catechista Christianus fuit Alexandriae. Cum enim, ut religionem Christianam refutaret, sacrarum litterarum lectioni sedulo incumberet, oculi ejus per Spiritus gratiam adeo aperti sunt, ut, quam refutare volebat, amplexus fuerit religionem: quam dein in schola Catechetica Alexandrina docuit, et scriptis defendit: uti in fragmento Philippi Sedetis, scriptoris sec. V., ad calcem Dissert. Iren. Dodwelli, narratur. Cui tamen nescio num tuto fidere liceat: sed aliud de Ipso nihil constat, estque apud Euseb. et Hieronym. altum de Athenagora silentium; nec, quod sciam, aliquis Veterum ejus meminit, praeter Methodium Patarensem, apud Epiphan. haer. 64. et Photium Bibl. cod. 234. Cum vero ann. aer. V. 176 scripserit apologiam, ut mox patebit, de tempore, quo floruit, facile constat. Reliquit duo monumenta, egregie et solide conscripta, *unum* sub titulo *Legationis* pro Christianis, *alterum* de *Resurrectione* mortuorum. In priore tria diluit crimina, Christianis inpingi solita, Atheismi, epularum Thyestearum, et concubitus incesti: in posteriore resurrectionem solide demonstrat. Qui libelli, ab Eus. et Hieron. praetermissi, citantur a Methodio apud Epiphan. et Phot. l. c. varie dein editi sunt, novissime et optime ab Ed. Dechair. Oxon.

§. XIX. De tempore scriptae apologiae longa est, et difficilis, quaestio, ex Inscriptione orta, quae habet, *Inperatoribus Marco Aurelio Antonino, et Lucio Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, et, quod maximum est, Philosophis.* Cum enim Marcus primum habuerit collegam Lucium Aurelium Verum fratrem, dein, eo an. 169 mortuo, L. A. Commodum filium, uterque autem Commodi gesserit nomen, quaeritur, quis intelligendus sit? unde temporis dependet definitio, quod in ann. 166 aut 168 confertur ab illis, qui Verum, et 176 aut 177 ab illis, qui Commodum Filium intelligunt. Quod annorum discrimen tanti non est faci-

endum, ut nos haec quaestio diu detineat. Pro Vero pu- nat. Dodwell. Diss. Cypr. XI. et Pagi ad Baron., pro Com- modo filio, praeter alios, Tillemont., et novissimus edit. Justini Mart. in praef. part. III. Nobis posterior sente- tia, ut paucis absolvam, quoque praeferenda videtur; 1. qu- titulus *Sarmatici* a Vero, quippe jam mortuo, cum supera- sunt Sarmatae, alienior, et Commodo congruentior, e- 2. Filius adpellatur Marci Aurelii §. 15. qui titulus eo ma- gis a Vero abhorret, quod adoptionis jure tantum *frat-* ejus fuerit adpellatus. 3. Pax alta fuisse dicitur in Inper- §. 1. quae non nisi post Sarmatas, et Germanos, devicto- a. 176 obtinuit. 4. Nec obstat *Philosophi* titulus, cum ne- tri, nec Vero nec Commodo, pessimae utrique indolis- proprie conveniat, sed soli Marco, magis tamen Commo- do, quippe cura Patris Philosophiae praeceptis inbuto.

§. XX. Misso libro spurio, licet jucundo, instar hodier- norum, sic dictorum, *Romanensium*, de *amore perfecto*, qu- Athenagorae, communi fere consensu, falso inscribitur, u- Huet. de *fabulis* Roman. jam demonstravit, et autorem ha- bet, quod La Croze apud Fabric. Bibl. Gr. l. V. c. 6. ob- servavit, Fumaeum Genilliacum, recentioris aevi, ad *Tati- anum* Syrum, ex Sophista, seu Philosophiae doctore, Chris- tianum, et Justini M. discipulum, virum celebrem, pergo. Christianus factus ope Justini M. Romae aliquandiu versatus, ubi docuit, (Rhodon enim testatur, apud Eus. H. V: 13. se Romae ab ipso fuisse institutum) post mortem Justini, inde metu Crescentis discedens in Orientem, scholam ape- ruit in Mesopotamia, circa ann. 172, praecipue vero Antio- chiae ad Daphnem: quando, prae nimio Philosophiae Bar- baricae, seu Orientalis, studio, in castra Valentinianorum fere transiisse censetur. Utique Gnosticismi semina in ejus *Orat. ad Graecos* latere, demonstravit Anonymus in Diss. subjuncta editioni Oxon. Tatiani, licet contra disputet no- viss. editor Just. Mart. praef. p. III. sed postea, magisterii praesumtione elatus, ac inflatus, si Irenaeo, l. I. c. 31. sit

credendum,

credendum, ulterius ad Gnosticismum deflexit, aeonas introducendo, nuptias detestando, et carnem veram Christi negando. Praeterea, Adamum salutis fuisse compotem factum, inficias ivisse dicitur, et ab usu vini abstinuisse, unde Encratitae adpellati sunt ejus adseclae, etiam hydroparastatae, ac aquarii, quia in S. Coena aqua utebantur: majorem etiam adfectantes abnegationem saccum gestarunt, et saccophori dicti sunt, denique, quia bona sua in commune detulerunt, apotactici, etiam Apostolici, cognominati. Ad quae duo tantum observanda habeo, *unum*, male inputari Tatiano opinionem de carne Christi putatitia, ut Docetae opinati sunt, ex prava lectione Hieron. ad Gal. ubi pro Tatiano leg. Cassianus, hujus etiam temporis; licet cum Valentino carnem e coelo venisse, et per Mariam, tanquam canalem transiisse, voluerit, *alterum*, Adamo propterea fuisse salutem ab ipso negatam, quod conjugio fuerit usus, in quo peccatum Adami posuit, cum aliis, quorum meminit Clem. Alex. Strom. l. III. Vid. noviss. Just. M. editor in praef. p. III. Plura de Tatiano et Encratitis suppeditat L. du Four de Longuerue in Dissert. inserta Bibl. haeresiol. J. Vogt.

§. XXI. Ex scriptis Tatiani bene multis, quae perierunt, sola ad manus nostras pervenit *Oratio ejus ad Graecos*; qui liber omnium eruditissime habetur scriptus Eus. H. IV: 29. Veteribus cognitus et laudatus, ut ex Veterum testimoniis, edit. Worth Oxon. a. 1700. praemissis, videre est; scopus ejus est demonstrare, Graecos sapientiam suam acceptam ferre debere Barbaris, seu Hebraeis et Orientalibus: qua occasione de variis religionis Christianae capitibus disserit, eaque defendit. Librum post Justini Mart. obitum, adeoque post ann. 163 vel 165, de quo supra egi, esse exaratum, ex ejus mentione §. 32. manifestum est, nec non aliquandiu post, ex eo, quod Crescens Philosophus quoque jam obierat, vel Roma jam discesserat, cum ejus, forma praeteriti adhibita, meminerit: citat quoque Protei dictum,

 secundum

secundum Euf. ann. 167 mortui. Tempus itaque figi potest in ann. 168, paulo ante sectam Encratitarum ab ipso conditam, uti Worth. quoque conjicit. Edidit praeterea Tatianus harmoniam euangelicam, ex *quatuor* euangeliis compositam, διὰ τεσσάρων propterea dictam, sed rescissis genealogiis Matthaei et Lucae, teste Theodoret. haeret. l. IV., forte quod in euangelio secundum Hebraeos, quo usus est, non invenerit, sed illa interiit. Quae enim a Victore Capuano, sec. VI., publicata est sub nomine Tatiani, ejus non est, sed Ammonii, nec etiam altera, Ammonii nomen praeferens: ut a Doctis jam est observatum, etiam a Valesio ad Euf. H. IV: 29. et Pagi ad Baron.

§. XXII. Duo supersunt Graeci hujus sec. scriptores omnium celeberrimi, Irenaeus, et Clemens Alexandr., de quibus differendum est. *Irenaeus* secundum Dodwell., qui vitam ejus Diss. Iren. III. fuse et adcurate enarravit, natus fuit ann. aer. V. 97. sub Nerva, in prima aetate vidit Polycarpum, Iren. l. III: 3. apud quem vidit Florinum, adhuc puer, ut ipse tradit in Epist. ad Florinum, et quidem splendide in aula Inperatoria degentem. Ex quo recte colligitur 1. Irenaeum fuisse Asianum, forte etiam Smyrnensem, quippe ibi a prima aetate versatum, 2. 25. forte habuisse ann. cum audivit Polycarpum, denique 3. hunc jam tunc valde senem fuisse; cum ab ejus senectute magna rationem repetat, quare eum adhuc videre potuerit. l. c. Sed cum Polycarpus fuerit a. 147. mortuus, ut supra vidimus, et Irenaeus 25. ann. natus eum valde senem audiverit, recentioris oportet fuerit aetatis, quam Dodwell. autumat: si enim ann. aer. V. 97. fuisset natus, et ann. 25. habuisset cum eum frequentavit, Polycarpus vix 50. habuisset annos, mortuus quippe ann. 87 aetatis. Rectius itaque natus censetur sub finem Trajani, quod ex iis, quae Grabe in Proleg. ad Iren. protulit, fulciri posset, si necesse foret. Nec obstat, quod suam fere aetatem conjungat cum Domitiani fine l. V: 30. cum *fere sub nostram aetatem* dicat, et phra-

sis

sis latitudinem admittat. Addo, Irenaeum jam decrepitum fere scripsisse libros, secundum Dodwelli rationes chronologicas; quod factum est sub Eleuthero, Episc. Rom. l. III: 3. qui sedit ab a. 162 ad 177; septuagenarius itaque jam fuisset, si a. aer. V. 97 esset natus, deinde cum litteris ad Eleutherum, adhuc presbyter, missus est Romam: quod in virum tam senem vix convenit. Ceterum, ut in vita ejus pergam, fuit primum Presbyter Lugdunensis in Gallia, quorsum qua occasione venerit, si Smyrnensis fuerit, non constat, deinde, mortuo Photino, Episcopus in ejus locum. Contendit quidem Massuet. Diss. II. ad Iren. eum ab Episcopo Romano fuisse ordinatum, cum quod litteris commendatitiis a martyribus munitus tetenderit Romam Eus. H. V: 4. tum quod nulli in Gallia fuerint Episcopi, a quibus ordinari poterat: sed posterius illud precario adsumi jam probavit Tillemont. in vita Iren., prius fundamento quoque caret: etsi, cum Valesio, eum Romam venisse non negaverim, quia Eus. id diserte adserit; id factum fuisse, ut ordinaretur, non traditur, quod tamen silentio non fuisset involutum: rectius statuitur, eum ad Episcopum Rom., cum litteris commendatitiis martyrum, profectum esse propter difficiliores quaestiones, consulendi ergo. Reliqua, ad vitam ejus pertinentia, ex autoribus citatis peti possunt: quibus addi meretur Pears. Vind. Ignat. p. II. c. 13. De genere mortis nihil certi constat. Censetur quidem martyrio coronatus, sed sine fundamento, cum nemo ante Pseudo-Just. in Quaest. et resp. ad Orthod., seculi V*ti* scriptorem, ejus meminerit.

§. XXIII. Ex scriptis Irenaei, bene multis, *quinque* tantum libri adv. Haereses supersunt, quibus contra Gnosticos praecipue disputat, eorum hypotheses exponendo, et suo more refutando, ex eo in primis, quod non cohaereant, et Script. S. ac traditioni adversentur, nec Graece, exceptis nonnullis fragmentis, sed Latine, quare de mente ejus saepe certi esse non possumus: scripsisse autem eum Graece,

etsi Erasmus negaverit, ex fragmentis certum est, ac ex ipsa versione Lat., quae Graecismis scatet. De quo vid. praeter Dodw. Diss Iren. V. Brissonius de *spectaculis*, etc. De autore et tempore vers. Lat. nihil certi definiri potest. Post Tertull. et ante August. fuisse concinnatam, contendit quidem Dodw. l. c. ex eo, quod ille non viderit, hic ea usus sit, sed Tertulliano ac Cypriano eam innotuisse, a Grabe et Massuet. clare demonstratum est: nec inprobabile est, quod Grabe conjicit, autorem fuisse Gallicanum, ex idiotismis Gallicis, in ea occurrentibus. Ceterum eodem tempore omnes non esse scriptos libros, ex praefationibus colligi potest. Tres primi sub Eleuthero, Ep. Rom., lucem viderunt, reliqui sub Victore: adeoque partim ante ann. 177, partim post. Utique ante illud tempus duos primos fuisse scriptos, vel inde patere videtur, quod sectae Cataphrygum, quae in Phrygia et Asia a. 171 erupit, nullam fecerit mentionem, quam tamen in seq. libris expresse memoravit. Optimae operis ejus editiones sunt Grabii, et Massueti. Sed praeter illud nonnulla alia opuscula, seu fragmenta anecdota, ex Bibliotheca Taurinensi publicavit, cum notis et dissertationibus suis, Cl. Pfaffius, inter quae unum est de *oblationibus* in S. Eucharistia, et *consecrationibus* ejus, haud exigui momenti, quod suo loco usui nobis erit. Ill. Maffei quidem genuinitatem eorum oppugnavit, sed a Pfaffio non male vindicata sunt. De doctrina Irenaei postea suis locis agam, hic notasse suffecerit, easdem fere opiniones singulares, supra in Just. Mart. notatas, aliquas quoque tenuisse, uti de commercio carnali Angelorum cum mulieribus, regno millenario, ac conjugio virginitati postponendo. Jecit praeterea principia de possessione bonorum hujus vitae piis tantum jure competente; uti jam observavit Cl. Barbeiracius moral. des Peres c. 3. De aliis, ut quod Christus anno aetatis 50*mo* in publicum demum prodierit, loco Joh. VIII: 57. forte deceptus, Antichristus ultimo tempore Hierosolymis sessurus, et

et tres ann. ac 6. Menf. dominaturus fit in terra, fileo; quia hujus non funt loci.

§. XXIV. *Clemens*, feu plenius, uti apud Euf. H. l. VI: 13. Titus Flavius Clemens, Alexandrinus dictus, five quod gente talis, five ibi inftitutus ac diu verfatus fuerit, ac docuerit, alii enim eum, tefte Epiphanio contra Secundianos, Athenienfem faciunt, a libris Stromatum ςρωματεῖς, ab eruditione ὁ θαυμάσιος *mirabilis* adpellatus, ftudia fuit Athenis aufpicatus, continuavit in Afia, et perfecit Alexandriae, ubi Pantaenum, fcholae Catecheticae, ibi jam diu florenti, praefectum, habuit, ut ex Euf.-H. V: 11. patet, praeceptorem, a quo Stoicam inbibit Philofophiam, eodem Euf. l. c. tefte, cui tamen non penitus adhaefit, eclecticam fectatus. Rexit dein fcholam Pantaeni abfentis, ann. 191., mortuo fucceffit in ea, et docuit. Dein Ecclefiae Alexandrinae Presbyter factus, folum vertere debuit, in perfecutione Severiana, et Hierofolymas petiit, Ecclefiamque infigniter corroboravit; tefte Alexandro, ejus loci Epifcopo apud Euf. H. VII: 11. Redux poftea Alexandriam haud diu fuperfuit, circa finem Caracallae, ut videtur, mortuus, circa ann. 217. Utique Alexander Hierofolym. in ep. ad Origen. ejus, tanquam jam defuncti, meminit apud Euf. VI: 14. Inter libros ejus, qui aetatem tulerunt, et adhuc fuperfunt, *tres* eminent. 1. *Protrepticus*, feu cohortatio ad Gentes, eo tendens, ut iis veritas religionis Chriftianae perfuadeatur, et futuri Chriftiani a vitiis purgentur. 2. *Paedagogus*, tribus libris, quo Chriftiani ipfi variis inftruuntur officiis, quae praeftare debent. 3. *Stromatum* libri octo, qui ad pleniorem eruditionem ducunt, et Gnofticas, falfae fic dictae fcientiae oppofitas, continent commentationes, et eo fpectant, ut veritas, Philofophiae admixta decretis, vel iis cooperta ac abfcondita, luci exponatur, uti ipfe in principio innuit, eaque ratione vanae Gnofticorum jactantiae, acfi foli prae reliquis effent fapientes, occurratur. Exhibet itaque Clemens veram eruditionem Gnofticam,

et ex Philoſophorum ſcriptis illuſtrat. Nomen *Stromatum* tulerunt a varietate eruditionis, quaſi *Miſcellaneorum*, ſeu *variorum* libros dicas. Vox enim στρωματέων a ſtragularum veſtium, varie contextarum, multiplici colore petitum eſt: uti ipſe innuit l. IV: 2. Sed Octavus liber, qui ſupereſt, nihil videtur cum reliquis habere commune, cum artem dialecticam, definitiones, diviſiones, et demonſtrationes unice tradat. Unde neſcio num, octavum librum periiſſe, recte colligi poſſit, minus, et illum deficere, cujus meminit Phot. Bibl. cod. 111., cum *octavum* librum inſcriptione, et rei ſubjectae materia, a reliquis diſcrepare, diſerte tradat. Quod vero addit Phot. in libr. Stromateon aliqua minus ſana occurrere, non de octavo tantum, ſed reliquis etiam libris intelligendum eſt. Interea notandum, *octavum* librum non fuiſſe apud omnes eundem; alii enim librum *quis dives ſalvetur* pro eo habuerunt, notante Photio, alii vero *eclogas Prophet.* ſeu excerpta Prophet., uti Fabric. Bibl. Gr. l. V. obſervavit, qui etiam de variis operum Clem. editionibus conſulendus eſt: noviſſima et optima eſt Potteri Oxon. 1715, ſed praeter hos libros ſuperſunt et alii tractatus, ibid. obvii, qui ſunt *excerpta* e ſcriptis Theodoti, ubi explicationes Script. ex mente Gnoſticorum adparent, non nullius pretii, ad eorum ſyſtema intelligendum, nec non excerpta ex Prophetarum ſcriptis: quae noviſſime edita quoque ſunt a Fabricio l. c. ubi et aliorum librorum Clem. deperditorum fragmenta reperiuntur, denique ſingularis tractatus ad Marc. X: 17.— ſub titulo, *quis dives ſalvetur*. Plura qui velit de Clementis vita, operibus, et opinionibus, adeat praeter alios Clericum in Bibl. Univerſ. tom. X.

§. XXV. Varios quoque ejus naevos protulit Blondell. de Sibyll. l. I: 6. ſtoica principia, in libris ejus ſparſa, in lucem protraxit Barbeirac. moral. des Peres cap. 5. ex. gr. verum et Chriſtianum Gnoſticum eſſe *paſſionibus* ſuperiorem, quales fuerunt Apoſtoli poſt Spiritus S. effuſionem,

et

et Christus semper, ne quidem naturalibus corporis adfectionibus, ut *famis*, *sitis* etc. obnoxius, gentiles per philosophiam servari potuisse, astrorum cultu iis dato, ut a crassiore idololatria abstinerent, et ad Deum adducerentur, ex Deut. V: 19. secundum Graecam versionem LXX. Interpr. Photius vero in Bibl. l. c. testatur, se in libris *hypotyposium* ejus reperisse sequentes opiniones, *materiam esse aeternam*, *Filium Dei creaturam*, *animas migrare de corpore in corpus*, *sermonem non vere*, *sed putatitie*, *carnem factum*, *Angelos cum mulieribus consuevisse*, et liberos *procreasse*. Quae quam vera sint, defectu illorum librorum, praestare non possum, sed illud ex libris ejus, qui supersunt, patet, eum censuisse Christi corpus a nostro fuisse diversum, euangelium damnatis mortuis adnunciatum fuisse, et salutem iis qui crediderunt adtulisse, angelos cum mulieribus concubuisse. Alia mitto, ut de Trinitate, libris Ecclesiasticis, ab ipso pro divinis citatis, etc. de quibus postea suo loco.

§. XXVI. Praeter hos Scriptores Graecos, unus memorari tantum potest, circa finem hujus, et initium sec. sequentis, celeberrimus ex Latinis, *Tertullianus* Afer, et Presbyter Carthagin., plene dictus *Quintus*, quod est praenomen, quia *quinto* loco natus erat, *Septimius*, gentis nomen, *Florens*, quod est familiae, *Tertullianus*, vir *acris* et *vehementis ingenii* dictus Hieron. de Viris Illustr., *omni genere litterarum* peritus, secundum Lactant. Instit. l. V. sed *in eloquendo parum facilis*, et *minus comtus et multum obscurus*. Spirat tamen stilus ejus insignem Majestatem, ac emphasin, estque sensus plenissimus. Romam a Patre, Proconsulari Centurione, missus operam in primis Jurisprudentiae dedit, quare Eusebio II. II: 2. *legum Romanorum peritissimus* dicitur; de quo scripta quoque ejus testantur, nec tamen propterea cum ICto ejus fere nominis confundendus, quippe qui sub Hadriano floruit, et *Tertylianus* proprie adpellatur. Gentilis religione, et vitae dissolutioris, ut in Apol. c. 28. indicat, ubi dicit, *de vestris fuimus*: *fiunt*, *non nascuntur Christiani*,

tiani, et de Resurrect. carn. c. 59. ubi, *scio me*, inquit, *neque alia carne adulteria commisisse, neque nunc alia carne ad continentiam niti*, ad Christianam, incertum qua occasione, conversus, austerum vitae genus, ad quod per indolem erat pronior, sectatus est, maxime quando Presbyter fuit factus, nec tamen adeo exploratum est, num ab uxore abstinuerit, cum ex libris ad Uxorem id colligi nequit, potius contrarium. Sed incidit forte ob vitam austeriorem in odium Cleri Romani, a quo Montanismi fuit propterea accusatus. Quod ipsum occasionem, ut Hieronymus de Viris Illustr. refert, lapsus ejus ad Montanismum praebuit, quem austerae indoli et vitae reperit magis consonum. Montanista factus illud institutum valde promovere conatus est, et in Catholicos, quos Psychicos, carnales, adpellavit, acerrime declamavit. Fertur vixisse, inquit Hieron. l. c. *ad decrepitam aetatem*; sed tempus mortis definiri nequit: solet statui ann. 220, quod admitti potest. Plura de vita et scriptis ejus peti possunt ex Pamelio, et praecipue P. Allixio.

§. XXVII. Tractatus varii, quos de quibusvis materiis conscripsit Tertullianus, in unum librum collecti, haud una vice sunt editi, ultima a Priorio, cum integris Rigaltii, et selectis variorum notis, Paris. 1675, sed desiderant adhuc peritiorem manum. Alii vero ante Montanismum ejus, alii vero post, exarati sunt: quod discrimen utile est observasse: nec tamen tam facile illud est in omnibus tractatibus, multo minus singulis, verum adsignasse tempus; circa quod inter Doctos quoque non convenit. Egregiam in eo operam posuit P. Allixius, modo citatus: qui consuli potest. Nobis suffecerit de praecipuis sententiam breviter protulisse; cum prolixioribus esse non liceat. Lapsu ejus in Montanismum posteriores esse libros *contra Marcionem*, de *Praescriptione haereticorum*, de *anima*, de *carne Christi*, de *resurrectione*, *de fuga* in persecutione, de *pudicitia*, vel *castitate*, de *jejuniis et Monogamia*, mihi manifestum videtur, cum Montanismus in illis magis minusve pellucescat. Liber

ber *de praescript. haereticorum* censeri posset ante lapsum scriptus, cum cap. 52. Montanistae tanquam haeretici describantur: sed ultima capita, cap. 46. et seq., in melioris notae exemplaribus desiderantur; et ex lib. I. 2. contra Marcionem, post Montanismum ejus scripto, cum Catholici in eo adpellantur Psychici, carnales, et ann. 15to Severi, aer. V. 207, ipso teste l. I. c. 15. scriptus sit, patet, librum de Praescript. nondum lucem vidisse, cum ibi hunc librum promittat. Ante lapsum existimaverim scriptos esse libros de *baptismo*, *poenitentia*, *oratione*, nec non de *Pallio*, quod sumsit non initio conversionis ad Christianismum, sed cum, presbyteratu admisso, severiori se dedit vitae, eo scopo, ut se in sumendo pallio Philosophico recte fecisse demonstret; cujus libri tanta est obscuritas, ut, nisi Salmasius, qui seorsim edidit, fuisset, adhuc dictum illud vetus ei adplicandum foret, *qui non vult intelligi, non vult legi*. Librum de *corona militis* scripsisse videtur ante ann. 202, post Severi 10*mum:* indicat enim, Ecclesiam antea fuisse in pace, et nunc ante fores esse persecutionem, quae a. 202 est decreta, ut postea patebit. Defenditur eo in libro factum militis Christiani, qui *lauream castrensem*, qua milites, bello in Oriente finito, donati sunt a Severo et Caracalla, capite gestare, tanquam gentilismi aliquod signum, recusavit; quod ab aliis in milite fuit damnatum. Ex quo libro varii ritus in usu peti possunt, ut suo loco patebit. Scriptus etiam tunc est liber de *Idololatria*, post eum de *spectaculis*, in lib. de Idolol. citatum, nec non de *cultu* et *habitu foeminarum*, et ad *Uxorem:* sed *Apologeticum*, omnium utilissimum ejus librum, paulo serius, circa ann. 205, ut jam conjecit Pagi, in publicum misisse videtur, quo Caracalla inperii sui Caesarei celebravit decennalia, ac vexatio viguit Christianorum, quae post ann. 202. incepit, durante enim ea scriptus est. Nec ex eo, quod nullius edicti Inperatoris meminerit contra Christianos, imo, non Inperatorem, sed Proconsules cum vulgo persequi Christianos innuit, c. 5.

 colligendum

colligendum est, antea exaratum fuisse, cum loco citato Se-
verum ideo eximat tantum persecutorum numero, qu
nullum ab ipso emanaverit edictum, nec inde orta fue
persecutio: uti postea liquebit. Ceterum, Apologeticus n
est Romae, sed Carthagine, scriptus, nec ad Senatum, s
Provinciarum Praesides, missus, uti ex c. 2 et 50. elucesc
videtur quoque compendium esse librorum ejus ad Nation
quorum parum superest. Novissima, et optima editio
Il. Haverkampii a. 1718. multis notis ditata. Durante,
ad finem vergente, persecutione, scripsit pro Christianis
Scapulam, tunc in Africam missum Proconsulem. Alios eju
libros recensere omitto; postea suis locis memorandos, ut
contra Praxeam, Hermogenem, Valentinianos, Judaeos etc.
De doctrina, opinionibus, et austeritate ejus in prax
Christiana, suis locis quaedam dicam; hic notasse suffecerit, eum cum aliis Veteribus censuisse, animas defunctorum in inferis, tanquam custodia detineri, martyrum vero in paradiso infra coelum, ita in lib. de *Anima*, sanctos, ante ultimum judicium resuscitatos, 1000. ann. cum Christo regnaturos in terra, adv. Marc. l. III. Angelos cum mulieribus concubuisse ib. l. II. denique, quod majoris est, omnes substantias de corporeitate quid habere, ne Deo quidem excepto; adv. Hermog. et Praxeam. Confudit corpus cum substantia, ubi adv. Hermogen. c. 35. dicit, ei concedere, esse *aliquid incorporale de substantiis duntaxat, cum ipsa substantia corpus sit rei cujusque*, sic et de carne Christi c. 11. *omne, quod est, corpus est sui generis: nihil est incorporale, nisi quod non est.* Sed confer de anima cap. 6. et seq. ubi corporalitatem animae statuit, et c. 22. dicit, quod notatu dignum est, *definimus animam, Dei nutu natam, immortalem, corporalem, effigiatam, substantia simplicem, de suo sapientem, varie procedentem, liberam arbitrii, accidentiis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, divinatricem, ex una redundantem.*

§. XXVIII. Tractatione de scriptoribus hujus sec. quantum

tum ſcopo ſufficit, abſoluta, de ſpuriis ſcriptis quaedam dicenda reſtant. Inter quae cum inſignem teneant locum *Carmina*, vel Oracula, *Sibyllina* Chriſtianorum, de illis breviter diſſeram, poſtquam de Sibyllis, et oraculis earum, quaedam in genere et ſummatim praemiſero. Fuſior enim notitia ex Fabric. Bibl. Gr. l. I. c. 29. et aliis petenda eſt. Sibyllas, quo nomine mulieres fatidicae, futura praedicentes, inſignitae ſunt, fuiſſe, non unam antiquiſſimam Erythraeam, quae varia peragravit loca, et inde varia ſortita fuit nomina, quod contendit Salmaſ. ad Solin., ſed plures, Veterum teſtimonia dubitare non ſinunt, licet, quot fuerint, non conſtet, plerique vero *denas* numerant. Ipſum nomen Sibyllae plures fuiſſe arguit, cum ſit adpellativum, non proprium, origine, ut puto, Phoenicium, a סבל *portare*, quo inſignitae fuerunt, quod ſpiritum fatidicum, utero incluſum, cenſitae fuerint inſtar gravidarum geſtare. Fuerintne autem bono, an malo actae, ſeu imaginatione deluſae, vel purae putae fraudes, et commenta politica, uti forte Romanorum fuerunt, et multis diſputat Dalenius de Oraculis, ad nos nunc parum pertinet, quare illud praetereo. Oracula vero, ab Ipſis fuſa, ſive ipſae ea ſcripſerint, ſive ab aliis ſint excepta, verſibus conſtitiſſe hexametris Graecis, conſtat quidem; ſed ſcriptores ea citantes, in ſummam ſubinde redigentes, ſoluto complexos ſermone fuiſſe, notandum eſt, ne, eas proſaico ſermone fuiſſe uſas, quis inde colligat. Amare praeterea ſolebant *acroſtichides*, licet non omnia ejus generis fuerint earum oracula. Sed non erat negligendum, oracula Sibyllina nonnunquam cum aliis, quae vel ab Ethnicis, vel aliunde, originem duxerunt, fuiſſe confuſa; qualia, ex. gr. ſunt, quae regem aliquem promiſerunt, uti illud circa tempora Chriſti, quod habebat, ut *Judaea profecti rerum potirentur*, cujus, praeter Joſ. B. J. l. VII., meminerunt Tacit. H. V: 13. et Sueton. in Veſpaſ., nec non *quarta* Virgil. ecloga, non Sibyllae, ſed Heſiodo originem ſuam debens, nec de regno Chriſti, ſed ſeculo Saturnio,

turnio, ab Hesiodo descripto, renovando, quum Pollio filius nasceretur, agens. Oracula vero Sibyllina genuina R manorum a foemina Tarquinio Prisco, vel Superbo, r Romanorum, fuisse oblata, et duabus librorum tertiis, c rex tam inmensum pretium dare recusaret, combustis, isse emta, tralatitium est, ut et, illos libros in Capito primum custoditos, ac Duumviros constitutos, qui illos c sulerent, dein Decemviros, partim ex Patribus, partin plebe, postea, post Syllana tempora, quindecemviros fac rum, deinceps adhuc varie auctos. Hos vero libros, te poribus Syllanis, a. U. C. 670, cum Capitolio conflagras novosque undequaque conquisitos, dein in Templo Ap linis ab Augusto fuisse repositos, historia tradit Roma Denique, bis incendio erepti, tandem sub Honorio, si a Stilicone, sive jussu Inperatoris, sunt incendio absum nec renovati. Quae itaque postea pro carminibus Siby nis divulgata sunt, pro fictis habentur. Ceterum haec c mina consulere solebant Romani, cum *tetra prodigia* esse nunciata, ut patet ex Livio lib. XXII., nec non in al arduis casibus, Reip. funestis, ut cum terrae motus ex tisset, bellum esset metuendum, clades accepta, lues gr saretur, incendium Urbem corripuisset etc. Unde collige est, libris hisce fuisse comprehensum, quae offerenda s sacrificia, quae sacra facienda, quibus mediis Dii placan et mala averruncanda.

§. XXIX. Superest, ut ad carmina, sic dicta, Sibyllin Christianorum veniam, carminum, quae hexametra sunt, byllinorum collectio, octo libris constans, edita primum Xysto Betulejo Graece apud J. Oporinum a. 1545, dein an sequente, cum metaphrasi Lat. heroica, a Seb. Castellior rursus, ut alias editiones mittam, ab Obsopaeo Paris. 15 donec, eam recudi, cum aliorum, et suis, notis, curave Servatius Gallaeus, Pastor Ecclesiae Walonicae Harlemen a. 1689, postquam multas de Sibyllis, et earum oracul praemisisset exercitationes. Hisce vero in libris variae,

Ve

Vet. Teſt. deſumtae, exſtant hiſtoriae, varii repraeſentantur Rerumpubl., et Civitatum, caſus, multa de Chriſto, et Eccleſiae Chriſtianae fatis. Inter ſingularia, quae ſeſe in illis offerunt, eſt ex. gr., Neronem eſſe Antichriſtum, regnum in terris fore millenarium, inpios in aeternum ſepeliendos, multos per piorum preces eſſe ex inferis liberandos. Denique Divinitatis Chriſti, et ſatisfactionis perſpicua in iis ſit mentio: de quo poſtea,

§. XXX. Carmina haec Chriſtianorum longe alia et diverſa eſſe, ac Romanorum, clarius eſt, quam ut demonſtratione indigeat, licet Juſt. Mart. Apol. I., ubi dicit, mortem a Romanis eſſe conſtitutam lectoribus *Hyſtaſpis*, *Sibyllae*, et *Prophetarum* (non Chriſtianorum, ſed aliorum fatidicorum librorum, quorum haud exigua erat apud Romanos copia, ut recte obſervavit Caſaub. ad Baron.) ex Sibyllinis, quae legerat, Sibyllina Roman. ejuſdem eſſe materiae, exiſtimaverit, et propterea Chriſtianos, ac alios, ab eorum lectione arceri. Longe enim aliud fuit Romanorum, ac Chriſtianorum, carminum argumentum, ut ex dictis liquet. Nec noſtra carmina potuerunt a Sibyllis fatidicis cenſeri profecta, cum σαφῶς καὶ φανερῶς *clare* et *aperte* de Chriſto, et contra Gentilium cultum, loquantur, teſte Juſt. Mart. in *cohortat. ad Graecos*, vel quiſquis ejus libri autor ſit. Denique quae a Romanis ſcriptoribus, ut Suetonio, Dione, et aliis, citantur, in Chriſtianorum non reperiuntur, et, ſi forte quid ſimile, longe aliis verbis. Romana quoque carmina, poſtremo, in Capitolio, vel alibi, tam arcte cuſtodiebantur, ut aliis, ac ad id conſtitutis, nullus patuerit aditus: uti Lactant. Inſtit. l. I. c. 6. quoque teſtatur.

§. XXXI. Ad quaeſtionem, ſintne carmina noſtra eadem ac quae Veteres Chriſtiani habuerunt, reſpondendum videtur. 1. Clementi Romano, quem carmina Sibyllina citaſſe, ex Irenaeo, et Juſtino juniore, demonſtrat Bevereg. in *cod. Canon. vindicato* l. I: 14. ac Hermae Paſtori, noſtra fuiſſe nota, non liquet, cum quae illi citant, ut de uno Deo, et

 mundo

mundo conflagraturo, desumta esse potuerunt ex Oraculi Gentilium. 2. Justino vero Martyri, aliisque ab eo tem pore, nostra innotuisse, ex ejus, et aliorum citationibus, qui dem manifestum est, attamen nec omnia, Veteribus memo rata, in nostra collectione prostant, nec omnia illi habue runt, quae nos nunc, cum multa res, post eorum tempoı gestas, comprehendant. Quo in specie pertinet memorab lis illa acrostichis, sub fin. lib. VIII*vi*, quae primoribus litte ris haec verba exhibet; ἰησῦς χρειςὸς θεῦ υἱὸς, σωτὴρ, ςαυρὸς *Je sus Christus filius Dei, servator, crux*, quippe ante Eusel a nemine memorata. Etsi enim nomen ἰχθυς, quo Christu venit apud Tertull. in quinque priorum vocum primis lit teris exstet, illud inde fuisse ortum, non sequitur. Quo denique ad autores horum carminum adtinet, illud pro cer to adfirmari potest in genere tantum, Christianos fuisse, e non Gentiles, aut Judaeos, cum de Christo, et Christian religione, nimis laudabiliter ac clare in iis sermo fiat: n dicam, Judaeis nullos fuisse in pretio vates, praeter prophe tas, Sibyllina quoque carmina nulla; Joseph. Sibyllae semel et obiter, tantum meminit, Philo nusquam, nec ullus Ta mudicorum.. Sed a quibus Christianorum, et cujus sectae ea profecta sint carmina, prorsus in obscuro est. Monta nistis quidem aliqui ea tribuunt, sed sine fundamento cum tempore Just. Mart. jam multa exstiterint carmina et parvi apud eos fuerint pretii, quare Tertull. iis vix usi est. Ceterum nec ab uno autore, nec uno eodemque tem pore, ea fuisse confecta, ex dictis satis liquet: desumta ve ro sunt ex libris V. et N. T. partim, partim quoque e Oraculis Ethnicis, nec non ex Orpheo, Homero, et aliis uti a Doctis jam est observatum, et a perito lectore faci poterit.

§. XXXII. Praeter carmina Sibyllina, Recognitiones, e homilias, Clementis, de quibus sec, superiore egi, alia, s milis generis scripta, hoc seculo confecta sunt, in prim a Lucio quodam Carino, uno Docetarum, in initiis seculi

ui

uti plura ſunt Euangelia, cum ad virginitatem extollendam, tum ad carnem in Chriſto putatitiam demonſtrandam, qualia ex. gr. ſunt, *nativitatis* Mariae virginis, proteuangelium S. Jacobi, Nicodemi, Petri, ejuſque acta, probe a Recognitionibus Clementis diſtinguenda, acta Andreae, Tomae, et alia. De quo, praeter alios, vid. Beauſobr. hiſt. Manich. p. II. lib. II.

PARTES ESSENTIALES ECCLESIAE.

DOCTRINA ET FIDES.

§. XXXIII. Generalia fidei Chriſtianae capita a Scriptoribus hujus ſeculi in genere quidem hic illic recenſentur, ſed nec eadem, nec eodem ordine, nec uſquam Symboli, ea complexi, et per Eccleſias uſitati, multo minus ab Apoſtolis profecti, fit mentio. Plures de Chriſto articuli exſtant apud Ignat. ad Trall. §. IX. ut et apud Juſt. Mart. contra Tryph. p. 311. eſſe ſcilicet filium Dei, natum ex virgine, ac hominem, noſtris obnoxium infirmitatibus, factum, crucifixum ſub Pontio Pilato, reſuſcitatum ex mortuis, in coelum ſublatum, et Dominum virtutum factum. Iren. vero adv. haeres l. I. c. 10. plurimos Symboli Apoſt. articulos recenſet, qui fidem continent in unum Deum Patrem, omnipotentem, creatorem coeli et terrae, et in unum Jeſum Chriſtum, filium Dei, etc. ac in Spiritum S., qui per Prophetas praedicavit Oeconomias, deinde Reſurrectionem mortuorum, judicium ultimum, vitam aeternam piis, et ignem aeternum inpiis. Quos articulos deinde repetit l. III: 4. ſed aliis verbis, omiſſo quoque articulo de Spiritu S. Tertull. de Praeſcript. haeret. c. 36. communis fidei articulos aliquos memoravit, unum ſcilicet eſſe Deum, creatorem univerſitatis, et Chriſtum Jeſum, ex virgine Maria filium Dei creatoris, ut et, carnis dari reſurrectionem; ſed uberius eos exhibet ibid. c. 13. ubi omnes fere articuli Symboli

Apost. recensentur, sed aliis verbis, et alio ordine, excep-tis de sepultura Christi, descensu ad inferos, et Ecclesia Ca-tholica; addit quoque ibi, hanc regulam fidei, a Christo in-stitutam, nullas apud Christianos habere quaestiones. De-nique eosdem fere articulos repetit adv. Prax. l. II. sed aliis verbis, et de veland. Virgin. cap. I. omisso articulo de Spiritu S. Generaliora quoque capita, ut illud obiter ad-dam, profert Origen. contra Cels. l. I. p. 7. Christi puta nativitatem ex Virgine, crucifixionem, resurrectionem, et judicium. Ex quibus elucescit, fixos, et certis verbis a-strictos, nondum obtinuisse articulos, praeterea, illos de passione, a crucifixione distincta, et descensu ad inferos, d Ecclesia Catholica, et remissione peccatorum, nusquam com-parere, Tertull. contra Prax. c. 2. tantum habet, passum, mortuum, et sepultum esse Christum.

§. XXXIV. Quibus in genere praemissis, nonnulla fidei Christianae capita, quae praecipua habentur, paulo adcura-tius sunt in lucem proferenda. Ubi ante omnia nostram merentur adtentionem principia, et fontes, fidei nostrae, Libri Vet. et N. Test., et inquirendum, quid hac aetate de illis crediderint, et num *traditiones* quoque iis adjunxe-rint, tanquam alterum fidei principium. *Canon* librorum sacrorum cum duplex sit, Vet. et Nov. Test., a posteriore, tanquam Ecclesiae Christianae praecipuo fundamento, aus-picabor; et de *historico* primum, dein *doctrinali*, agam. His-toricus, a potiore parte sic denominatus, alias enim doctri-nas quoque complectitur, ex quatuor Euangeliis, Matth., Marci, Lucae, et Johannis constans, ac Actis Apostolorum, quando confectus sit, adeo ut illi libri, in unum volumen redacti, et ab aliis ejusdem generis separati, soli pro ge-nuinis fuerint habiti, et universaliter in Ecclesia recepti, non convenit inter Doctos; quare mentem paulo adcuratius exponam, per has duas, vel tres theses. Quarum *prima* habet, Euangelia illa nostra, nota quidem et recepta, sed ab aliis, majoris minorisve certitudinis, non fuisse sejuncta,

ac

ac in unum volumen redacta, pro solis canonicis habita, ante tempus Hadriani. Quae Dodwelli est hypothesis, ab Ipso Diss. Iren. I. demonstrata, ac a Millio Proleg. in N. T. adprobata, sed oppugnata a F. Spanhemio in Miscell. Antiquit. ac Clerico in Diss. *harmoniae* ejus *euangelicae* subjuncta. Rationes, quare eam maxime probabilem censeo, pro ut in thesi expressi, sunt sequentes potissimum. 1. Primam suppeditant variae narrationes vitae et factorum Christi, in principio vulgatae, et cum veris Apostolorum confusae, non nisi progressu temporis discernendae, et a genuinis separandae. Plures tales exstitisse narrationes, a nostris diversas euangeliis, et Apostolorum quoque nomen praetulisse, ex prologo Luc. I., et euangeliis secundum Hebraeos ac AEgyptios, dubio mihi carere videtur. Lucam enim, ubi dicit, *multos* Vitam Christi componere esse adgressos, non Matthaeum aut Marcum, sed alios, in oculis habuisse scriptores, supra in historia Ecclesiae Apostolicae jam demonstravi: ubi de euangeliis modo memoratis quoque disserui. Quae hic repetere nihil adtinet. Opus autem aliquo tempore fuisse, ad eas narrationes, veras et falsas, dijudicandas, ac separandas, facile in oculos incurrit. 2. Secundum inde petere liceat, quod euangelia nostra sero fuerint scripta, Lucae, quod omnium primum in lucem prodiit, non nisi post Paulum prioribus vinculis Romae solutum, ann. Neronis 9no aer. V. 62. Matthaei et Marci post Petri et Pauli obitum, Johannis demum sub finem sec. I. Quae omnia supra in hist. ejus seculi fusius pertractavi, adeoque nunc adsumere licet. Collegisse hinc sufficerit, aliquo opus fuisse tempore, quo per Ecclesias vulgari, et ab omnibus recipi, majore, quo a reliquis spuriis separari, et in unum canonem redigi potuerint.

§. XXXV. 3. Provocare denique fas sit ad scriptores Eccles. ante Hadrianum, qui, euangelia nostra per Ecclesias obtinuisse scripta, et a reliquis sejuncta, sola habuisse autoritatem, nullo demonstrant indicio: nusquam ea expresse

 citarunt,

citarunt, diſcrimen inter illa et alia nuſquam conſtituerunt: imo ſubinde verba, quae non in noſtris, ſed aliis, reperiuntur, tanquam euangelica, proferunt, non facturi, ut = detur, ſi in canonem jam redacta, et ſola fuiſſent autoritate praedita. Clemens Rom. in Ep. ad Cor. τῶν λογων *monum* Chriſti meminit, nulla euangeliorum facta mentione; profert quoque eos tali modo, quo ex euangeliis ſcriptis eos deſumſiſſe, non patefacit, memorat quoque alia plura quam noſtra habent euangelia, ex. gr. c. 13 et 26. Praeterea ubi commendat Corinthiis ſcripturas c. 53. euangeliorum non meminit. Autor quoque alterius Epiſt., quae Clementis nomen praefert, eodem modo inſtituit, §. 4 et 5. qui et §. 12. ex euangelio ſecundum AEgyptios pericopam citat. Barnabas in epiſt., ipſi inſcripta, unum alterumve dictum, quod in euangeliis exſtat, ſimpliciter profert, ſed euangeliorum non meminit, §. 5 et 19. citat quoque dictum Chriſti, §. 4. *reſiſtamus omni iniquitati*, et *odio habeamus eam*, quod nuſquam reperitur. Ignatius quoque euangelia ſcripta non memoravit, tantum aliqua in medium adfert dicta, quae in iis proſtant, ut ad Epheſ. 14, 19. Philadelph. 7. Smyrn. 1, 6. Polycarpum §. 2. ſed et ipſe ex Euang. ſecundum Hebraeos adfert dictum aliquod Chriſti in Ep. ad Smyr. §. 3. *adprehendite*, *palpate me*, et *videte quod non ſim* δαιμόνιον ἀσώματον *daemonium incorporeum*. Quod in Euangelio Nazaraeorum exſtitiſſe tradit Hieron. de Script. Eccleſ. n. 27. Memorat quidem *Euangelium* in Ep. ad Philad. §. 5. et 8. ac ad Smyrn. 7. ſed, num adnuntiatum an ſcriptum intelligat, non declarat: imo ſolet eo nomine adnunciationem *nativitatis*, *paſſionum*, et *reſurrectionis* Chriſti inſignire: ſi vel ſcriptum in oculis habuerit, illud Ignatio in manibus fuiſſe, inde quidem colligi poſſet, de quo nullus quoque dubitaverim, ſed non, euangelia jam in unum volumen fuiſſe collecta, et per Eccleſias publicata.

§. XXXVI. Nuſquam utique, quod ſciam, *ſcripti* euangelii in Epiſtolis expreſſe meminit, ne quidem in notabili

bili illo loco ad Philad. §. 8. qui eo fini passim citari solet, de quo paulo fusius hac occasione differam, ut verum ejus intellectum tradam, cum sit vexatus admodum, et variis explicationibus tentatus. Cum fideles obsecrasset, ut nihil per contentionem faciant, sed *secundum Christi disciplinam*, in haec verba loqui pergit: *quandoquidem audivi quosdam dicentes*, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω, *nisi in antiquis invenero, non credo euangelio, et dicenti mihi*, ὅτι γέγραπται *scriptum est*, *responderunt mihi*, ὅτι πρόκειται *praejacet*, vel *palam et publicatum prostat*. Variis loci difficilis explicationibus suo relictis loco, ut omnem vitem prolixitatem, meam, quam nunc foveo, iis addidisse suffecerit. Christianos Judaizantes, qui non purum, sed cum lege Mosis conjunctum, euangelium obtinere debere contendebant, quales et antea fuerunt, et nunc erant, nomine Nazaraeorum ac Ebionitarum noti, Ignatio fuisse in oculis, vix dubitaverim. Praeterquam enim, quod ex hac hypothesi pericopa facilem admittat explicatum, unice verum, Ignatius ipse eos et in hac ep. §. 6. et in ea ad Magnes. §. 8. clare et expresse designavit. Hos vero homines introducit loquentes his verbis: *nisi in antiquis invenero* (scilicet *euangelium*, quod omnino supplendum est, sicut epistola interpolata quoque habet) *euangelio non credo*, h. e. nisi euangelium cum illis, quae in antiquissimis libris, puta Mosis, exstant, et antiquis praescripta sunt, conjungatur, non adsumo illud, scilicet purum et nudum, *antiquis illis abolitis*. Per τὰ ἀρχαῖα (haec enim vera est lectio, et non ἀρχεῖα *archiva*, quorum hic nullus est locus, nec tolerabilis sensus) intelligunt et libros, et instituta legis, τὰ ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένα *ab initio tradita*, uti exponit Hesychius, Paulo dicta τὰ ἀρχαῖα *antiqua* 2 Cor. V: 17., sicut ἀρχαῖοι *antiqui veteres* quoque vocantur, Matth. V., quibus decalogus fuit promulgatus: ne plura in re facili proferam. Opponunt itaque euangelium, in antiquis propositum, seu legale, novo, nudo et puro, soliusque gratiae, et nisi *illud* locum teneat, se

hoc non adoptare declarant. Quibus ubi Ignatius ſimpliciter reſpondet, *ſcriptum eſt*, ſignificat, ex mea opinione, nihil aliud, ac purum etiam euangelium in libris antiquis, in ſpecie Prophetarum, ſcripto eſſe conſignatum, ſeu adnunciatum: ſicut alibi, ſed et in hac ipſa Epiſt. §. 5. diſerte tradit: *prophetas diligamus*, inquiens, *propterea quod et ipſi euangelium adnunciaverint, ac in Chriſtum ſperaverint, et exſpectaverint, in quo et credentes ſalutem conſecuti ſunt.* Sic et §. 9. Solet quidem de euangelio, nunc *ſcripto* ab Apoſtolis et Euangeliſtis, intelligi, minus recte, opinor, quia, quid ad rem faciat, non tantum non adparet, ſed vox γραφη et verbum γεγράπται, *ſcriptum* eſt, ad ſcripta V. T. ab Ignatio ubique refertur: ex. gr. ad Epheſ. 5. Magneſ. 12. et alibi. *Euangelium* vero apud Ignat. ſimpliciter adnunciationem nativitatis, paſſionis, et reſurrectionis Chriſti, denotat, uti ex. gr. ad Philad. 9. Smyrn. 5 et 7.

§. XXXVII. Explicem ſupereſt, quid ſibi velint Judaizantes Chriſtiani, cum Ignatio regeſſiſſe dicuntur ὅτι πρόκειται *praejacet*, vel publicatum proſtat. In animo mihi habuiſſe videntur legis ſolennem promulgationem, a Deo, ſupremo Legiſlatore, de monte Sinai factam, in perpetuam obſervantiam, donec ab eodem aeque ſolenniter abrogetur, adeoque eo tendunt hoc effato, ut oſtendant, euangelium, licet in libris V. T. obvium, et ita, ut Ignatius dixerat, *ſcriptum*, legi non poſſe obrogare, ſed cum eo conjungendum eſſe, cum et antiquius et publice, inſtar perpetuae legis, fuerit in ſolenni illa legiſlatione promulgatum. Verbum utique πρόκειται utrumque ſignificat, et *praejacet*, ante factum eſt, et *publice* propoſitum eſt, uti ſatis conſtat: debet vero ad *euangelium* referri, quod in antiquis libris et inſtitutis Moſaicis reperitur; ſicut dixerant, ſe non admittere euangelium, niſi *in antiquis* inveniatur. Senſus ergo eſt, euangelium, in antiquis illis obvium, adeoque legale, tanquam *ante* et *palam* ſolenniter promulgatum, non tantum per poſteriora Prophetarum ſcripta cenſeri non poſſe abo-
litum,

litum, sed haec ad antiquissima illa conformari debere et per ea exponi. Quid ad haec Ignatius? omnibus contentionibus et disputationibus amputatis, declarat, sibi *solum euangelium*, seu mortem et resurrectionem Christi, sufficere ad salutem, adeoque esse loco *antiquorum*, seu haberi a se pro illis vere *antiquis*, quae sunt ἄτηκτα (sic enim leg., et non ἄθικτα, vel ἄθηκτα) *non liquescentia*, aut diffluentia, sicut legalia haberi debent, sed semper *durantia;* uti Heb. XII. fin.

§. XXXVIII. *Secunda* thesis, quae praecedenti lumen infundit, habet, euangelia nostra *canonem* jam constituisse ante tempora Justini Martyris, cum ea jam tunc publice, et sola, fuerunt universaliter recepta, et in sacris conventibus praelecta. Liquet illud clarissime ex Just. Mart. apol. I. §. 86, 87. Adpellat autem ea ἀπομνημονεύματα; quae vox proprie significat dicta sapientum, quae quis memoria repetit: sicut Socratis ἀπομνημονεύματα conscripsit Xenophon, ita Apostoli, Spiritu S. memoriae ipsorum succurrente, Christi dicta repetentes, scripto mandarunt in Euangeliis. Adfirmat praeterea, illa Apostolorum commentaria una cum Prophetarum scriptis, publice in Ecclesia legi. Idem variis in locis in Dialogo cum Tryphone Judaeo tradidit, quae loca citasse opus non est. Refert ibid. commentaria illa fuisse litteris consignata ab Apostolis, et ab illis qui ab Apostolis, tanquam testibus oculatis, sermones et facta Christi hauserunt; per quos Marcum et Lucam intelligit, ad Luc. I. respiciens: uti facile patet. Denique *quatuor* tantum pro canonicis fuisse adsumta, quod Justinus expresse non memoravit, Irenaeus adv. haer l. III: 1 et 11. disserte testatur; et ex haereticorum, quibuscum ipsi res est, consensu confirmat: adeo ut omne dubium hac parte cessaverit. Quod vero *quaternarium* numerum, ex. gr. ex 4 coeli plagis, 4 Cherubinorum faciebus eruat et illustret, illud ipsi relinquendum, et Veteribus condonandum est, qui ejusmodi lusibus fuerunt delectati. Addere hic liceat

 Origenis

Origenis testimonium, licet sit sec. sequentis, quod exhibet Eus. H. E. VI: 25. quo testatur, se *ex traditione* accepisse de *quatuor euangeliis, quae sola in Universa Dei Ecclesia, quae sub coelo est, extra controversiam admittuntur etc.*

§. XXXIX. De *tempore et autoribus* collecti canonis Euangelici, quae *tertia* sit thesis, nihil definiti ac certi proferre possum. Johannem tria priora vidisse et adprobasse euangelia, suumque ad eorum defectum supplendum addidisse, antiqua habet traditio apud Euseb. H. III: 24. Quae, ab additamento, Johannem in primis in animo habuisse, ea supplere, quae Christus ante Johannis baptistae incarcerationem locutus fuerat et egerat, sejuncta, cum parum solidi praeferat, et ei praeferendum sit, quod Irenaeus adv. haer. III: 11. tradit, Johannem, Divinitatem Christi contra Cerinthum luci exponere, intendisse, in genere admitti potest: sed canonem euangelicum ab eo confectum, et ab eo tempore, sine ulla cum spuriis commixtione, ab universa Ecclesia fuisse adsumtum, nec dicit Eusebius, nec probatum vidi. Autor vitae Timothei apud Phot. Bibl. cod. 254. refert quidem, Johannem tria euangelia digessisse, distinxisse, et cuique nomen inposuisse, sed quo fundamento non addit, nec, cum recentior sit autor, ejus testimonio inniti tuto licet. Illud mihi plusquam probabile videtur, canonem hunc brevi, post Johannis obitum, constitutum esse, non quidem a Johanne, cujus nullum est indicium, et modo contrarium demonstravi, sed ab aliis viris fide dignis, et praeclaris, quibus Johannis quoque innotuerat testimonium, forte Senioribus Asiaticis, qui tria euangelia, Johannis calculo comprobata, ipso ejus adjuncto euangelio, in unum redegerunt codicem, et per Ecclesias disseminarunt post mortem Johannis, et sub finem Trajani, seu initio Hadriani. Ex quo facile intelligitur, qua ratione codex iste tam universaliter fuerit receptus, quippe testimonio Johannis munitus, et ab intimis ejus sociis, probatae fidei, promulgatus. Haud exiguum opinioni nostrae momentum addit antiquissima

tiquiffima apud Euf. H. III: 37. traditio, quae habet, Quadratum, aliofque primae fucceffionis, poft Apoftolos, difcipulos, euangelium late diffeminaffe, et praeter praedicationem, tradidiffe Ecclefiis *divinorum euangeliorum fcripturam.* Quadratus autem eft, qui Hadriano obtulit apologiam, cujus meminit Euf. H. IV: 3. et fragmentum aliquod confervavit. Adligatur itaque haec hiftoria recte ultimis Trajani, eo etiam rectius, quod eo tempore refumtum maxime fuerit opus euangelii propagationis: uti fuo loco notavi, et poftea fufius exfequar. Nec nullius eft, quod ipfum Johannis euangelium ipfi illi, vel fimiles, viri teftimonio fuo ornarunt, ac in publicum miferunt; uti ex claufula Joh. XXI: 24, 25. et aliunde in fuperioribus, ubi de Johanne egi, jam comprobavi.

§. XL. Quae de euangelico differui canone, cum ad *Acta* Apoftolorum, cum euangelio Lucae femper connexa, ita ut unum conftituerint volumen, quoque adplicanda fint, ad *doctrinalem*, fic eximie dictum, feu Epiftolicum, me confero, qui Epiftolas Pauli conplectitur, et fic dictas Catholicas Jacobi, Petri, Johannis et Judae. Quo tempore hi libri, quibus Apocalypfin addo, et a quibus, fuerint Euangeliis adjuncti, et fic univerfus nofter Canon N. T. confectus fit, difficulter panditur. Autor expofitionis Symboli Apoftolici, ad calcem operum Cypriani, qui Ruffinus Aquilejenfis Presbyter circa fin. fec. IV*ti* cenfetur fuiffe, canonem hunc a Majoribus effe concinnatum adfirmat quidem, fed quinam illi fint, et cujus antiquitatis, filet: fed nec tanti eft ejus teftimonium, cum et ibid. Symbolum Apoftolicum effe ab Apoftolis conditum adfeveret ex Majorum traditione. Quod idem velim dictum de Athanafii teftimonio, quod in Epift. ejus 39*na* de *Feftis* reperitur: nec pluris faciendum, quod Auguft. contra Fauftum Manichaeum tradit l. II: 5. canonem *ab Apoftolorum temporibus* effe derivatum. Origenem fervaffe *Apoftolicum canonem* adferit quidem Euf. H. IV: 25. fed, praeterquam quod phrafi fui

temporis utatur, quo canon jam obtinuit, de Euangeliis proprie loquitur, ut ex seq. patet, ubi etiam de nonnullis Epistolis fuisse tempore Origenis dubitatum tradit. Colligi itaque inde nequit, canonem librorum N. T. omnium tunc exstitisse definitum et receptum. De quo tantum disputatur. Quod si ultimus canon, sic dictus, Apostolicus esset genuinus, et non sec. IV. potius additus, canonem sec. II. fin., vel III. exstitisse, pateret: recensentur enim omnes nostri Canonis libri excepta Apocalypsi; sed Epistolae Clementis Roman., ac Constitutiones Apostolicae, sec. IV. demum ortae, adjunguntur: quare et hic pedem figere non licet. Nec plus lucramur ex fragmento aliquo apud Muratorium in *Antiquitatibus* Ital. medii aevi tom. III., quod vel Cajum presbyterum Romanum circa finem sec. II*di*, ut ille putat, vel verius alium sec. III. autorem habuisse censetur, ubi omnes N. T. libri memorantur, praeter Epist. ad Hebr., Jacobi, et unam Johannis. Forte majoris fuerit, quod Epiph. haer. 42. de Marcione tradit, ipsum Lucae euangelium, et 10 Epistolas Paulinas tantum adsumere, scilicet, ad Galat., duas ad Thessal., ad Ephes., Coloss., Philem. et Philipp., denique Epist. Laodicens. aliquas particulas. Quod idem ex Tertull. contra Marc. l. IV et V. constat; ubi narrat, eum Epist. ad Timoth. et Tit. rejicere. Hinc recte quidem colligitur, Epistolas Paulinas omnes ante Marcionis tempora fuisse ab Ecclesia receptas: sed nondum liquet, canonem Scripturae N. T. tunc in usu fuisse, qualis est apud nos. Composuerit Marcion duos codices, Euangelicum et Apostolicum, idque ad Catholicorum imitationem, ut ibid. habetur, aliud hinc derivari nequit, ac Euangeliorum et Epistolarum Codicem, fuisse in manibus Catholicorum, quod recte admittitur, sed praeter Paulinas Epist. ibi et alias fuisse, nondum liquet. Apocalypsin a Marcione immerito repudiari adserit Tertull. contra Marc. IV: 5.. sed, num in canone jam fuerit, non dicit. Just. Mart. in Epist. ad Diognetum Legem, Prophe-

Prophetas, Euangelia, et Apostolorum *παράδοσιν traditionem* seu Epistolas, agnoscit, sed haec epist. est dubiae fidei, nec quales fuerint epistolae, aut quae, et num in canone, additur. Denique Ignatius ad Philad. dicit §. 5. se confugere ad *euangelium*, ut carnem Christi, quia in eo incarnatus repraesentatur, et ad *Apostolos*, velut ad Ecclesiae presbyterium, quatenus credenda et facienda docuerunt, haud secus ac presbyterium, addit, et *prophetas diligamus:* sed num scripta euangelia, et Apostolica, an adnunciationem, intelligat, incertum est, eo magis, quod *euangelium* apud ipsum soleat esse praedicatio ejus; ut supra observavi: Praeterea si scripta in oculis habuerit, recte inde colligitur, epistolas Apost. ipsi fuisse notas, sed quaenam fuerint, et num in canone, hinc non elucescit.

§. XLI. Enarremus nunc, his in genere praemissis, paulo distinctius, quid de Epistolarum collectione sit habendum. Paulinas Epist. fuisse Ecclesiae ab antiquissimis temporibus in genere notas, et receptas, quae *prima* nostra thesis est, sequentes evincunt rationes. 1. Praeter Petrum 2 Pet. III. Veteres earum passim meminerunt. Utique Clemens Rom. ad Cor. §. 47. ad Epist. Pauli ad Cor. provocat. Usi quoque iis sunt Ignatius ac Polycarpus, ut nonnullarum citationes, apud ipsos obviae, docent. 2. Paulus ad celeberrimas passim scripsit Ecclesias, unde cito et facile disseminari, et dijudicari poterant. 3. Ipse quoque notam iis impressit, ex qua dignosci poterant, 2 Thess. III: 27. in eo sitam, quod manu sua addiderit clausulam benedictoriam; *gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum*, Vid. et Col. IV: 18, Ex quo, ut illud obiter observem, inter alia colligi posse videtur, vers. 22*dum* 1 Cor. XVI. *si quis Christum non diligit, anathema sit*, vel ex margine in textum intrasse, vel loco esse motum, et versui 20*mo*, *salutate vos invicem sancto osculo*, subnectendum. 4. Momentum addit, quod ipsa autographa aliquandiu in Ecclesiis fuerint adservata, si Tertull. Praescr. haeret, c. 36. dicente, *percurre*

Eccleſias Apoſtolicas — — — apud quas ipſae authenticae litterae eorum recitantur, ſit ſtandum, vel de autographis, non de apographis Graecis, oppoſite ad verſiones, intelligendum: ſicut de Monogam. c. 11. *Graecum* textum adpellat *authenticum*, tanquam majoris autoritatis. Denique 5. huc egregie facit, quod indubiam ſemper iſtae Epiſtolae habuerint autoritatem, Euſ. H. III: 25.

§. XLII. Utique, quae *ſecunda* theſis eſt, *tredecim* Epiſtolae Paulinae, excepta ad Hebr., notae fuerunt, et univerſalem habuerunt autoritatem, jam hoc ſec. et deinceps. In initiis quidem ſeculi nondum videntur in unum collectae, aut univerſaliter notae, et uſurpatae. Euangeliſtae enim illi, primae ſucceſſionis Apoſtolicae diſcipuli, ſola euangelia expreſſe dicuntur tradidiſſe Eccleſiis, Euſ. III: 37. nulla Epiſtolarum facta mentione. Juſt. Mart. apol. I: 87. euangelia tantum memorat in Eccleſia praelegi ſolita. Sed haud diu poſt collectae videntur, et ubique uſitatae. Quod ex Irenaei citationibus non tantum, ſed et ex eo eluceſcit, quod Marcion dicatur Epiſtolas Pauli *abſcidiſſe*, ut inquit Iren. adv. haer. I: 28.; admiſit autem *decem*, et eas ad Tim. et Tit. repudiavit, teſte Tert. adv. Marc. l. IV et V. et Epiph. haer. 42. Exſtat quoque Origenis teſtimonium de Epiſtolis Paulinis apud Euſ. H. VII: 25.

§. XLIII. Sed quando, et a quibus, collectae fuerint, quae *tertia* eſt theſis, prorſus in obſcuro latet. Eccleſias, ad quas ſcriptae ſunt, eas cum aliis communicaſſe, facile praeſumitur, maxime cum Paulus illud ſubinde praeceperit, uti Col. IV: 16. ſed a quibus in unum compactae ſint, latet. Singulae forte Eccleſiae ejuſmodi codicem ſibi concinnarunt; quod ex diverſo ordine earum confirmatur: ſi enim concilium aliquod, aut Eccleſia aliqua primaria, ex. gr. Romana, aut alia, id feciſſet, in uſum Eccleſiarum, idem fuiſſet earum ordo. Nec tamen propter hiſtoriae defectum haec differentia monſtrari poteſt. Marcionis codex, teſte Epiphanio, hoc ordine habuit digeſtas, ad Galat., ad

Corinth.,

Corinth., ad Roman., Thessal., Ephes., Colloss., Philem., Philipp. Studio id ab ipso factum fuisse, mihi non videtur probabile, maxime, quod Tertull. adv. Marc. IV: 5. ordinem illum sine censura sequatur. In cod. MSS. Clarom. et Germ. epistola quoque ad Col. praemittitur ei ad Philipp. quod Marcionis codici respondet. Ipse Tertull. l. c. IV: 5. praemittit ad Cor., dein ad Gal., Philipp., Thessal., Ephes., tunc ad Roman. Denique, ne plura congeram, Hieron. in praef. Ep. ad Ephes. eam ad Coloss. subjungit epistolae ad Thes. Ceterum, progressu temporis ordinem, quem nunc habent, introductum esse, sive per concilium aliquod, sive per Ecclesiam Romanam, constat. Esse, autem studio id factum, vel inde patet, quod *ratio* ejus non sit in obscuro, cum Epistolae ad civitates sint reliquis ad singulares viros praemissae; Romanae ob urbis celebritatem primus fuerit datus locus. Possent aliae adhuc dari rationes, sed hisce diutius inmorari non licet. Vid. Mill. in Proleg. N. T.

§. XLIV. Epistolis Paulinis omnium primae adjunctae sunt, ut probabile est, *Petri* et *Johannis*, sed priores tantum, quia earum semper fuit indubia autoritas, uti Eus. H. III: 20. adfirmat, et ante ipsum Origen. ibid. VI: 25. Robur addunt Veterum citationes ab Eus. adcurate adnotatae, uti Papiae Hist. III: 39. Polycarpi ib. IV: 14. Irenaei ib. V: 18. sed reliquos N. T. libros ad canonem hujus sec. pertinuisse, adeoque nostrum canonem obtinuisse, adfirmari nequit. Vulgata quidem fert hypothesis, universum nostrum canonem a Johanne, vel saltem post ipsum, statim in initiis sec. II*di*, a Doctoribus Orientalibus, Ignatio, aut Polycarpo, Quadrato, et aliis, vel ab Ecclesia Romana, esse compositum; sed quae fundamento non tantum caret, ut modo, ubi de canone euangelico egi, demonstravi, verum aliis quoque refutari potest rationibus; quarum praecipuas proferam. 1. Doctores sec. III*tii* palam de illis, praeter memoratos, libris secum disputarunt, dum alii pro

genuinis, alii pro spuriis, habuerint, vel potius dubiae autoritatis. Eus. H. III: 25. adserit, eos accenseri libris *quibus contradicebatur*, imo τοῖς νόθοις *spuriis*, h. e. stilo Eus. dubiis: proprie enim hoc nomine fuerunt insigniti libri futiles, vel ab haereticis conficti, uti ex. gr. euangelia Petri, Tomae, Matthiae etc. qui propterea παντελῶς νόθα *plane spurii* ab Eus. H. III: 31. adpellantur. Idem denique testimonio Origenis confirmat Eus. VI: 25. Quod si canon a Johanne, aut viris primaevis Apostolicis, fuisset confectus, et hi libri pro canonicis, seu divinis, fuissent semper habiti, Catholici sec. III. doctores de iis non dubitassent, cum traditionis fuerint tenacissimi.

§. XLV. Solet quidem haec ratio eludi, dicendo, ipsam illam dubitationem nonnullorum de loco, quem in canone habuerunt, arguere, non de *facto*, sed de *jure* fuisse disputatum, adeoque non, num in canone fuerint, sed an jure et merito. Sed, praeterquam quod precario praesupponatur, canonem jam a primordiis obtinuisse, *a.* dubitationi de genuinitate eorum librorum nullus fuisset apud Catholicos, traditionis studiosos, locus, si ex ea de canonis origine apostolica constitisset. *b.* Cui momentum addit, quod de reliquis libris nullum fuerit unquam dubium motum, qui per constantem traditionem tanquam canonici et divini fuerunt habiti. *c.* Aberratur quoque in hac exceptione a statu quaestionis. Non enim quaeritur, fuerintne illi libri in Ecclesia usitati, nec etiam num genuinis libris non fuerint in uno catalogo forte adnexi, sicut cum Epistolis Clementis Rom., Polycarpi, Barnabae, et Hermae pastore, res sese habuit, et in canone Protestantium quoque ad calcem comparent libri Ecclesiastici, alias apocryphi, sensu latiore dicti: sed illud controvertitur, num codex librorum, divinitus inspiratorum, et ab aliis separatorum, jam fuerit, et in eo libri, de quibus disputatur, locum invenerint, qualem reliqui indubiae autoritatis: hoc enim est, quod ideo negamus, quia doctores sec. IIItii de

eo

eo dubitarunt, et diſputarunt. Quod ſi itaque libri, de quibus agitur, ſec. II*do* innotuerint, etiam cum reliquis fuerint in uno codice conjuncti, quod inficias ire nolim, in eo fuerunt, tanquam Eccleſiaſtici libri, et dubiae autoritatis; uti ex Euſ. locis citatis mihi colligendum videtur. Uſurpabantur, publice legebantur quidem, Doctores quoque ſcholiis eos interpretabantur, ac illuſtrabant, ſicut Clem. Alex. Epiſtolam Jacobi, ſed idem fecit in Epiſt. Barnabae, ac Apocalypſin Petri teſte Euſeb. VI: 14. qui pro divinis non ſunt habiti libri, nec majoris autoritatis ac Eccleſiaſtici, et dubiae originis. Qui verus eorum librorum fuit conſpectus. Origenes, ut dicta confirmem, dubiam eorum autoritatem diſerte, teſte Euſ. l. c. agnovit, locum tamen iis hom. VI. in Joſiam dedit inter Canonicos, non quod ad eos pertinuerint, ſed a multis inter eos numerabantur. Quae vera eſt Origenis illo in loco ſententia. Epiſtola quoque Jacobi in Latinis ſcriptis Origenis, uti hom. 13 in Gen., 8 in Exod., 2 in Lev. citatur ut genuina, ſed in Comm. in Joh. tanquam dubiae autoritatis

§. XLVI. 2. Librorum divinorum et Eccleſiaſticorum commixtio, hoc ſec. facta, canonem librorum ſacrorum nondum fuiſſe definitum, uti poſtea, et nunc, apud Chriſtianos, mihi evincere videtur, cum promiſcuus fuerit eorum uſus. Utique ſcripta Clem. Rom., Barnabae, et aliorum, ſimilium citarunt ut ſacra, et ſcholia in eos libros conſcripſerunt, haud ſecus acſi divini eſſent, unde eſt, quod Euſ. l. c. eos ejuſdem fuiſſe autoritatis, dicat, ac Epiſt. Jacobi, Petri et Johannis poſteriores, eſſe enim eorum omnium dubiam autoritatem, quare promiſcuus eorum librorum fuit uſus. Euſ. H. VI: 13. de Clem. Alex. adferit, ipſum adferre ſolere *teſtimonia Scripturarum, quibus a nonnullis contradicitur*, ſcilicet ex *Sapientia, quae dicitur Salomonis, et ex Sapientia Sirachi*, ex *Epiſtola ad Hebraeos, item ex Barnabae, Clementis, ac Judae epiſtolis:* vid. et ibid. c. 14. nec non teſtimonia Epiſt. Barnabae Patribus Apoſt. Cotelerii praemiſſa.

Ita quoque Origenes, *scriptum est in Barnabae Catholica Epistola.* Irenaeus quoque Hermae pastore, ut *Scriptura S.* utitur, l. IV: 37. quemadmodum etiam Clem. Alex., et Origenes; uti ex testimoniis ei praemissis in Patribus Apost. Cotelerii patet. Nec obstat, ut videri posset, 1. Veteres *euangelia* secundum *Hebraeos* et *AEgyptios* adhuc citasse, post canonem Euangelicum jam confectum, et ubique adsumtum, cujus itaque simile post *Epistolicum* canonem fieri potuit; quia *α.* non ut scriptura S. iis usi sunt, sed libris, apud aliquos adhuc usurpatis, *β.* eos non esse genuinos libros diserte adfirmarunt, uti de euangelio secundum AEgyptios Clem. Alex. Strom. III. Origen. hom. XV. in Jerem. et tom. II. comment. in Joh. dicit, *quod si quis euangelium secundum Hebraeos admittit* etc. ne dicam euangelium Matthaei, Hebraice, ut putabatur, scriptum, cum euangelio *secundum Hebraeos*, fuisse subinde confusum. Nec 2. officit, Libros, sic dictos, Apocryphos Vet. Test. saepe ut Script. S. fuisse a Veteribus quoque citatos, licet canon V. T. fuerit definitus, et ubique receptus, quia iste canon apud Judaeos habuit solus autoritatem, sed Christiani, Graeca quippe versione usi, Judaeis hac parte per omnia non consenserunt, libros illos Ecclesiasticos, ut dubiae quoque autoritatis, admiserunt, nonnulli etiam tanquam divinos: adeo ut canon V. T. apud eos non magis fuerit definitus, et sine controversia universaliter receptus, ac Novi Test. De quo mox.

§. XLVII. 3. Denique specialis horum librorum consideratio dictis addere posset haud leve momentum; si eam paulo adcuratius instituere liceret, aut necesse foret: sed cum Millius in proleg. N. T. id cum cura fecerit, paucis ero contentus. Epistolarum Jacobi et Judae pauci meminerunt, teste Eus. H. II: 23. cum quod ab Apostolo Paulo dissentire visus fuerit autor epist. Jacobi, tum Apocryphi libri testimonio censitus fuit uti autor Ep. Judae. Epistolam Jacobi primus citasse videtur, tanquam Jacobi Apostoli, Origenes,

Origenes, quippe qui, in Palaestina aliquandiu versatus, ibi eam nactus est. Epist. Judae primus memoravit Clem. Alex., quem Tertull. et Origenes secuti sunt: nec tamen ubique recepta fuit, ut ex supra dictis liquet. Epist. 2*da* Petri nullus hujus sec., quantum constat, usus est, quare sec. III. fuit suspectae fidei: uti Origen. apud Eus. VI: 25. adserit, quare Eus. H. III: 3. tradit, se a *Majoribus accepisse, eam inter sacros N. T. libros non esse censitam, sed cum multis utilis videretur, lectitatam esse cum reliquis Script. libris.* Idem de 2 et 3 Johannis adfirmat Orig. apud Eus., et ipse Eus., locis citatis. Dionysius quoque Alex. apud Eus. VI: 25. eas Johanni vulgo adscribi observat. Accedit, in antiquissimis Vers. Syr. MSS. nec eas, nec 2 Pet. et Judae inveniri. Innotuerunt quidem Antiquioribus Patribus, sed eodem, quo Ep. Barnabae etc. habuerunt loco: uti de Clem. Alex. adserit Eus. VI: 14. Irenaeus tamen, quod non nullius est, cum in Asia fuerit versatus, eas Johanni Apost. diserte tribuit, adv. haer., l. I: 16. Epistolam ad *Hebraeos* Tertull. de *Pudicitia* c. 20. adscribit Barnabae. Irenaeus, et Hippolytus, teste Stephano Gabaro apud Phot. cod. 232 *Paulum* pro autore non habuerunt. Irenaeum Ep. ad Hebr. meminisse, tradit quidem Eus. V: 26. sed Paulum esse autorem, non addit, nec cujus autoritatis fuerit, cum ib. referat, eum *sapientiam* Salom. memorasse. Cajus quoque, presbyter Rom., sec. II. circa medium, *tredecim* tantum Epist. adscribit Paulo, nulla Ep. ad Hebr. injecta mentione: Origenes vero *materiam* ejus Paulo vindicat, sed, formam et scriptionem ab alio esse profectam, dicit: Eus. VI: 25. ubi illud animadversione dignum adjungit, *ἀρχαίους majores*, Paulum fuisse autorem, tradidisse: Clementem Alex. ea, ut aliis dubiae autoritatis, usum esse, narrat Eus. H. VI: 13. sed ib. c. 14. refert, Epistolam quidem, secundum Clementem, esse a Paulo Hebraice scriptam, sed a Luca in Graecam linguam translatam. Est quoque magni momenti, Clementem Rom. mul-

ta ex hac Epist. transsumsisse, ut ex ejus Ep. ad Cor. patet, et Eus. H. III: 38. adserit. Apocalypsin Joh., etsi, eam in canone indubio non fuisse, disputatio sec. III. de ejus autoritate, arguat, Catholici tamen ante illud tempus constanter admiserunt, ut ex Papia, Polycarpo, Just. Mart., Irenaeo, et aliis, testatissimum est, et a Millio l. c. abunde demonstratum.

§. XLVIII. De Canone Vet. Test., qui in Ecclesia Christiana locum habuit, duo sufficiunt observata. Quorum *prius* est, eosdem libros, qui canonem Hebraeum constituunt, in Ecclesia obtinuisse, tanquam divinos; uti ex duobus, hoc seculo et sequente confectis, catalogis, clare constat. Unus est Melitonis, Sardensis Episcopi a. 171. in Epist. ad Onesimum fratrem, apud Eus. H. IV: 26. ubi tamen Esther et Nehemias desiderantur; sed Nehemias sub Ezra comprehendi potest, quod ex Eus. VI: 25. probabile fit. Meretur quoque observari, *Proverbia* Salomonis ibi *Sapientiam* adpellari; quod a more Veterum non abhorret. Vid. Eus. IV: 22. Alter catalogus est Origenis apud Eus. VI: 25. in quo Esther etiam comparet. *Posterius* habet, illos in canone Hebraeo libros, fuisse solos indubiae autoritatis in Ecclesia quoque Christiana, reliquos, Protestantibus dictos Apocryphos, vel dubios, vel Ecclesiasticos tantum, adeo ut Veteres eos nec inter apocryphos retulerint, nec sine controversia canonicos, scilicet divinos, sed inter dubios. Melito, modo laudatus, contexuisse dicitur apud Eus. l. c. librorum Vet. Test.; τῶν ὁμολογουμένων *omnium consensu receptorum*; argumento, alios, extra eos, *dubiae* fuisse autoritatis, quos alii adsumebant, alii repudiabant, vel minoris faciebant; quemadmodum in libris quoque nonnullis N. Test. obtinuit. Usi utique passim sunt ex. gr. libris *sapientiae Ecclesiasticae*, *Baruchi*, 1 et 2 Maccab. Eus. H. l. VI. c. 12. Clementem Alex. adfirmat, uti *testimoniis Scripturarum*, *quibus a nonnullis contradicitur*, ut sunt *Sapient. Salomonis et Jesu Sirachi*; adjunguntur mox alii N. T., indicio,

dicio, eos V. et N. T. habitos fuisse ejusdem hac parte autoritatis, sic et Baruchi librum adpellat Clemens Paedag. II: 3. *divinam scripturam.* Origenes apud Euf. l. c. postquam libros V. T. canonicos recensuisset, subjungit, *ἔξω δὲ τούτων extra hos sunt libri Maccabaeorum, qui inscribuntur Sarbeth Sarbaneel*, h. e., ut puto, quod jam occupatum est, *sceptrum principum filiorum Dei*, sive indicatum voluerit, libros illos ad modo recensitos non pertinere, adeoque non esse indubios, et perfecte canonicos: sive tantum, eos extra Judaeorum canonem quidem esse, attamen a Christianis recipi, licet minoris fidei et autoritatis; Canon enim Christianorum non fuit a Judaeorum diversus. *Sapientiam* Salomonis, ut de mente Origenis aliquid moneam distinctius, adpellat lib. IV: 32. *περὶ ἀρχῶν de principiis*, librum, qui *non ab omnibus in autoritate habetur.* Tobiam in libr. *περὶ εὐχ. de precibus* c. 14. dicit *a Judaeis non recipi, tanquam canonicum.* Agnoscit quoque in Proleg. ad Cant. Salomonis, *Hebraeorum autoritatem in canone constituendo:* praeterea in comm. ad Matt. XXIII. exponit, qua ratione libris non canonicis sit utendum, simul declarat, *ad demonstrationem dogmatum neminem uti debere scripturis non canonicatis;* usum vero se esse addit *additamento Danielis, quia in Ecclesiis tenetur.* Fuit itaque eorum librorum verus conspectus, tanquam *dubiorum.* Quod ex ultimo canone Apostolico ulterius demonstrari possit, si genuinus foret: comparent enim ibi inter libros sacros *tres* Maccabaici, *Sapientia Sirachi, et Judith*, sed dubiae autoritatis.

§. XLIX. Praeter libros sacros habuerunt quoque pro Theologiae, vel religionis, principio, sed minoris autoritatis, *traditiones orales;* de quibus adcuratius est differendum, cum inter Pontificios et Protestantes hac parte acriter disputetur: quorum *illorum* aciem instruxit Bellarminus, *horum* Chamierus in Panstrat. tom. I. lib. 9. Exhibebo, et examinabo Veterum hujus sec. loca, antequam generalem doctrinae Vet. tradam intellectum. Ignatium, tradit Euf.

... III: 36. Ecclesias, per quas a militibus fuit transductus, exhortatum esse, ut firmiter teneant τὴν παράδοσιν traditionem Apostolorum; quae notio cum ambigua sit, et aeque scriptam, ac ore traditam, denotat doctrinam, uti 2 Thess. II. 15. ... addit; eum, securitatis ergo, necessarium duxisse, ἐγγράφως μαρτυρούμενον διατυποῦσθαι, eam doctrinam, ut testem scripto, tanquam in typo, exprimere, seu brevem ejus efformare delineationem; quem verum putem verborum esse sensum, minus recte passim perceptum. Fecit autem illud, quod Euseb. haud obscure quoque indicat, in Epistolis suis Ignatius. Hinc itaque recte colligitur, eum genuinam Apostolorum de praecipuis fidei Christianae capitibus, quam ex scriptis Apostolorum partim, partim ex eorum praedicationibus, hauserat, ut fidum testem, in Epistolis suis delineasse. Ex quo facile patet, traditiones orales hoc testimonio fulciri non posse. Cum enim Ignatii tempore fixus nondum esset Script. N. T. canon, nec Apostolorum libri in omnium versarentur manibus, recte declarare potuit, se, ut fidum testem depicturum esse veram Apost. doctrinam, absque ut inde pro sequentium temporum, seu proprie dictis traditionibus, aliquid concludi possit. Polycarpus vero commendat Philippensibus in Epist. sua §. Epistolas Pauli ad ipsos scriptas: voce pl. num. unam intelligens. In Lat. vero versione, §. 12. *confido, vos,* dicit, *bene exercitatos esse in sacris litteris, et nihil vos latere.*

§. L. De Papia refert Eus. H. III: 39., eum, librorum lectione missa, vivam consuluisse eorum vocem, qui cum Apostolis erant conversati, eosque rogasse, quid Andreas, Petrus, Johannes, vel reliqui Christi dixerint discipuli. ... fuit Johannis, sive Apostoli, sive presbyteri, discipulus, et Polycarpi sodalis, adeoque ab Apostolorum temporibus proximus, cum recens esset traditio; ut ex Eus. l. c. patet: praeterea *exigui judicii*, eodem teste, in veris a falsis ... discernendis, denique, quid ipse fecerit tantum

tum exponit, unde de communi Chriſtianorum more nihil certi poteſt colligi: ne dicam hiſtoricas magis, quam doctrinales, traditiones ipſum unice fuiſſe ſectatum: uti ex Hegeſippo, haud diſſimili viro, confirmatur: de quo tradit Euſ. H. IV: 8. eum *veriſſimam apoſtolicae praedicationis ἀπλανῆ traditionem* comprehendiſſe *quinque libris*: non doctrinam et dogmata, ſed geſta potiſſimum et fata, uti ex narrationibus, quibus iſti libri fuerunt referti, eluceſcit; quarum unam de morte Jacobi Apoſtoli ſupra in ejus vita exhibui. Nihil itaque hinc de communi Chriſtianorum fide, nihil pro doctrinalibus traditionibus, colligi poteſt.

§. LI. Longe alia fuit Juſtin. Martyr. mens, fidelior quoque communis Chriſtianae Eccleſiae inſtituti teſtis. Praeterquam quod traditiones orales nuſquam commendat, regnum millenarium non ex traditione, ſed unice ex Script. S., probat in dialog. cum Tryphone: ſcripta quoque Prophetarum et Euangelia in Eccleſia praelegi, et ex iis inſtitui conciones, teſtatur in Apol. I., argumento, ea ſola habuiſſe autoritatem. Dicit quidem in Apol. §. 89. Chriſtum *die Solis poſt reſurrectionem docuiſſe, quae vobis, Inperatoribus, conſideranda propoſuimus*, ſed intelligit doctrinam, a Chriſto Apoſtolis traditam, et ab ipſis ſcripto conſignatam, quam in Apologia explicuit. Utique ad doctrinam, traditioni orali commiſſam, phraſis trahi nequit, minus, cum Apoſtoli eam litteris mandaverint, et ſcripta eorum fuerint, ut ipſe adſerit, in Eccleſia praelecta. Hucuſque itaque nullo conſtat indicio, traditiones orales in Eccleſia nactas fuiſſe aliquam in rebus fidei autoritatem. Sed cum Eccleſia longius procederet, et Haeretici palam ſe oſtentarent, qui traditiones Apoſtolorum doctrinales venditabant: Catholici quoque eas majore cura inveſtigarunt, et Haereticis oppoſuerunt. Negari itaque nequit, traditionibus multum, ſubinde etiam nimium, coepiſſe a tempore Irenaei tribui a Catholicis, abſque tamen ut inde aliquid pro opinione ſua lucrari poſſint Pontificii. De quo mentem clarius et diſtinctius exponam.

§. LII. Irenaei doctrina, ex lib. III: 2, 3, 4, 24. et L IV: 26, 33. eruenda, huc redit, ut opinor. *a.* Veram doctrinam per legitimam Episcoporum et Presbyterorum successionem ad suum usque tempus fuisse conservatam, clare significat, adeoque traditiones, ad fidem pertinentes, admittit, easque ad veram Script. S. interpretationem, et controversiarum decisionem, multum conducere statuit. Repetit vero eas ab Apostolis, quatenus illi Episcopos, in locum suum successuros, viva voce instruxerunt, qui eas doctrinas, ita receptas, cum suis discipulis et successoribus communicarunt: sicut ex Romanae Ecclesiae perpetua successione, nec non Asiaticarum Ecclesiarum, in specie Smyrnensis, cujus Episcopus tunc erat Polycarpus, demonstrat. *β.* De relatione vero traditionum ad Script. S. hanc fovit sententiam, quae traditiones multum limitat. 1. Traditionem et Script. S., etsi se invicem illustrent, et confirment, eandem complecti doctrinam, nec esse sibi contrarias. *a.* Apostolos enim ea, quae ipsi docuerunt, postea in scripturis tradidisse in fidei *nostrae fundamentum* et *columnam*, diserte adserit: nec non Scripturas esse *perfectas, ut pote a verbo Dei*, et *spiritu ejus, dictas*: lib. II: 28. et in locis citatis. *b.* Apud Eus. H. V: 20. quoque adfirmat, omnia, quae Polycarpus sese a Domino et Apostolis, seu Discipulis ejus, accepisse dixit, Script. S. in *omnibus esse conformia*. *c.* Imo ex traditionibus sese argumentari testatur, quia haeretici, Scripturam S. tanquam minus perfectam et claram accusantes, ad traditiones provocabant. Quo ipso clare satis indicat, se Scripturam S. satis perfectam credere, et ejus doctrinam per traditiones tantum confirmare velle, ut haereticos convincat de Script. S. et traditionum harmonia, eandem Script. doctrinam comprehensam quoque esse traditionibus demonstrando. *d.* Quo etiam haec ejus verba tendunt, *si Apostoli nobis scripturas non reliquissent, nonne oportebat ordinem sequi traditionis* etc. Inde enim liquet, Script. S. et traditionem eodem incedere passu, et eadem continere

nere dogmata, ita ut, si quis Script. S. careat, instrui possit ex traditione, si habeat Script. S., minus indigeat traditionibus. Denique *e.* Script. S. et traditiones secum luculenter comparat, et exemplo illustrat, quo regnum millenarium, ex Script. S. probatum, ex traditione a Papia confirmari, adserit.

§. LIII. 2. Contra haereticos non tam ex traditione disputat Irenaeus, quam Scriptura, teste universo ejus opere. Traditionum obiter tantum meminit, ut eorum, ad traditiones suas provocantium, retundat adrogantiam. Unde est, quod inculcet, traditiones non esse Catholicis contrarias, sed eas ab Ecclesiis Apostolicis, ubi ipsi docuerunt Apostoli, et continua fuit Episcoporum successio, esse repetendas. Hoc obiter adscripto, ad demonstrationem e Script. S. pergit. 3. Denique adverti velim, ejusmodi traditiones Irenaeum praecipue in oculis habuisse, quae non per manus traduntur, sed quas testes oculati, vel eorum discipuli, scripto consignarunt, uti modo de Ignatio observavi. Quod ipse de Clem. Rom., ac Polycarpo, l. III: 3., et de Papia l. V. fin. notavit. Quales traditiones utique non sunt spernendae, nec cum Pontificiorum aliquid habent commune. Nec tamen inficias iverim, Irenaeum nimium fidisse traditionibus, cum fallaces esse, varie depravari, subinde etiam fingi, potuerint; licet illud, respectu dogmatum fundamentalium, et ubi ab originibus prope absunt traditiones, adeo facile fieri nequiverit. Interea illud verum est, traditiones de ritibus et factis historicis subinde ab Irenaeo quoque sine judicio critico fuisse adsumtas; ex. gr. ubi, Christum prope *quinquagenarium* esse passum, pascha cum Judaeis eodem die celebrandum, et quae similia sunt, tradit

§. LIV. De Clemente Alex. refert Eus. H. VI: 13. ipsum in lib. *de Paschate* testari, se a familiaribus fuisse compulsum, ut *παραδόσεις traditiones, quas ab antiquis presbyteris acceperat, scripto* mandaret: sed quae illae fuerint, et quales, licet non addat, plusquam probabile mihi sit, eas ad

ritus et historicas narrationes pertinuisse, cum quod Clementis liber iste tales fuerit complexus, et de die paschatis celebrandi hoc sec. acris viguerit contentio, tum quod Eus. ibid. c. 14. traditionem de *quatuor* euangeliis, a Clemente conservatam, repraesentet. Sic et in lib. *quis dives salvetur*, insignem profert narratiunculam de Johanne Apost., supra suo loco memoratam in *vita Johannis*. Constat quoque, Veteres ejusmodi traditionibus multum tribuisse: nec tamen hinc liquet, quanti fecerit *doctrinales* traditiones. De quo adcuratius agendum restat. Mitto locum Strom. l. I. p. 319. huc non pertinentem, ubi dicit, *duplicem esse agriculturam*, alteram per *scripta*, alteram per *non scripta*; duplicem enim instituendi, Ecclesiamque colligendi, et aedificandi intelligit methodum, vel per vivam vocem, vel per scripta, uti ex serie sermonis clarum est. Sed eximius in rem praesentem locus exstat Strom. l: 1. ubi, praeceptores suos, Apostolicae doctrinae successores, recensens, *eos*, inquit, *sinceram beatae doctrinae servasse traditionem*, *quam jam inde a Petro*, *Johanne*, *Jacobo*, *Paulo*, *tanquam filii a parentibus*, *per continuam successionem traditam acceperant*. Cujus loci, quem Eus. H. V: 11. etiam citavit, sensus clarior evadet ex alio Eus. II: 1. cum ibi enarret, Christum resuscitatum, τὴν γνῶσιν *scientiam mysteriorum Jacobo*, *Johanni*, *Petro* (addatur, ex loco superiore, *Paulo*, cui Christus sese postea revelavit) *tradidisse*; *illos* autem *reliquis Apostolis*, *eos Euangelistis*, et sic per *continuam successionem ad nos*, inquit, *pervenisse veram* γνῶσιν *scientiam*. Ceterum traditionem *non scriptam* intelligi, etsi phrases ipsae indicent, alius locus Strom. VI: 7. extra dubium collocat, cum ibi, τὴν γνῶσιν *scientiam per successionem ad paucos ex Apostolis* ἀγράφως *sine scripto traditam*, pervenisse, adfirmet. Ut autem mysteriorum sublimior cognitio maneret incorrupta, sese adserit Strom. I. *in libris Stromatum* eam comprehendisse. Ex quo simul elucescit, traditionem illam praecipue sitam fuisse in penitiore Script. S. intelligentia,

rerum-

rerumque sublimiorum cognitione, quae verorum est *Gnosticorum*, opposite ad falso sic dictos *Gnosticos*, quos in his libris refutat. Quae itaque Clemens per continuam traditionem, ab originibus haud longe remotam, acceperat, libris Stromatum exposuit: quod quam longe a Catholicorum Romanorum distet traditionibus, in oculos incurrit. Mysticam vero Script. S. explicationem hac comprehensam fuisse traditione, ipse Strom. VI: 15. liquido declarat, ubi, eam ab Apostolis originem habere, et tum viva voce, tum Script. S., propagatam esse, quoque adserit. Veteres utique haec duo principua a se invicem non separarunt, sed se mutuo illustrare statuerunt. Sic Clemens apud Eus. VI: 13. se Magistri sui Pantaeni exposuisse ἐκδοχὰς τε γραφῶν καὶ παραδόσεις *expositiones Scripturarum et traditiones*, sive doctrinae intelligantur, sive interpretationes Script. S., a majoribus acceptae. Ecclesiastica quoque traditio et Scripturae, tanquam easdem res complexae, inter se comparantur in eximio loco Clem. Strom. VII: 16. ubi de Script. S., ut fidei unico et sufficiente principio, luculenter loquitur, sed, Gnosticos in arcanos ejus sensus per traditionem penetrasse, addit. Declarat porro ibid., ex ipsis scripturis, *nos dijudicare demonstrative* haereses, quae deflexerunt, et quo modo in sola veritate, ac antiqua Ecclesia sit perfectissima cognitio. Denique cap. 17. catholicam Ecclesiam esse haereticis antiquiorem, adeoque hos ab ea recessisse, demonstrat, et sic a veritate, quae in Ecclesia semper fuit, et mansit. Quae est ipsissima *traditio*, quippe veritatem denotans, et veram Script. S. interpretationem per manus traditam, et sic in Ecclesia semper eandem: a qua qui deflectunt Ecclesia catholica, nuncium censebantur misisse veritati.

§. LV. In idem prorsus conspirat Tertullianus, licet jam Montanista; fuit enim Montanistis hac parte nulla cum Catholicis controversia. Adfirmat quidem Apollinaris Hierapolitanus, apud Eus. H. V: 16. Montanum *nova et inaudita, praeter morem, Ecclesiae a majoribus traditum, continua*

 successione

successione propagatum, prolocutum esse, et prophetasse; sed illud, eum traditiones repudiasse, non indicat, verum, vel quaedam receptae et traditae doctrinae protulisse contraria, vel potius, quae vera videtur verborum mens, tali modo enthusiastico prophetasse, qualem mos Ecclesiae ignorat. Certum utique est, Tertullianum traditiones magni fecisse, aeque doctrinales ac historicas: cum *has* ex professo in lib. de *corona militis* demonstret, ad *illas* provocet in libr. de *praescript. haereticorum:* quo in libro hoc agit, ut evincat, cum haereticis non esse aut ex Script. S., aut de ea, disputandum, sed eo tantum nomine repellendos, quod doctrinae, a majoribus traditae, adversentur: non aliter esse credendum adserit, quam sicut Apostoli praescripserunt: quae autem illa sunt, repetenda esse ab Ecclesiis, quas Ipsi instituerunt, adeoque illas, quae cum ipsis communicant, Ecclesias habere veritatem; esse quoque eam per ordinem Episcoporum traditam: quinimo ait c. 31. *id esse Dominicum, et verum, quod est prius traditum; id autem extraneum et falsum, quod sit posterius inmissum.* Nec tamen ullas admisit doctrinales traditiones, quam Script. S. consentaneas, quare ex Script. S. veritates demonstrare, et haereses refutare, solet. Dictis duo subjungam ex Tertulliano observata; quorum *prius* habet, Catholicos, etsi traditionum studiosos, et ad eas provocare solitos, ritus aliquos, etiam non recentes, ideo solum videri subinde rejecisse, quod eorum nullum sit in Scriptura vestigium. Tertull. enim *de corona militis* c. 3. Catholicum, contra quem eo in libro disputat, in haec verba introducit objicientem: *etiam in traditionis obtentu exigenda est autoritas scripta*, quod Tertull., tanquam communi doctrinae minus congruum, refutat. Sed fieri potest, ut Catholici in fervore disputandi aliquando ita instituerint, praesertim cum in doctrinali traditione haec regula obtinuerit, ut ex superioribus constat: cui egregium Apollinaris Hierapolitani, qui circa ann. 170. floruit sub Marco Aurelio, cui *apologeticum* obtulit, effatum concinit apud

apud Euſ. H. V: 16. *Scripturae neque adimi neque adjici fas eſt.* *Alterum*, quod obſervari velim, habet, Tertull. ſuae opinioni, in lib. de *praeſcript. haeret.* expreſſae, minus convenienter videri loqui in lib. *de velandis virginibus* c. 2. ubi dicit, *veritati nemo praeſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinium perſonarum, non privilegia regionum:* rurſus, *haereſes non tam novitas, quam veritas, revincit:* cum tamen propter novitatem haereticis praeſcribendum eſſe docuerit. Quae ſi ſecum concilianda ſint, et Tertull. a contradictione, quae tamen ab ipſo non adeo aliena cenſeri poteſt, liberandus ſit, intelligendus eſt de ſummis Chriſtianiſmi capitibus, quae etiam mox recenſet, vel ita capiendus, ut tantum voluerit, nullas doctrinas, nullos ritus, verbo Dei congruos, et in eo praeceptos, ac in primaeva Eccleſia uſitatos, longitudine temporis poſſe antiquari: quae ejus opinio ex ſequentibus eluceſcit. Cum itaque ad traditiones provocat, eas, ut Script. S. conformes, reſpicit, et ad Script. doctrinam confirmandam profert.

§. LVI. Traditionibus *hiſtoricis* itaque, ut diſputata in ſummam colligam, ſemper adhaeſerunt Veteres, uti ex Hegeſippo, Clem. Alex., et Tertull., nec non ex controverſia de die paſchatis, ex diverſa traditione orta, liquet. Circa *doctrinales* vero variatum eſt. Canone Script. S. nondum publicato, ab orali traditione maxime pendebant, ut Ignatii et Papiae demonſtrant exempla. Eo autem confecto, et vulgato, Scripturam S. pro norma fidei habuerunt: uti in Juſtino Mart. adparet. Denique, haereticis ad traditiones provocantibus, eas cum Script. S. conjunxerunt Catholici, uti Irenaeus, Clem. Alex., et Tertullianus, qui contra eos tenuerunt, 1. eam eſſe veram doctrinam, quae ab Apoſtolis continua ſucceſſione per Epiſcopos eſt derivata et propagata. 2. Haereticos, tanquam recentiores et poſteriores, in doctrina ſua eſſe damnandos. 3. Traditiones tamen intellexerunt Script. S. conſentaneas, quippe cui nihil addi aut demi voluerunt. Irenaeus quoque traditiones, a Viris Apoſ-

tolicis ſcriptas praecipue intendit, et Clem. Alex. myſticas ac ſublimiores ſcientias, ac Scripturae interpretationes. Ex quibus omnibus, quantum a Catholico-Romanis diſtent, facile adparet.

§. LVII. De divinitate Chriſti, a Veteribus agnita, ut ad principalia fidei Chriſtianae dogmata explicanda pergam, et Trinitate, antequam agam diſtinctius, et per Patrum ſingulorum ſcripta eam, generalia quaedam, ad fidem Chriſtianorum hac parte demonſtrandam, praemittam argumenta, ex Gentilium teſtimoniis, ac aliunde, petita. Plinius in notiſſima illa de Chriſtianis epiſt. 97. lib. X. ad Trajanum, dicens, *carmen ſecum invicem Chriſto, quaſi Deo, canere ſolent*, clare ſignificat, eum pro Deo fuiſſe a Chriſtianis habitum et cultum, *quaſi* enim Deo, idem eſt ac *ut Deo*, ſicut locum eum in ſenſum citavit Tertull. in Apolog. c. 2. Quod idem indicat Celſus apud Origen. contra eum lib. I. p. 51. et II. p. 62. ubi ex mente Chriſtianorum Chriſtum adpellat *Deum* et ex eo principio contra eos argumentatur. Denique autor Catholicus apud Euſ. H. V: 28. cum Artemonitae, Chriſtum ab Eccleſia fuiſſe *nudum hominem* habitum uſque ad tempus Victoris, tertiidecimi Epiſcopi Romani, poſtea fidem fuiſſe alteratam, et Chriſto divinitatem datam, contenderent, eos pluribus refutavit, ex Patrum teſtimoniis non tantum, ſed et Pſalmis ac canticis fratrum; unde liquet, Chriſtum in hymnis fidelium, paſſim ut Deum eſſe celebratum; ſicut ex Plinio modo notavi. Lucianum, vel autorem dialogi inter opera Luciani, qui *Philopatris* inſcribitur, ubi ex fide Chriſtianorum memoratur *Pater*, Deus ſupremus, *Filius* Patris, et *Spiritus* ex Patre profectus, *unus e tribus*, *et ex uno tria*, *ita ut tria ſint unum* et *unum tria*, lubens praetermitto, quia autor eſt incertus, et Luciano poſterior, ſive ſub Aureliano vixerit, uti ex hiſtoricis characteribus eruit La Croze in theſauro Epiſt., p. III., ſive ſub Juliano, ut multis diſputat Geſnerus in tractatu de aetate, et autore Philopatridis.

§. LVIII.

§. LVIII. His in genere praemissis, singulorum Patrum doctrinam candide, et sine partium studio, adeoque qua historicus, nostrae fidei sive magis sive minus conveniat, cum ea non Patrum, sed Script. S., autoritate, unice nitatur, paulo adcuratius exhibeo. Ignatius Christum simpliciter *Deum*, filium Dei, ac λόγον *Sermonem* ejus adpellat, eumque ante Mariam non tantum, sed et ab aeterno, coexstitisse Patri, declarat, eo etiam scopo, ut Cerinthianis, ac Ebionaeis, qui Christum ψίλον ἄνθρωπον *nudum hominem*, e Maria natum, censebantur credidisse, obviam iret. Sed doctrinam ejus distinctius explicuisse operae pretium fuerit. In Epist. ad Ephes. §. 7. Christus dicitur σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς h. e. stilo Apostolico *caro*, et *Spiritus*, seu homo et Deus: porro γεννητὸς καὶ ἀγέννητος *genitus*, scilicet ex Maria secundum carnem, et *ingenitus* ex ea secundum Spiritum; addit, *in carne Deus* ex Maria et Deo: cui Joh. I. dictum convenit, *sermo caro factus est* etc: Est utique Ignatii locus ita, ut dixi, intelligendus, quem similis apud Tertull. de *carne Christi*, c. 5, illustrat. Praeterea ibid. §. 15. adserit, Christum arcana nostra cognoscere, et nihil ipsum latere, in nobis quoque ut Templo habitare: quae Dei sunt propria. Denique §. 18. occurrit, *Deus noster Jesus Christus in utero gestatus est* a *Maria.* In Epist. vero ad Magnes. §. 6. traditur *ante secula apud Patrem fuisse*, *et in fine adparuisse*, seu, uti §. 7., ex *Patre prodiisse:* sicut et §. 8. *sermo Patris aeternus* adpellatur: ac in Epist. ad Roman. §. 3. *Deus noster Jesus Christus*, ἐν πατρὶ ὢν *in Patre existens*, *nobis* adparet: stilo rursus euangelico, quo Christus ipse dixit, *se in Patre esse*, *et Patrem in se:* rursus §. 7. *sinite me esse imitatorem passionis Dei mei*, ut et §. 10. Tandem in Ep. ad Polycarp. §. 3. Christum adpellat ὑπερκαιρὸν καὶ ἄχρονον *supra tempus*, *et sine tempore:* quae popularis est aeternitatis descriptio: et §. 8. *opto vos valere semper in Deo nostro Jesu Christo.*

§. LIX. Quae omnia, licet generalia, sed stilo Sript. S.

 congrua,

congrua, veram Christi divinitatem satis arguunt ab ipso fuisse creditam, adeoque falsi convincunt, quae ex interpolatis ejus Epistolis Arianismum redolentia proferri solent. Interpolatorem autem Arianismi fovisse opiniones, Usserius de Epist. Ignat. cap. 12. jam adfirmavit. Attamen quod non est reticendum, nonnulla sese in genuinis Epist. offerunt, quae Patris superioritatem, ac filii subordinationem, videntur evincere. In Epist. ad Magnes. §. 8. *unus* dicit, *est Deus*, scilicet Pater, *qui se manifestavit per Jesum Christum filium suum, qui est ejus sermo aeternus:* eo ipso significans, Patrem, relate etiam ad Christum, unum esse Deum, adeoque divinitatis quoque filii fontem et originem, qui sese per filium, *verbum* suum, manifestavit, cum per se non posset. Sic et ad Philad. §. 3. *vos Dei estis* et *Jesu Christi*. Sed valde singularis est phrasis in ep. ad Smyrn. §. 1. qua Christus adpellatur filius Dei κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεῦ *secundum voluntatem* et *potentiam Dei*; quae indicare videtur, eum *per voluntatem* et *potentiam Dei* esse filium, ita ut Pater *volendo*, ac *potentiam exserendo*, eum genuerit, sicut Just. Mart., de quo mox, quoque locutus est, quo ipso *filius* statuitur productio Patris, sed naturalis ejus voluntatis; secus ac in aliis creaturis obtinet, quippe *libere* creatis. Sed, praeterquam quod locus cum sequenti jungi, ac de incarnatione Christi forte capi possit, de quo vid. Pearson Vind. Ignat., alia ejus exstat lectio apud Theodoret. dialog. I. κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν, sive sit varians lectio, sive interpretatio, nec adeo aliena, cum verborum *secundum voluntatem et potentiam* sensus esse queat, Christum esse *filium Dei*, quatenus *voluntas* et *potentia Dei*, atque adeo divina natura, in ipso est; sicut enim e stirpe Davidis est *secundum carnem*, ita ex Deo *secundum Spiritum*, seu *divinitatem*, stilo Pauli Rom. I. Adpellatur quoque saepe apud Just. Mart. δύναμις Θεῦ *potentia Dei*.

§. LX. Polycarpi doctrina ex Epistola ejus, quippe brevissima, et tota morali, vix erui potest. Patrem passim adpel-

lat

lat *Deum*, et Chriſtum *Dominum*, ita tamen ut eum Patri aequet, ſic ex. gr. §. 6. oportet ſubjici Presbyteris et Diaconis ut *Deo et Chriſto;* et §. 6. *coram Domini ac Dei oculis ſumus*, et, *deprecamur Dominum, ut peccata dimittat.* Inter fragmenta vero ejus, quae Victoris Capuani catenae in quatuor euangelia inſerta ſunt, et in Patribus Apoſtol. Cotelerii reperiuntur, *tertium* tradit, Lucam euangelium incepiſſe a Zachariae ſacerdotio, ut *Divinitatem* Chriſti gentibus declararet, ſed exiguae mihi ea fidei ſunt, nec antiquitatem ſpirant; uti Moyne in Prolegom. ad varia ſacra jam obſervavit. Teſtimonia, quae Eccleſiae Smyrnenſis Epiſtola de Martyrio Polycarpi, in Patribus Apoſt. Cotelerii, continet, generalia quoque ſunt, nec tamen ſpernenda. Doxologia Polycarpi, ibid. §. 14. qua pro corona martyrii gratias agit, ad Patrem quidem eſt directa, qui Deus dicitur Omnipotens, ſed Patri adſociatur Filius, quem cum Patre glorificat, et aeternum ac coeleſtem adpellat, et ita definit: *cum quo Tibi*, et *Spiritui* S. *ſit gloria.* Paulo aliter quidem verba repraeſentantur apud Euſ. H. IV: 15. *glorifico Te per aeternum ſacerdotem Jeſum Chriſtum, filium tuum dilectum, per quem Tibi cum Ipſo in Spititu S. ſit laus:* cui concinunt Interpres Lat. et Ruffinus, niſi quod *cum Spiritu S.* habeant. Quicquid de eo ſit, Pater, Filius, et Spir. S. in eadem ſerie collocantur, tanquam adorationis et laudis objecta: quod ſufficit. Eundem quoque in modum inſtituit Eccleſia Smyrnenſis in *martyrio Polycarpi.* Chriſtum, *utpote Filium Dei, adoramus*, dicunt §. 17., *Chriſto honor ſit, gloria, Majeſtas* §. 21., denique *Chriſto cum Deo Patre et Spiritu S. gloria* §. 22. Sed egregium eſt hanc in rem fragmentum Melitonis Sardenſis, a Cave Hiſt. Litt. tom. II. excerptum ex Anaſtaſio in Hodego; nec non Ariſtidis in Apologia, Hadriano oblata, teſtimonium, cum in ea *Jeſum Chriſtum eſſe Deum*, luculenter peroraverit, ſecundum martyrologium Romanum apud Moyne Var. S.

§. LXI. Hucuſque, generalioribus phraſibus et vocibus

 contenti

contenti Veteres ſeſe intra terminos ſimplicitatis continuerunt, et a ſpeciali ac philoſophica hujus myſterii inveſtigatione abſtinuerunt. Sed a Juſtini Martyris temporibus, Philoſophia Platonica cum Script. S. doctrina commixta, et comparata, magis minuſve a modeſtia Chriſtana, et ſubinde a veritate, deſciverunt, multiſque quaeſtionibus ac litibus januam aperuerunt, quae deinceps fuerunt magno cum fervore agitatae, et Eccleſiam in partes ſciderunt, ac ingentia pepererunt mala, ſicut contingere ſolet, quum *ſapere volunt homines ſupra quam oportet*, Rom. XII. et in ea ingredi arcana, quae captum ſuperant. Incepiſſe autem Veteres, ſecundum methodum Platonicam, circa hoc dogma philoſophari, ſicut ex modo quem tenuerunt, et vocibus quibus uſi ſunt, ex. gr. *perſonarum*, et *ſubſtantiarum*, quas Tertull. primus adhibuit contra Praxeam, *Τριάδος Trinitatis*, quae apud Theophilum ad Autolicum in init. ſec. ſequentis primum reperitur, ſimilitudinibus luminis a lumine, apud Juſt. Mart. et Tatian., radiorum e ſole, fluminis e fonte, fruticis e radice, apud Tertull. et alios deinceps, aliiſque indiciis, liquet, ita Athenagoras leg. pro Chriſt. §. 11. ipſis verbis adfirmat. Juſtinus Martyr, ut in Veterum doctrina, per partes et diſtinctius tradenda, ab eo ſumam auſpicia, 1. Chriſtum eſſe *Deum*, ſaepe confitetur, uti ex. gr. apol. vulgo II. p. 96. ubi perſonam, quae Moſi in rubo adparuit, dixitque, *ego ſum Jehova* etc. filium Dei fuiſſe adſerit, et contra Tryph. p. 254. ipſum adpellari *Deum*, ac *Dominum virtutum*, ex Script. S. demonſtrat. Vid. et p. 276 et alibi ſaepe. 2. Eum, non tantum ante Mariam, ſed et ante mundum conditum, exſtitiſſe, clariſſime et ſaepe adfirmat. Per *ſpiritum* et *virtutem* Altiſſimi Luc. I: 35. intelligit Apol. II. p. 75. *τὸν λόγον ſermonem*, et *Filium Dei*. Chriſtum Veteribus ſub V. T. adparuiſſe ſaepe adſerit, ut et ad ipſum directum eſſe a Patre ſermonem, cum dixit, *faciamus hominem*, contra Tryph. p. 285. Denique Deum ipſum genuiſſe *ante omnes creaturas* ib. p. 284. quare *πρῶτον*

γέννημα

γέννημα *primum genimen Dei* dicitur Ap. II. p. 66. et I. p. 40. ac alibi saepe.

§. LXII. 3. Filium adtributa, et perfectiones, essentiae Dei participare, omnibusque creaturis ea ratione esse superiorem, credidisse Justinum, sequentes evincunt rationes. *a*. Pater ipsi soli, et nulli alii, dedit, secundum ipsum, *gloriam suam et virtutes*, contra Tryph. p. 289. ubi dictum Dei Jes. XLII. *gloriam meam alteri non dabo* dicit excipere Filium. *b*. Credidit quoque, eum a Patre singulari modo esse genitum, ita ut *ex Patre* sit, et solus κυρίως υἱὸς *proprie sic dictus filius* Ap. I. p. 44 et II: 68. solus ἰδίως υἱὸς *proprie filius*: quare et πρῶτον γέννημα *primum et praecipuum Patris genimen* adpellatur, Ap. II. p. 6. Quo etiam facit, quod *potentiae Dei*, *et spiritus Actissimi*, qui Mariae supervenit, et *primogeniti* Dei, epitheto insignitus statuatur, ibid., p. 75. sic et contra Tryph. p. 284. Deus dicitur δύναμιν λογικὴν ἐξ ἑαυτοῦ *virtutem rationalem ex se genuisse*. Quo tamen cum Bullo def. fid. Nic. sect. II. c. 4. referri non debet locus Ap. II. p. 67. ubi ait, Christum, si *communiter solum homo esset*, dici posse *ob sapientiam*, *filium Dei*, sed addit, *proprie*, *praeter communem mortalium nativitatem*, *ipsum ex Deo dicimus natum verbum Dei*, etc. Pertinet enim ad incarnationem Christi, uti modo dixerat, Christum sine *mistione* viri et mulieris esse natum doctorem nostrum: sic et ap. I. p. 25. *secundum Dei et Patris consilium* ἀποκυηθεὶς *partu* scilicet virginis, *editus* dicitur homo factus, et cont. Tryph. p. 286. a Patre traditur *genitus* διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας *per uterum humanum*; sensus ergo loci est, Christum non, ut homines communiter nasci solent, ex congressu viri et foeminae, sed extraordinarie, per divinam operationem ex virgine, esse natum: quod totum ejus ratiocinium extra dubium collocat. *c*. Denique perfectiones divinas cum Filio esse communicatas ex mente Justini, similitudines, quibus generationem illustrat aeternam, luculenter demonstrant. Generationem enim declarat eandem esse, ac qua *ignis ab igni accenditur*;

cenditur; argumento, Patrem aliquid ad divinam pertinentis essentiam ipsi inpertiisse, sicut ignis aliquid ex se in alium transfert, cum ignem producit.

§. LXIII. 4. Nec tamen totam Dei Patris essentiam, seu omnes perfectiones, Filium participasse, aut numero esse eundem statuit, verum eum habuisse propriam *essentiam*, ab ea Patris distinctam, ut homo ab homine differt, eamque esse inferiorem et minorem. Quam thesin sequentibus superstruo rationibus. *a*. Filium esse a Patre *numero*, sed non γνώμῃ *voluntate*, diversum, saepe inculcat, sic contr. Tryph. p. 275. Deus, qui Abrahamo, Jacobo, Mosi, apparuit, est, inquit, ab eo, qui omnia fecit, *Deo* ἀριθμῷ *numero*, sed non γνώμῃ *voluntate* alius, nihil enim unquam fecit, nisi quod ipse, qui fecit mundum, et supra quem nullus alius est Deus, eum facere et dicere voluit; ita et postea p. 285. sed luculentius adhuc p. 358. ubi exponit, quo sensu, Filium esse *alium*, intellectum velit, scilicet, quemadmodum generans *numero* est a *genito* diversus, quippe qui et substantiam, et essentiam, habent sibi propriam; sic ut *duo lumina* sunt distincta. Opponit autem suam opinionem nonnullis haereticis, qui Filium tenebant esse *virtutem Patris inhaerentem*, quam Pater emittit, et retrahit, sicut radii solis a sole non constituunt aliquid diversum. Quo manifeste indicatur, Filium personalitatem non tantum, sed et essentiam habere propriam; quae duo nondum noverant distinguere, ut postea fecerunt. Accedit, ipsum *unitatem* Patris et Filii in γνώμῃ *voluntate* tantum posuisse. *b*. Momentum addit, quod Filium in *secundo* loco collocet post Patrem, et Patri in omnibus det praerogativam. Sic Ap. II. p. 60 Filio secundus tribuitur locus post *immutabilem, et semper-existentem, Deum Patrem*, et *Spiritui S. tertius* post Filium. Ita et Ap. I. p. 51. *Ingeniti et ineffabilis Dei rationem post Deum adoramus*. Vid. et ap. II. p. 74.

§. LXIV. *c*. Filius a Just. consideratur, tanquam ante mundum conditum genitus, eo fini et scopo, ut per Ipsum omnia

omnia crearentur, ipseque Patris consilio respectu hominum inserviret, ut Patris verbum, legatus, et administer; cont. Tryph. p. 276, 280, 283, 357. et alibi, ubi etiam Deum, qui Patriarchis adparuit, Filium, non Patrem, fuisse adserit. Ex quo, ut illud obiter observem, inter alia quoque liquet, orationem ejus ad Graecos, ubi, summum Deum Mosi in rubo se manifestasse, traditur, Justinum mentiri autorem. Filium vero esse secundum Just. genitum, ut mundus per Ipsum crearetur, *α.* inde patescit, quod praeter loca modo citata, Ap. I. p. 44. diserte dicat, Christum esse *λόγον sermonem*, et ante creaturas natum, quod Pater per Ipsum omnia condidit: quo nomen *Christi* quoque tendere observat, quia ante opera a Deo *unctus* est, ut omnia per ipsum crearet. Quem loci sensum, praeter Petavium, recte exposuit ... Vitringa ad Jos. LXI: 1. Eodem tendit, quod apol. I. §. 6. nov. edit. sermo adpellatur ante creata, *et una cum* Deo *existens*, *et genitus*, et contra Tryph. §. 125. *primogenitus omnium creaturarum.* *β.* Christum censitum ab Ipso ... isse Patre minorem, et dicto fini productum, ex eo etiam liquet, quod Filius non necessario et naturaliter fuerit, ex ...us opinione, natus, sed *βουλῇ καὶ δυνάμει*, *consilio et potentia Patris;* cont. Tryph. p. 327. quod et alibi saepe tradit, ... p. 258, 284, 357.. *d.* Denique Patris superioritas ex ...tulis, ipsi propriis, et adtributis, liquido demonstratur. Adpellatur passim, *ἀγέννητος ingenitus*, *ἄῤῥητος ineffabilis*, *ἀτρεπτος inmutabilis*, *τῶν ὅλων Θεὸς universorum Deus*, Ap. I. p. 51. ... p. 96. cont. Tryph. p. 275. *Pater universi*, *super quem ...lius non est*, ib. p. 275, 276, 284, 286. *Ineffabilis Pater* ... *Dominus universitatis*, p. 356. etiam ipsius Filii, p. 357. ...bi etiam Deus esse dicitur *secundum voluntatem Patris.* Desino, ne plura coacervem, in singulari loco cont. Tryph. p. 358. ubi dictum, Gen. XIX. explicans, *pluit Dominus ignem* a *Domino*, Duos numero Deos esse inde colligit, alterum in terris, alterum in coelis, hunc vero esse illius Dominum, ut Patrem et Deum, qui autor ei est, ut sit, ...que sit potens Dominus ac Deus.

§. LXV.

§. LXV. Athenagoras, Christianos suo tempore in eo fuisse totos, adserit, in *legat.* §. 11. ut cognoscerent ὂν ἴσως θεὸν (vel potius ἴον, aut ἐν, ἰδίως θεὸν) *proprie, et peculiari vocis emphasi, Deum, scilicet Patrem, et, qui ab Ipso est, sermonem, quaenam sit Filii cum Patre* ἑνότης *unio, et Patris cum Filio communio? et quid sit Spiritus S.? quaenam sit illorum* ἑνότης *unitas,* καὶ διαίρεσις *et distinctio?* Ex quo loco, Christianos de hoc mysterio coepisse philosophari elucescit, quod de se testatur ipse §. 10., ubi ὑπερβολὴν συνέσεως *subtilitatem intellectus* in eo indagando adhibet. Sed quid de eo senserit, non adeo liquidum est. Petavius Dogm. Theol. de Trinitate l. I. c. 3. eum Sabellianismo et Arianismo favere adfirmat; sed ab Arianismo eum liberavit Bullus l. c. sect. II et III. et per omnia orthodoxe sensisse contendit. Inter certa et dubia, ut mentem exponam, distinguendum esse reor. Pro certo habeo 1. eum Patri, Filio, et Spiritui S. eandem adscripsisse essentiam, ob hasce rationes. *a.* Filium, seu sermonem, γινόμενον *factum esse* negat, §. 10. *b.* esse vero ipsam Patris *rationem*, per quam *mens* et *rationalis* est Deus, adserit ibid. *c.* Filium dicit προέρχεσθαι *progredi ex Patre*, adeoque ex ipsa ejus essentia, et *spiritum* adpellat ἀπόρροιαν *effluxum Patris*, radiorum modo ex sole. *d.* Filium adpellat Patris λογον ἀμέριστον *inseparabilem* §. 15. ita ut Pater sit in Filio, et hic in illo. *e.* Tres illos dicit unitos κατὰ δύναμιν quoad essentiam §. 22. ubi Angelos vocat ἑτέρας δυνάμεις *alias substantias;* quod de P. F. et Sp. S. negat. Sic §. 10. ipsis adsignat ἐν ἑνώσει δύναμιν., et ἐν τάξει διαίρεσιν, ubi in priore membro leg. videtur ἐν δυνάμει ἕνωσιν: cum unitatem illorum ἐν δυνάμει constituat, ut modo observavi. *Essentiae* itaque unitatem, et *ordinis* tantum distinctionem, admittit.

§. LXVI. Exploratum quoque mihi est, eum Trinitatem, quatenus ab omni aeternitate in Deo subsistit, absolute et in se consideratam, non in substantiarum distinctione, sed in perfectionum divinarum ordine, collocasse, ita ut absolute

una

una sit substantia divina, *tres* excellentiores in Deo perfectiones, ut Pater sit νῦς *mens*, Filius mentis *ratio* interna et *potentia*, spiritus *sapientia*. Quae thesis ex §. 10. clare demonstratur. Videtur quidem, ut hoc praemittam observatum, Filius hi adpellari νῦς καί λογος *mens et ratio Patris*: sed defectuosa est lectio, et praemitti debet πατηρ *Pater*, legendumque πατηρ νῦς *Pater mens*, καὶ λόγος *et sermo Patris filius Dei*, ut ex toto ratiocinio et seq. est manifestum, mox enim Deus adpellatur νῦς ἀΐδιος *mens aeterna*, *habens in se ipso* τόν λόγον *rationem*. Compendiosa forte scriptio fecit, ut πατηρ exciderit. Ceterum, rationem redditurus, quare Filius sit *progenies* Patris, negat ita dici, quod sit γενομενος *factus*, vel natus, quia Deus, a principio mens aeterna existens, ipse in se ipso habuit *rationem*, cum sit *rationalis*. Quorum hic sensus est. Cum Deus sit mens, adeoque *ratione* praeditus, eam rationem habuit sibi naturalem et propriam, ac ad mentis naturam pertinentem, quare a Deo generata non est, aut facta, nec Filius eo sensu dici potest *progenies* Patris, nam mens, rationem natura habens, eam non generat. Tollit itaque manifeste aeternam Filii generationem, nec ab intima Patris ratione eum distinguit: accedit, eum generationem in *progressu* ejus ad mundum condendum collocare, adeo ut antea in Patre fuerit *naturalis* ejus *ratio*. De Spiritu S. res aeque dilucida est, adpellat enim eum ipsam Patris *sapientiam*, quae, cum effectum edit, *effluit*, et ad Patrem reflectitur, seu in eum *refluit*, instar radiorum solis; subsistit itaque in Patris essentia, et ex ea emittitur. Conatus quidem est Bullus l. c. in saniorem mentem haec explicare, sed minus feliciter: uti facile patet.

§. LXVI. Hactenus in claris versati fuimus, et mentem Athenagorae huc redire intelleximus; *rationem* naturalem ab omni aeternitate esse Filium, ejusque *sapientiam* Spiritum S., hunc autem *sermonem* a Deo emissum esse ad res creandas, et *sapientiam* ad homines instruendos; progressum et effluxum ex ipsa Dei factum esse essentia, cum mundus conde-

deretur. Sed illud in obscuro latet, num per eum progress
et effluxum *sermo* et *sapientia* Dei propriam accep
ὑπάρξιν et ὑπόστασιν *subsistentiam*, a Patris diversam, eam
permanentem, an metaphorice sit exponendus progress
et effluxus, de actione et operatione Dei per sermonem
sapientiam naturalem? Ansam quoque dubitandi praeb
Platonismum, quem phrases ejus redolent, ab aliis crassi
ab aliis subtilius, exponi, dum alii proprie et substantialit
alii metaphorice et effectualiter, intellexerint. Sunt, quc
mentem Athenagorae, in utrumque sensum rationes non sp
nendae, quas in medium adtulisse non videtur a re alienu
Metaphorice Ipsum phrases et voces intellexisse, et non su
stantialiter, adeoque opinionem, quae postea Sabelliana d
ta est, habuisse, veramque ac distinctam a Patre subsiste
tiam Filii et Spiritus S., post ipsum progressum, et eff
xum, negasse, sequentes exigere videntur rationes. 1. I
fluxum Spiritus, dicit §. 10. esse ἀπόῤῥοιαν, et talem quider
qui *effluit et refluit*, qui emittitur, et retrahitur, a Patr
ἀποῤῥέον dicit πνευμα καὶ ἐπανεφερομενον, idque ad modum r
diorum solis: qui sicut non propriam habent, dum effluur
subsistentiam, ita nec Spiritus, quod ex alia comparation
a *lumine* ignis petita, §. 22. confirmatur. Idem de Fi
eum sensisse, probabile facit, quod eodem modo de Fi
et Spiritu S. passim loquatur, quodque in specie diserte a
ferat §. 12. Spiritum in eo effluxu convenire λόγῳ *serm*
ni, συνᾴδει, inquit, τῷ λόγῳ καὶ τὸ προφητικον πνεῦμα; qu
verba male cepit interpres; vertenda sunt, *sermoni*, v
Filio Dei, *consentit Spiritus propheticus*, h. e. spiritus ac s
monis eadem est ratio. In errorem duxit interprete
quod Prov. VIII. citetur, quem a pluribus Veterum
spiritu intelligi non observarunt, nam *sapientia* adpella
tur *Spiritus*. 2. Ingens infundit lumen egregius apud Ju
Mart. locus contra Tryph. p. 358. ubi tradit, se no
aliquos, qui Filium dixerunt δύναμιν *virtutem* a Patre emi
sam, cum aliquid agendum sit, et ab ea actione *virtute*
adpella

adpellari *angelum*, *gloriam*, *hominem*, quod eam manifestavit formam, etiam *sermonem:* absoluta vero hac actione, Patrem hanc *virtutem* ad se retrahere, esse quippe eam ἄτμητον καὶ ἀχώριστον τῦ πατρος, nec ullo modo a Patre disjungi ac secerni, statuebant, et cum radiis solis comparabant, qui in terram emissi inhaerebant tamen Soli, et a Sole occidente retrahebantur: a qua sententia Just. declarat se alienum, et Filium statuere Ιῷ ἀριθμῷ ἕτερον τι *numero quid aliud*, scilicet, ut *lumen* accenditur a *lumine*. Ovum nequit ovo esse similius, quam illorum et Athenagorae locutiones sunt. Adpellat quoque Filium ἀμέριστον *a Patre inseparabilem*.

§. LXVII. 3. Unitas Patris, Filii, et Spiritus S. consistit, ex mente Athenagorae, in δυνάμεως identitate, ita ut unam constituant δύναμιν; quae vox *substantiam* denotat, seu essentiam subsistentem, uti §. 22. ubi Angeli dicuntur ἕτεραι δυνάμεις *aliae essentiae subsistentes:* censet praeterea totam P. F. et Sp. distinctionem esse ἐν τῇ τάξει *in ordine* §. 10: quod vix dicere potuisset, si substantialem credidisset subsistentiam. Dici potest Pater *ordine* major, sed *ordinis* distinctio vix substantialem exprimere potest; sed si una statuatur subsistentia, ejus potentiae recte adpellantur *ordine* distinctae. De quo clarius adhuc constat ex §. 9. ubi Filius in Patre, et Pater in ipso esse dicitur ἑνότητι καὶ δυνάμει πνεύματος *unitate et potentia Spiritus*, h. e. *unitate potentiae Spiritus*: sicut potentiae insunt Spiritui, ita Filium inhaerere Patri, nulla alia relicta distinctione, ac inter *adtributum et subjectum*, ita ut Pater νῦς et πνεῦμα *mens et Spiritus* sit, et Filius ejus λόγος *ratio et sermo*, ut mox subjungitur. Imo 4. eodem loco §. 9. Filius adpellatur *sermo* Patris ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ *in idea et efficacia:* quo, Filium esse *ideam et efficaciam* Patris, haud obscure indicatur: nec alius esse videtur *progressus* illius ideae et efficaciae, de quo §. 10. loquitur, ac earum actio et exercitium, ita ut res inter se confusas digerat, et ordinet in *idea*, et efficiat per vim ex se emissam. Denique 5. cum negat, generationem λογυ

sermonis in eo sitam esse, ut dici possit *fieri*; propriam ejus subsistentiam non videtur admisisse, quae utique si ipsi competeret, Filius ex Patre progressus dici posset *fieri*. Nec excipi potest, verbum γίνεσθαι *fieri* illo in loco significare *creationem e nihilo*, quod Athenagoras itaque de Filio negasset, quia ex Patris essentia *natus* esset, non *factus*: quia illud praecario adsumitur, vid. omnino §. 15. Imo Athenag. diserte ait, filium non esse *factum* per *generationem*; generare vero non est creare e nihilo, sed ex se, adeoque per se illud excluditur, nec opus erat, ut illud adderetur; quod cum addatur expresse, videtur negari, quod *generationi* proprium est, ut quid producatur a generante diversum, seu substantialiter existens: negat autem illud ideo de Filio, quia est ratio Patris naturalis, quae *emitti* potest, ut quid efficiat, non *generari* proprie, ut extra Patrem habeat subsistentiam. Deinde, non dicit absolute *sermonem* per generationem prodiisse, sed progressum esse, ut *idea esset et efficacia*, hoc sensu: ut, cum antea sermo in Patre esset, tanquam idea et efficacia *potentialiter*, nunc prodierit, ut esset *actualiter*, quatenus Pater ideam et efficaciam in actum educit. Addo, eos, quorum Just. Mart. l. c. meminit, eodem sensu usurpare verbum προπηδᾶν, ita ut Pater dicatur virtutem suam facere *prosilire*.

§. LXVIII. Sed alia quoque ipsius mens esse potuit, adeo ut opinatus fuerit, rationem Patris naturalem, et potentiam essentialem, a Patre, cum opera producerentur, esse *genitam*, non per productionem ex nihilo, sed per progressum e Patre, ita ut subsistentiam quidem propriam acceperit, sed ejusdem essentiae ac Pater fuerit, et Patri sic unitus manserit. Utique, sermonem per illum *progressum* accepisse propriam et personalem, ut adpellatur, subsistentiam, non nullae rationes adfirmare videntur. 1. Comparatio administrationis mundi per Patrem et Filium cum regno Imperatoris et Filii ejus, vix ferri potest, nisi Filio propria tribuatur subsistentia. Sed ubi addit, *sermonem* sibi esse ἰδέαν καὶ ἐνέργειαν,

μενον, ἀμέριστον filium mentis acie confideratum et *infeparabilem*, *videri* poteft indicatum velle, *fermonem* non effe, fecundum propriam vocis vim, fubftantialem filium, fed opus effe νοήσει *mentis intentione*, ut fermonem tanquam filium Dei percipiamus. 2. Agnofcit ἕνωσιν καὶ διαίρεσιν *unitatem* et *diverfitatem*, quae vix dici meretur, fi fola *potentia* Patris effet fermo, nec fubftantialiter fubfifteret. 3. Patrem cum dicit effe in Filio, et hunc in Ipfo, effentias videtur percepiffe propriam habentes fubfiftentiam; de quibus recte dicitur, effe per ἐμπεριχώρησιν *in fe invicem*, minus apte de fubjecto et adtributo. Ex difputatis tutius concluditur, effe mentem Athenagorae hac parte dubiam, praefertim, cum et alii Veteres, a Sabellianifmo alieni, fubinde eodem locuti fuerint modo.

§. LXIX. De Tatiano, Juftini Mart. difcipulo, et ejufdem fententiae, paucis defungar. Chriftum effe Deum in orat. ad Graecos §. 35. et alibi, diferte confitetur, fed mentem de λόγου *fermonis* divinitate, et generatione aeterna clarius §. 7, 8. exponit; unde, omnibus inter fe collatis, hanc Tatiani fuiffe mentem, clare mihi perfpexiffe videor. 1. *Sermonem* propriam non habuiffe ab omni aeternitate fubfiftentiam, fed ipfam Patris fuiffe rationem, ita ut ὑπάρξιν *exiftentiam* in rationali tantum Patris habuerit potentia. Antequam enim ex Patre profiliret *fermo*, fubftitiffe dicitur διὰ λογικῆς δυνάμεως *in rationali potentia* Patris. Verba enim ea neutiquam fignificant, ut putatur, fermonem per eam potentiam genitum exftitiffe, nam ante generationem ibi fubfiftebat fecundum Tatianum, cum poftea demum generationis mentionem faciat, praeterea generatio Ipfi facta dicitur, non διά *per*, fed ἐκ λογ. δυναμ. *ex rationali potentia*, §. 8 et 10. Denique, fi jam antequam profiluit, genitus fuiffet fermo, nulla erat monendi ratio, Patrem, fermone prodeunte, non effe *ratione* privatum, ut ibid. obfervat, cum, fecundum eam opinionem, non tunc primum accepiffet, fed jam antea ab aeterno habuiffet ὑπάρξιν *fubfiftentiam*,

 quippe

quippe genitus ab aeterno. Si itaque, salva Patris ratione, eam ab aeterno jam habuisset sermo, quid necesse erat dicere, Patrem, cum sermo ad mundum condendum prodiret, rationem non perdidisse. Indicat itaque ea admonitio, sermonem tunc demum nactum esse extra Patrem subsistentiam, et antea in rationali Patris potentia tantum fuisse. 2. Sermonem, ipsam Patris rationem naturalem, ex Patre, ante mundum conditum, esse emissum, et propriam accepisse subsistentiam personalem, ita ut Patris, et Sermonis fuerint distinctae ὑπάρξεις *subsistentiae*, autumavit, et in eo generationem Filii constituit. In quo Justino Mart. plane consentit, iisdem etiam locutionibus, ac similitudine *luminis a lumine* accensi, usus. Quare hic non necesse est morari: texturam tantum et ordinem ratiocinii illustrasse suffecerit.

§. LXX. *Religionis arcana*, ut ait §. VII. pandere auspicaturus, *Deus*, inquit, *erat in principio; principium vero accepimus λόγυ δύναμιν vim verbi.* Quibus phrasibus, quae Interpretes torserunt, intelligit, Filium Dei, qui est *sermo* iste, ut ex §. 11. patet, postquam ex Patre prodiit, et propriam consecutus est existentiam ac *vim*, sermonis enim *δύναμις vis* est *sermo* vim possidens, et exserens; uti §. 1. diserte sumitur, et ex eo ulterius firmatur, quod *sermo* hoc loco dicatur *principium* esse, scilicet mundi, quod non fuit, nisi cum *prolatus est* ad eum condendum, sic §. 7. fin. *hunc*, nimirum a Patre productum, *scimus principium mundi;* §. 8. dicitur ἐν ἀρχῇ *in principio genitus sermo.* Quo recte observato, cuncta sunt in facili. *Deus*, cum dixisset, erat ἐν ἀρχῇ *in principio*, exstiterat jam ab aeterno, cum principium omnium rerum esset λόγυ δύναμις *sermo prolatus;* duo explanat in sequentibus, *unum*, qua ratione Deus ante ἀρχὴν *principium* exstiterit, ita scilicet, ut solus esset, sed omnia in se haberet *potentialiter*, ipsum etiam λογον *sermonem* in potentia naturali: id enim sibi verba volunt, *nam cum ipso in rationali potentia* substitit αὐτός καὶ ὁ λόγος, non *ipse* Pater, et *sermo*, sed *ipse quoque sermo: alterum* vero, quodnam sit

fit illud *principium*, fermo fcilicet *voluntate fimplicitatis Patris profiliens;* quae eft ejus generatio, qua fubfiftentiam eft adeptus. Illam autem ftatuit factam effe θελήματι *voluntate Patris;* plane ut Juft. Martyr., ubi autem addit *voluntate fimplicitatis*, lubens legerem, *voluntate ex fimplicitate Patris* ἐξ ἁπλότητος h. e. *ex fimplici natura Patris:* ficut §. 8. tradit eum ἐκ δυνάμεως *ex effentia* Patris prodiiffe, et §. 10. ἐκ λογικῆς δυνάμεως *rationali natura* Patris. Quam generationem porro declarat factam effe κατά μερισμον, ὐ κατ' ἀποκοπὴν *fecundum participationem, non avulfionem:* ubi μερισμὸς eam denotat participationem, qua res diftincta alterius participat naturam, uti cum lumen a lumine accenditur: quae naturae communicatio non eft *avulfio*, ficut enim lumen, aliud accendens lumen, illud retinet, ita Pater, rationem producens, ea non eft orbatus. Quae communicatio cum *fimplicitati* Dei conveniat, ideo fupra dixerat, eum *ex fimplicitate Dei* effe natum.

§. LXXI. Quae omnia egregie evincunt. 1. Filium, ex Patre productum, effentiam ejus participare: cum fit ipfa Patris ratio, fubftantialem habens exiftentiam. 2. Sermonem, poft illam generationem, propriam confecutum effe fubfiftentiam, a Patre diftinctam: quod ulterius his confirmatur rationibus, *a.* quia λογος *fermo* a λογικῇ *rationali* Patris δυναμει *potentia* diftinguitur *b.* adpellatur πνεῦμα *Spiritus ex Patre* natus, *c.* imo ἔργον *opus Patris primogenitum;* quae vera eft lectio, *d.* fermo natus Patrem negatur feciffe ἀλογον; quare extra Patrem oportet ftatuatur fubfiftere, *e.* fimilitudo *luminis a lumine accenfi* idem omnino demonftrat, uti fupra in Juft. M. vidimus. Denique 3. fermonem effe Patre originis refpectu inferiorem, fimul inde liquet, cum fit ejus *opus*, ex Patre ortus, ut lumen ex lumine, et quae alia funt ex doctrina Juft. M. facile petenda.

§. LXXII. Irenaeus, ut ejus doctrinam quoque in lucem proferam, Trinitatem in genere confeffus eft, tanquam communem Ecclefiae fidem, adv. Haer. l. IV. c. 6, 33.

 Sed

Sed in ſpecie, ut per partes eam, 1. Filium non Deum, ſed proprie et vere ſic dictum, pluribus : agnoſcit, et demonſtrat: uti l. I: 10., Deum et h III: 9. adtributa Divina ipſi tribuit III: 16., egt c. 6. *Neque Dominus*, inquit, *neque Spiritus S. nec li, eum, qui non eſſet Deus, definitive et abſolute Deu naſſent, niſi eſſet verus Deus* etc. ubi Chriſtum nu Deum demonſtrat. Praeterea l. III. 16. Rom. . ubi Deus adpellatur *ſuper omnes benedictus in ſecu* Chriſto intelligit. Alia mitto, uti l. V: 17, 18. ubi *vere homo, vere Deus* dicitur. 2. Filium cur ſemper et ab aeterno exſtitiſſe, ſaepe adfirmat. *ſemper verbum, et ſapientia*, Filius et Spiritus l. . ubi etiam addit, *et quoniam verbum, filius, ſemper* [illegible] *tre erat, per multa demonſtravimus*, *quoniam* et *ſ*[illegible] *quae eſt Spiritus, erat apud eum ante omnem conſtit*[illegible] per *Salomonem ait* etc. ubi Prov. VIII. citat, et S S. intelligit. Vid. et l. II: 25, 30. IV: 13, 14, 20. lium et Spiritum S. divinam participare eſſentiam, me indicat. *a.* Quae Pater per Filium et Spiritur cit, per *ſe ipſum* fecit, non per virtutes a ſe dive inferiores, ut Gnoſtici ſtatuebant, l. II: 2, 30. *b.* Cum Pater ab Irenaeo *unus* et *ſupremus Deus* non *ſolus*, ſed cum *Verbo* Deus adpellatur, et Fili[illegible] jungitur, non excluditur, l. III: 7. *ita ut is quid*[illegible] *omnia fecerit, cum Verbo ſuo juſte dicatur Deus* et . *ſolus*: et l. IV: 5. *Ipſe igitur Chriſtus cum Patre eſt Deus*. *c.* Filius in Patre eſſe dicitur, et in ſe Patrem l. III: 6. ſic et l. IV: 4. celebre alicujus [illegible], *ipſum inmenſum Patrem in Filio eſſe menſ*[illegible] [illegible] *enim Patris Filius, quoniam et capit eum*. . [illegible] *Scriptura neminem Deum vocat, niſi ſolum ve*[illegible] [illegible] *Patrem et Verbum ejus*. Egregius quoque locus [illegible] *non erat alius qui cognoſcebatur, et alius*, [illegible] [illegible] *cognovit Patrem, ſed unus et idem*.

§. 1

§. LXXIII. 4. Sed idem ille Filium credidit esse Patre interiorem, adeo ut ipsi, qua origini, omnia accepta ferat, sitque ipse Patris administer. *a.* Lib. IV: 7. Patrem declarat non indigere Angelis ministris, *cum habeat copiosum et inenarrabile ministerium: ministrat enim ei ad omnia sua progenies*, et *figuratio sua*, scilicet Filius et Spiritus S. *b.* Patrem non potuisse manifestari hominibus, inquit, sed Filium eum exhibuisse, cum *visibiles* adsumeret *formas*, adeoque in eo Filium esse inferiorem. Ita Irenaeus, Just. Mart., uti contra Tryph. §. 127., et alii Veteres locuti sunt, forte ipsi, quid statuerint, non intelligentes: quare aliud hinc colligendum nolim, quam Patris superioritatem aliquam ab ipsis fuisse agnitam, cui non convenit visibilem aliquam formam adsumere; quod fecit Filius, quippe Patris administer; non utique divinitatis Filii respectu, quippe aeque invisibilis, sed formae externae adscititiae. Vid. lib. IV: c. 6. ubi haec etiam singularia occurrunt verba: *invisibile enim Filii Pater, visibile autem Patris Filius.* Divinitatem ex Patre habet Filius, sed Pater, quod cognoscatur et videri possit, Filio debet. Quod eo in lib. ubique recurrit. *c.* Pater adpellatur unus Deus Omnipotens, cum juxta Christum collocatur, qui tunc *Dominus* dicitur, *cui juxta beneplacitum Patris omne genu flecteret* etc. l. I: 10. Sic l. III: 12. *Filius ab eo, qui est omnium Deus, accepit potestatem;* rursus c. 19. Filius dicitur *in se habere eam, quae est ab Altissimo, genituram.* Eximius in primis hanc in rem est locus l. II: c. 30. ubi Pater, tanquam summus Deus, magnifice describitur, et supra Filium, ac Spiritum, etsi ad eum pertinentes, extollitur. Vid. etiam lib. III: 8. *d.* Denique l. II: 28. explicans, qua ratione Christus *ultimi diei scientiam* soli Patri tribuat, ait, *discamus per Ipsum, super omnia esse Patrem*, ergo etiam super Filium, cum statim addat, *etenim Pater*, inquit, *me major est.* Nec tamen illud nimis urgendum est, acsi, Christum, qua Filium Dei, secundum divinam naturam, sibi ignorantiam illam Marc. XIII: 32.

adtribuere, voluerit Irenaeus, cum tunc a Patris effentia, et unione, cenferi deberet, contra ejus mentem, longius femotus. Irenaeum *humanam* ejus naturam non quidem putaverim in oculis habuiffe, toto contextu quippe repugnante, fed, quod Maffuet. in Diff. praeviis ad Iren. jam notavit, fimpliciter intendiffe, fcientiam illam ad Patrem, tanquam fontem, referre, adeoque non effe eam hominibus revelandam, fed Deo Patri relinquendam. Dicere itaque voluit Chriftus, fecundum Irenaeum, fe illum diem non noffe ex fe et per fe, fed a Patre tantum habere, nec noffe illum, qua mediatorem, qui eam cum hominibus communicat fcientiam, fed Patris effe propriam, ipfique relinquendam: addit Irenaeus, Chriftum ideo ad Patrem eam retuliffe, ut, Patrem fe effe majorem, inculcaret. In qua explicatione lubentius acquiefco, quod l. c. non defint, quae eam confirmare videntur, ut legenti adparebit.

§. LXXIV. 5. De generationis natura quid fenferit, et num ab omni aeternitate factam, ut λογος *fermo* femper habuerit extra Patrem fubfiftentiam, an ante mundum conditum tantum, ut antea in Patre folum exftiterit, crediderit, pro certo definire non aufim, licet ad prius magis inclinem. Patrem νουν *mentem*, λόγον *rationem* vel fermonem, l. II: 13. 17. ita quidem fecum permifcet, ut *fermo* fubftantiali exiftentia caruiffe videatur, *Deus* inquit *totus* νους, *totus* λόγος, *totus fenfus*, *totus* ἔννοια, *totus ratio.* Pater νους, et νους Pater et λογος: fed, generationem cum fermone, homini ante internо, nunc externo, feu *prolato*, comparari, qua fimilitudine aliqui ufi funt Veteres, ut ex fuperioribus patet, non admittit; adeo ut abfolute aeternam exiftimaffe videatur generationem; l. II. c. 28, ubi et hoc addit, *prolationem iftam Filii five generationem*, five *nuncupationem*, five *adapertionem*, *quolibet quis nomine vocaverit*, *generationem ejus inenarrabilem exiftentem nemo novit, nifi folus*, *qui generavit*, *Pater*, *qui natus eft*; *Filius*. De Spiritu S. idem, quod de Filio, cum fenferit Irenaeus, de eo fpecialius egiffe nihil adtinet.

§. LXX

§. LXXV. Clementem Alexandrinum, ad quem pervenimus, in libris Hypotypos., inter alia absurda, *Filium in rebus creatis numerare*, notavit quidem Phot. cod. 109. sed vel non sunt Clementis, vel misere interpolati, ipso Photio judice. Utique in libris, qui ad nos pervenerunt, longe alia reperiuntur, quae per partes exhibebo. 1. Christum esse, vere sic dictum, *Deum*, et essentiae Patris participem, multis locis fortissime testatur, et inculcat: quorum aliqua proferam. In Cohort. ad. Gent. p. 7. dicitur *in Deo* esse, et locus Pauli ad Tit. II., ubi *magnus Deus* memoratur, ipsi adplicatur. Deus quoque dicitur ἐν τῷ ὄντι ὢν *qui in ente*, in eo qui eximie est, existit. Praeterea p. 84. *Deus*, *Deus vivus*, *solus omnium hominum Deus;* sed qui ultimus titulus num non Patri tribuatur, dubium est. Denique p. 86. *manifestissime vere Deus Domino universorum adaequatus*, ejusdem ergo naturae, *sermo in Deo*, *ex ipsa Patris voluntate exortus*, adeoque ejus consors. In Libr. Paedagog. l. I. c. 5., cum Jes. IX: 6. citasset, exclamat, ô *magnum Deum: Filius in Patre*, et *Pater in Filio;* cap. 6. Deus dicitur, *qui nihil discere potest*, et *sermone nemo* dicitur *Major*; *Pater* quoque et *sermo* et *Spiritus* ad *universitatem rerum aeque pertinent*, *unus Universorum Pater*, *unus universorum sermo:* cap. 7. cum *solum perfectum* adpellasset Patrem, ne quis Filium excludi putaret, addit, *in Patre enim est Filius*, *et hic in Illo*. Adplicat quoque Christo locum Ex. XX: 2. et Gen. XVII: 1. 2. etc., cap. 8. ἐν γὰρ ἄμφω *utrumque enim unum est*, Deus scilicet Pater et sermo *unus est universorum Deus* etc. et *Filius in Patre*, qui itaque eo comprehenditur titulo. Lib. III: 7. *nullius indigus est*, *qui* λόγον *sermonem* habet τὸν παντοκράτορα θεὸν *Deum omnipotentem*. Sed luculentissimum est Trinitatis testimonium, quod in fin. l. III. occurit, ubi preces ad λόγον *sermonem* dirigit, et in doxologia Trinitatis definit: *Pater et Filius unum ambo dicuntur cum Spiritu S.* Nec in libris Stromatum ejusmodi desunt indicia. Sic l. III. c. 12. adpellatur παντοκράτωρ θεὸς *omnipotens Deus*, et l. IV: 17. ubi animorum

 nostrorum

nostrorum ac cogitationum quoque notitia ei adscribitur, et l. VI. Dominus dicitur *δύναμις potentia Dei*, et ex Ap. XXI: 6. *α καὶ ω principium* et *finis: omnia* quoque *per ipsum facta*. Sed illustris est locus l. VII: 2. ubi minor quidem Patre proponitur, sed ita, ut ei proxime accedat, ejusque participet perfectiones, uti omnipraesentiae, omniscientiae etc., vocatur quoque *ὅλος φῶς πατρῷον totus* lux *paterna*; etiam, *ut ita dicam*, *πατρική τις ἐνέργεια paterna quaedam operatio*, sed totum ratiocinium ibi legi meretur. Adpellatur quoque *proprie dictus unigenitus*, et *universalis* Regis, ac *Omnipotentis Patris gloriae character* ex Heb. I: 3. Denique in lib. *quis dives salvetur*, filius dicitur a Patre *ἐξ ἑαυτοῦ ex se ipso genitus*.

§. LXXVI. 2. Filium ab aeterno, seu ante secula, exstitisse, disertissime declarat. Sic Cohort. ad Gent. p. 7. *sermo ἐν ἀρχῇ in principio* traditur *exstitisse*, qua *creator*, ut et Strom. l. VI. et VII. in init. *existentium rerum ἀρχὴ καὶ ἀπαρχὴ*, *ἄχρονος* et *ἄναρχος principium ante tempus*, nec non *rerum existentium principium*: non enim absolute fuit *ἀναρχὸς*, quippe ex Patre natus, sed ante *principium rerum creatarum*, quare ibid. dicitur *γενόμενος ἀνάρχως sine principio genitus*, vel productus, quod exponitur per *ante jacta mundi fundamenta*. 3. Denique Filium credidit esse Patri subordinatum, eo inferiorem, ac ab Ipso dependentem: quod plura loca haud obscure indicant. In Cohort. ad Gent. p. 92, 93. Pater, a Filio distinctus, dicitur *ingenitus* et *solus verus Deus*, Filius vero ejus *sacerdos*, *opifex mundi voluntate Patris*; sic et Patris *voluntatis minister* Paedag. l. I: 2. et cap. 6. *unus omnium Pater*, *unus omnium sermo*, cap. 7. *solus perfectus Pater*, nec Filius, nisi quod sit in Patre. Pater ergo, ut origo, et per se, Filius a Patre, et in ejus communione. Cui loco concinit alius c. 8. fin. Illustrius adhuc est testimonium Strom. l. VI: p. 769. *unum est ingenitum*, Deus scilicet Omnipotens, *unum etiam est προγεννηθὲν ante genitum*, ante principium mundi, addit, *unus enim vere est Deus*,

Deus, qui ἀρχὴν τῶν ἁπάντων ἐποίησεν *principium omnium rerum fecit*, fcilicet Filium, ut mox fubjungit: fed *facere* hic eft per generationem *producere*, ita ut Filius quidem Patris effentiam participet, fed eo inferior, ut qui a Patre ortum habet, *ex Patris voluntate exortus*, ut fupra habuimus in Cohort. ad Gent. Praeterea Strom. l. VII. init. dicitur, ἐν τοῖς νοητοῖς *in iis, quae intelligentia percipiuntur, excellere Filium, omnium principium* et *primitias, ab eo autem doceri* τὸ ἐπέκεινα αἴτιον *caufam fupremam, Patrem univerforum, vetuftiffimam omnium, quae voce non traditur, fed fubmiffa reverentia colitur.* Sed omnium clariffimus eft locus ibid. c. 2. ubi *natura Filii* dicitur *perfectiffima, fanctiffima, principalis, regia* ἡ προσεχεστάτη *quae proxima eft foli* et *unico Omnipotenti Deo Patri.* Qui totus eft legendus. Rurfus, ibid. *omnis Domini efficacia* ἀναφορὰν ἔχει *relationem habet ad Patrem, ut* primum fontem et principium, *eft enim, ut fic dicam, Patris operatio*, Filius enim Patris *voluntate* eft *caufa bonorum*, et *a Patre habet omnem vim.* Denique ibid. *fervator* et *Deus nofter docuit et expreffit, Patrem unum et folum Omnipotentem* effe Deum, quare titulus παντοκράτορος, et τῶν ὅλων θεοῦ *Omnipotentis*, et *univerforum Dei*, proprius eft, apud Clementem, *Patris.*

§. LXXVII. Tertullianus, qui ex Latinis folus reftat, cum integrum contra Praxeam fcripferit librum, perfonalem fingulis, Patri, Filio, et Spiritui S., eum adfcripfiffe fubfiftentiam, fatis conftat; quam ut exprimeret, *tres* dixit primus *effe perfonas, unam fubftantiam*; locutione minus perfpicua, cum Praxeas eam facile poterat admittere. *Perfona* enim proprie faciem, et externam indicat oftenfionem: fed per *fubftantiam* Tertullianus intellexit *effentiam*, feu *divinitatem*, ut ipfe exponit adv. Hermogen. c. 3., et per *perfonam* fubftantialem ὕπαρξιν. Dicit itaque contra Prax. c. 12. *unam fubftantiam in tribus cohaerentibus;* praeterea *diftinctionem* admittit, non *divifionem*, perfonas tres, unam fubftantiam. Num vero perfectam prorfus aequalitatem, et numericam

mericam unionem, an specificam, statuerit, paulo adcuratius est inquirendum, ejusque sententia per partes quoque exhibenda; uti in superioribus feci. 1. Christum saepe adpellat *Deum*; uti de *Patient*, cap. 13. de Anima c. 41. *solus Deus sine peccato, solus homo sine peccato Christus, quia et Deus Christus*: de carne Christi c. 3. *Christus, hominem indutus, Deus perseveravit:* ut et c. 5 ac 14. praeterea adv. Marcion. l. II. c. 16. *Christiani Deum mortuum credunt.* Sed ita ubique. 2. Filium esse essentiae Patris participem clare testatur, *a.* eum esse *vere* et proprie sic dictum Deum, adserit contra Marc. V: 20. ubi cum habeatur, ut id obiter observem, *quod si in effigie et imagine, qua Filius Patris, vere Dei praedicatus est*, etc. omnino legendum *vere Deus*, ut ex praecedente et nexu constat. *Deum super omnia benedictum* Rom. IX. cont. Prax. c. 13. *b.* ubi et verus dicitur ac unicus Dei Filius, c. imo *Patre non minor* adversf. Marc. IV: 25. *quia non minori se tradit omnia Filio.* Quae verba Patri non adimunt aliquam praerogativam prae Filio, quod ejus menti foret contrarium, ut mox patebit, imo et contr. Prax. c. 9. et huic loco, ubi Pater omnia dicitur Filio tradidisse, sed tantum volunt, Filium non esse diversae, et minoris, essentiae, cum Patris sit particeps. Opponitur itaque Angelis, qui minores sunt, et a substantia Patris alieni, ipse vero consors ejus; ut loquitur contra Prax. c. 3. *d.* Pater sermonem ex *se ipso* traditur protulisse, cont. Marc. l. II. c. 27. sic et cont. Prax. c. 7. filius dicitur *unigenitus, ut solus ex Deo genitus, proprie de vulva cordis ejus*, et ib. c. 3. *Unitas ex semet ipsa derivat Trinitatem*, et c. 4. *Filium non aliunde deduco, sed de substantia Patris.* Sic ib. c. 18. cum dicitur *unus Deus Pater, et alius ab eo non est, non Filius negatur, sed alius Deus*, ceterum alius *a Patre filius non est:* denique ib. c. 9. *Pater tota substantia est*, Filius vero *derivatio totius et portio:* quod ex similitudinibus, quibus eo in libro saepe utitur, clare confirmatur. Filium dicit *radicis fruticem, fontis fluvium, et solis radium*,

radium, et in Apolog. c. 21. de *Deo Deum*, *lumen de lumine* etc. *e*. Denique in lib. cont. Prax. ubique adfirmat, Patrem, Filium, et Spiritum S. eſſe *unius ſubſtantiae* c. 8., *unius et indiviſae* ſubſtantiae, c. 13. Ita et contra Marc. l. III: 6. et in Apolog. c. 21.

§. LXXVIII. 3. Sed in quo diſtinctionem poſuerit perſonarum, diſtinctius eſt exponendum. In Lib. contra Prax. ſaepe dicit, Filium eſſe quidem *individuum et ſeparatum*, *adeoque alium*, ſed non ex *ſeparatione ſubſtantiae*, verum ex *diſpoſitione*, nec *ſtatu*, at *gradu*, alium. Sic c. 9. *Ecce enim dico alium eſſe Patrem*, *alium Filium*, et *alium Spiritum S.* ſed clarius ſe explicat c. 2. dicens *tres autem*, *non ſtatu*, *ſed gradu*, nec *ſubſtantia*, *ſed forma*, *nec poteſtate*, *ſed ſpecie*: ſunt ergo *tres* gradu, forma et ſpecie: qua ratione? clarius eluceſcit ex c. 8. ubi dicit, *radix et frutex duae res ſunt*, *ſed conjunctae*, *fons et fluvius duae ſpecies*, *ſed indiviſae*, *ſol et radius duae formae ſunt*, *ſed cohaerentes*. Status itaque, ſubſtantia, et poteſtas *eſſentiam* deſignant, gradus vero, forma, et ſpecies individualem ac perſonalem *ſubſiſtentiam*, uti radix et frutex, fons et fluvius. Dein alia, idem ſignificante, phraſi dicit, Filium eſſe *modulo* alium a Patre c. 9. quia *non ſit idem Pater et Filius*, *ſed* (ita enim pro *vel* legendum) *modulo alius ab alio*. Modulus eſt forma derivata ab alio: ſic c. 14. *viſibilem vero filium agnoſcamus pro modulo derivationis*, uti radius eſt modulus ſolis, vel forma ejus diſtincta: et *modulari* apud ipſum eſt *formare*. Unde lucem accipit locus Apolog. c. 21. qui in mendo cubat: *ita et de Spiritu Spiritus*, *et de Deo Deus*, *modulo alterum* (ſic enim leg., et non, ut in aliis cod. *modulo alternum*) *non numero*, *gradu*, *non ſtatu fecit*. Mens ejus eſt, Filium, a Patre profectum, conſtituere alterum numerum, ita ut *duo* ſint, ſed alterum, non diviſione, verum *modulo* h. e. forma, ita ut derivatio Patris ſit gradu, non ſtatu, alius: in lib. enim contra Prax. ſaepe dicit, eſſe duos numero, cap. 2. *quomodo autem numerum ſine diviſione patiuntur*, *procedentes*

tes retractatus demonstrabunt, inquit. Sic in genere quidem mens Tertull. patescit, sed nondum, num perfectam aequalitatem harum personarum crediderit,. ita ut Filius totam Patris essentiam plene possideat, an particeps quidem ejus sit, sed non perfecte, aut totius plenissime, adeoque Patre sit inferior. Dixerat, differentiam esse *gradus* non *status*, indicio, eum non esse *alius et diversae* essentiae, nec tamen perfecte ejusdem, aut plene, ita ut gradu sit Patre minor. Quam veram ejus fuisse sententiam, hae mihi persuadent rationes.

§. LXXIX. *a.* Totidem verbis in hanc mentem se explicuit Ipse cont. Prax. c. 9. Cum enim dixisset, Patrem et Filium esse *modulo* alium ab alio, subjungit, *Pater enim tota substantia est, Filius vero derivatio totius et portio*; *sicut Ipse profitetur, quia Pater me major est*; *sic Pater alius a Filio, dum Filio major.* Rursus c. 17. dicit, Filium non directe *Deum*, *sed spiritum Dei* adpellari, Luc. I: 35. et *Deum esse*, *quatenus est spiritus Dei*, quando sic pergit, *dicens autem spiritus Dei*, *etsi spiritus Dei Deus*, *tamen non directe Deum nominans*, *portionem totius intelligi voluit*, *quae cessura erat in Filii nomen.* Sic et adv. Marc. III: 6. Patrem adpellat *plenitudinem*, Filium *portionem*, *qua plenitudinis consortem*, et Filius ib. c. 26. *portio totius* vocatur, uti in Apolog. c. 21. *portio* ex *summa.* *b.* Lumen infundunt similitudines, quibus utitur. Pater est *radix*, *sol*, *fons*, Filius vero *frutex*, *radius*, *flumen.* Etsi enim ex. gr. radius sit substantiae solis particeps, non est tamen sol, nec totam ejus habet substantiam, ita et hic sese res habet, ut totidem explicat verbis cont. Prax. c. 13. *c.* Pater habet substantiam principaliter ib. c. 3. Filius ejus est consors; hinc ait c. 13. *ut*, *si pariter nominandi fuerunt Pater et Filius*, *Deum Patrem adpellem*, et *Jesum Christum Dominum nominem: solum autem Christum potero Deum dicere*, *nam et radium solis seorsum solem vocabo*, *solem autem nominans*, *cujus est radius*, *non statim et radium solem adpellabo*, Vid. et c. 19. fin. Sic c. 3. explicat, qua ratione

ratione *Monarchia* Dei consistere possit, quia unus est Deus Pater, et Filius ejus derivatio indivisa, ac portio: unde Pater eximie *unus* et *solus Deus* audit. Vid. Praescrip. haeret. c. 13, 36. *unus Deus*, *et Christus Filius Dei.* Cui robur addit cont. Hermogen. c. 3. 4. ubi Patrem, *primum omnium*, *etiam Filii*, *principium* esse dicit, et propterea proprie et vere Deum unicum et singularem. *Unus Deus Pater*, *ex quo omnia*, *et quid erit unicum et singulare nisi cui nihil adaequabitur? quid principale*, *nisi quod super omnia*, *nisi quod ante omnia*, *et ex quo omnia?* Quae Patris propria sunt, etiam respectu Filii, ut ex serie orationis constat. Addo cont. Prax. c. 3. *Illius divinitas est principaliter*, *a quo communicatur in Filium.* *d.* Provocat quoque, ut reliqui Veteres fecerunt, ut Patris superioritatem demonstret, ad *invisibilitatem* naturae ejus, cum tamen Filius sese hominibus possit praesentem sistere: cont. Jud. c. 9. et Marc. II: 27. ubi dicit, Deum sese manifestare non posse, et majestate ejus etiam illud esse indignum; sed Filium, quippe portionem tantum divinitatis, posse, vid. et V: 19. sed illustrius adhuc est testimonium adv. Prax. c 14. Visus quidem ibi dicitur Deus, sed non secundum plenitudinem divinitatis, quae est in Patre, qui se conspiciendum praebere non potuit, *alius ergo erit qui videbatur; visibilem agnoscimus Filium*, *quia portio tantum Dei est pro modulo derivationis;* addit, *sicut nec solem nobis contemplari licet*, *quantum ad ipsam substantiae summam*, *quae est in coelis*, *radium enim ejus toleramus oculis per temperaturam portionis*, *quae in terram inde porrigitur: Filius ex substantiae conditione*, *qua sermo Dei*, *etiam est invisibilis*, *sed visibili forma se manifestare potest*, *quod a plenitudine Majestatis est alienum.* Exstat denique singulare ejus ratiocinium, c. 29. fin. ex quo veritas thesios nostrae egregie firmatur, sed quod proferre non licet, et ibi legi velim.

§. LXXX. 4. Quod denique ad *generationis* Filii intellectum adtinet, convenit ipsi cum Tatiano perfecte, sed sub-

tilius ac plenius eam exposuit. *Generatio* ipsi est προβολὴ *prolatio* rationis Patris naturalis, quae ante mundum factum habuit initium, qua ea substantialem nacta est existentiam. Quam opinionem latius in lib. contr. Prax. c. 5. et Hermogen. exposuit. α. Sermo ante eam ipsa erat Patris ratio naturalis, quia *a.* tunc nihil erat *extra* Patrem, cum post generationem alius a Patre existat sermo. *b.* Pater dicitur habuisse eam *in se ipso*, eratque ipsa ejus ratio, *c.* ratio erat, per quam Deus est rationalis, et *d.* in eo sita, quod Deus tacite *secum cogitet* ac *disponat*. β. Habuit vero ea ratio duplicem quasi generationem, *unam* in consilio et dispositione Patris, *alteram* in effectu, cum substantialiter coepit existere, *illam* adpellat ad *cogitatum*, *hanc* ad *effectum*; priore condita est ratio, quantum in Dei sensu et consilio, per posteriorem plene et perfecte generata, ut substantialiter esset: comparat vero priorem cum homine rationali, secum colloquente, et quasi cum sermone suo ratiocinante: posteriorem ad Valentinianorum προβολὴν *prolationem* confert, sicut enim illi aeonem de aeone produci censebant, ita Sermonem ex Deo prosiliisse, et substantialitatem accepisse, dicebat: hoc tantum cum discrimine, quod illi aeonas ab autore separaverint, Tertullianus vero sermonem Patri conjunctum manere censuerit. Utramque γ. hanc generationem in principio rerum factam esse statuit, eaque ratione Filium habuisse initium: uti cont. Hermog. c. 3. *fuit autem tempus cum Filius non fuit*: unde est, quod Deum quidem ibid. tradat semper fuisse, sed non semper *Patrem*, quippe qui ante Filium non fuit, ita c. 8. *si enim intra Dominum, quod ex ipso et in ipso fuit, sine initio non fuit, Sophia scilicet ipsius, exinde nata et condita, ex quo in sensu Dei, ad opera mundi disponenda, coepit agitari: multo magis non coepit sine initio fuisse quicquam, quod extra Dominum fuerit.* Meminit quoque clare utriusque generationis ib. c. 45., ubi et hoc singulare est, quod Filium et Spiritum adpellet *animi Dei nisus*. Denique adv. Marc. III: 27. ait,

Deum,

Deum, *sermonem ex semetipso proferendo, Filium fecisse, et exinde omni dispositioni suae voluntatique praefecisse.*

§. LXXXI. De altero Christianae fidei dogmate capitali, *Satisfactionis* pro peccatis, et ad vitae aeternae acquisitionem, factae, nomine insigniri solito, paucis defungi potero, cum Veteres, generalioribus phrasibus contenti, mentem non explicuerint adcuratius, sive quod nulla de ea fuerit mota quaestio, sive quod scripta, quae habemus, contineant vel apologias contra Gentiles, vel in parte morali, aut sublimiore scientiae contemplatione, versentur. Sed non desunt tamen luculenta veritatis hujus testimonia, quae paulo adcuratius, quam factum est ab aliis, proferam. Ignatius ep. ad Rom. §. 6. *illum quaero*, inquit, *qui pro nobis mortuus est, illum volo, qui propter nos resurrexit:* ad Smyrn. §. 2. *Haec omnia passus est propter nos, ut salutem consequamur. Caro Christi pro peccatis nostris passa est.* Qualia effata occurrunt in genuinis ejus Epist., quarum ratio tantum habenda est, plura. In *martyrio* quoque ejus introducitur dicere §. 2. *Christus in crucem sustulit peccatum meum.* Eundem in modum loquitur Polycarpus in Epist., uti §. 1. *pro peccatis nostris sustinuit mortem, et gratia servamur, sine operibus, per Christum Jesum*, §. 8. Christus dicitur *pignus justitiae nostrae, et nostra peccata in ligno pertulisse.* Smyrnensis Ecclesia in Epist. de martyrio Polycarpi §. 17. testatur, *Christum pro salute omnium, qui in toto mundo salvi fient, passum esse, inculpatum pro peccatoribus.* Exstat quoque egregius locus apud Hermam in Pastore l. III. simil. 5*ta*. Justinus Mart. cont. Tryph. p. 32. satisfactionem Christi, sed ad genus humanum in genere extensam, luculenter adfirmat, dicens, totum genus humanum peccasse, et maledictioni esse obnoxium, Deum itaque voluisse, ut Christus *ex omni mortalium genere omnium maledictiones exciperet:* sic et p. 323, et 327. ubi ad *credentes* restringit, dicens, Christum *liberationem a morte resipiscentibus et credentibus conciliasse.* Vid. et p. 259. Inter fragmenta Melitonis Sardensis, ab-

Halloixio publicata ex Catenis Graec., exstat egregium de Isaaci oblatione, ab Abrahamo facienda, et arietis facta in ejus locum, ad Christi oblationem in cruce adplicata, ubi de hac veritate luculenter testatur.

§. LXXXII. Ex Irenaeo unicum tantum produxit testimonium Grotius de *Satisf.* Christi, ex l. V. c. 1. *ubi per carnem et sanguinem suum nos redemisse* dicitur Christus; sed aliud ibid. longe illustrius exstat, Gr. conservatum a Theodoreto, *suo igitur sanguine redimente nos Domino, et dante animam suam pro nostra anima, et carnem pro nostra carne:* rursus ibid., *quoniam verbum potens, et homo verus, sanguine suo rationabiliter redimens nos, redemtionem se ipsum dedit* etc. ubi forte in Gr. textu fuit ἀντίλυτρον. Sunt et alia loca quae tantum citabo, uti l. II. c. 22. III: 18. *per obedientiam persolvit inobedientiam:* denique l. IV. c. 22. Clemens Alex. Paedag. l. I. c. 9. *animam suam Christus pretium redemtionis pro multis dedit*, cap. 18. pro *nobis se ipsum*, ἱερεῖον *hostiam tradidit:* clarius in lib. *Quis div. salv.* §. 23. ubi Dominus introducitur loquens ad peccatorem: *pro te cum morte certavi, ac cujus reus eras mortis ob peccata, ego exsolvi:* sic. et ib. §. 37. Cum vero alibi in Paedag. l. I. c. 8. illud Jes. LIII. *Dominus tradidit se ipsum pro peccatis nostris*, explicat de Domino *correctore et directore peccatorum*, statuendum est, eum varios statuisse fines mortis Christi. Ex Tertulliano unum tantum produxit locum Grotius l. c. ex lib. contra Jud. c. 13. ubi Christus *pro omnibus gentibus* adpellatur *sacrificium.* Sed addam plura, et luculentiora. Cont. Marc. III: 26. *Patris deprecator* dicitur, *et oblator animae suae pro salute populi*, sic et in Scorp. c. 7. et de fuga in persec. c. 12. *redemtor* audit, et *maledictus pro nobis factus, ut nos a peccatis lucraretur*, et, *pretiosissimus* ejus *sanguis* dicitur *mercedem comparasse.* Egregie de pudicit. cap. 22. *Quis alienam mortem sua solvit, nisi solus Dei Filius? nam et in ipsa passione liberavit latronem, ad hoc enim venerat, ut ipse, a delicto purus*, et *omnia sanctus, pro peccatoribus obiret.*

§. LXXXIII.

§. LXXXIII. De reliquis fidei Christianae capitibus, majoris minorisve momenti, relate ad partes essentiales Ecclesiae, uti de peccato originali, libero arbitrio, gratia Dei auxiliari, et praedestinatione, quid senserint Doctores, strictim, et in genere tantum, tradam, prolixitatis vitandae ergo, et quia sec. V. eae disputationes demum viguerunt, ubi locus erit specialius de iis agendi. Crediderunt 1. peccatum originale in genere, quo per Adamum posteri ejus originali carent justitia, et morti, in aeternum duraturae, sunt obnoxii: ita Just. Mart. cont. Tryph. p. 246 et 256. vid. operum Justini nuperus editor, doctus Monachus S. Mauri in praefat. p. II. c. 7. ac variis in locis Irenaeus, comparatione quoque inter Adamum et Christum instituta: quae loca Vossius Hist. Pelag. l. II. p. I. jam produxit. Origenes, ut illud anticipem, corruptioni *nativae* etiam adstipulatur, adv. Cels. l. III. p. 150 et 151. Sed Clem. Alex. doctrinae huic minus favet, Strom. l. III. c. 16. Inter Latinos vero corruptionem cum reatu per traducem, ab Adamo ortam, agnovit Tertull., uti adv. Marc. l. I. de habitu mulier. c. 1. et de Anima variis locis. Attamen Veteres hoc de articulo aliter, ac postea Augustinum sensisse, non male disputavit Witby de *Inputatione peccati Adami*, qui consuli potest. 2. Gratiam supernaturalem ad pietatem recte praestandam, ejusque necessitatem, admiserunt: uti Tertull. de Anima c. 21. etc. *haec erit*, inquit inter alia, *vis divinae gratiae potentior utique natura, habens in nobis subjacentem sibi liberam arbitrii potestatem, quod αὐτεξούσιον dicitur.* Eodem modo Just. M., Irenaeus, et Clem. Alex.; quae loca Voss. l. c. l. III. p. I. jam adduxit. Proferam et ipse Clementis Alex. unum alterumve exstantiorem locum: Strom. l. II. c. 1. *divinae potestati et gratiae*, dicit, acceptam esse referendam *temperantiam*, sic. l. V. c. 1. ad virtutis studium dicit nos indigere *gratia, recta doctrina, castaque et animi adfectione, et Patris ad eam adtractione.* Praeclare l. V. c. 13. *Divinitus data sapientia, quae est virtus Patris*, προτρέπει *excitat*

excitat quidem liberum arbitrium, sed admittit fidem, et instantiam remuneratur, electionis suprema communicatione: rursus l. VII. c. 2. Deus, *omnium Graecorum et Barbarorum Dominus, persuadet volentibus; non enim cogit, aliquem ab ipso salutem accipere* etc. et ibid. *est servator eorum, qui crediderunt, propterea quod agnoscere voluerint. — — — est communis fides eorum, qui elegerunt.* Imo Gnosticum verum dicit cap. III. *se ipsum creare et gubernare;* et cap. 7. *neque invitus salvus erit, qui servatur, non est enim inanimus, sed omnino sponte, et libero animi arbitrio, contendit ad salutem.* In lib. *quis dives salvetur* c. 10. *in homine, tanquam libero, libera est voluntatis electio, in Deo autem dare tanquam Domino et arbitro. Dat autem volentibus, et summo studio adnitentibus, et orantibus: neque enim Deus cogit, vis enim inimica est Deo, sed quaerentibus tribuit* etc. denique cap. 40. *Adfectus inolitos confestim praecidere inpossibile forte est, Dei tamen virtute, et humanis precibus — — — vera poenitentia adsiduaque meditatione praestatur.* Qualis porro, quantusque, sit liberi arbitrii patronus, qui scire avet, legat ipsum, Strom. l. I. c. 17. II. 2, 6, 13, 14, 15, 17. et inter fragmenta Clementis, ad calcem tom. II. p. 1017. Addo Athenagor. leg. pro Christianis §. 22. ubi dicit, *homines habere liberam eligendae virtutis ac vitii optionem.* Nec tamen 3. gratiam statuerunt irresistibilem, ex absoluto aliquo et arbitrario decreto Dei, cum liberi arbitrii fuerint acerrimi patroni contra Gnosticos, et electionem ex praevisione derivarint: uti Clem. Alex. Strom. l. VII. c. 3. Iren. l. IV. c. 37, 39. Just. Mart. in Apol., et Tertull. contra Marc. l. II. c. 23. Denique 4. de gratia, quae *fidei* producendae inservit, quid senserint, non est definitu adeo facile. Utique Just. Mart., Irenaeus, ac Clem. Alex. ita saepe loqui videntur, ut fidem ab homine ipso esse statuant: sed, praeterquam quod fortiter propter Gnosticos locuti sunt, qui fidem pro necessario φυσεως naturae consequente habere censebantur, inter *fidem et regenerationem* distinxerunt, dum *hanc*

hanc per gratiam baptismalem censuerint concedi; et per *illam* intellexerint adsensum theoreticum.

CULTUS RELIGIONIS PUBLICUS.

§. LXXXIV. Ad cultum religiosum cum tria potissimum pertineant, Objectum, Partes, et circumstantiae locorum ac temporum; de illis hoc ordine erit agendum. *Objectum* cultus cum solus sit verus Deus apud Protestantes, sed Romano-Catholici alias personas ac res religiose colant, praeter et juxta Deum, uti Angelos, animas defunctorum, ac sanctorum reliquias, etiam imagines, panem eucharisticum, ac crucem, simul Veteris Ecclesiae consensum sibi vindicent; quaestionem hanc, quippe ad Ecclesiae conditionem cognoscendam necessariam, praetermittere non licet: fecit tamen J. Dallaeus, qui in libro *adversus Latinorum traditionem de religiosi cultus objecto*, operose demonstravit, Ecclesiam primorum seculorum ab omni cultu religioso personarum ac rerum praeter Deum fuisse alienam, ne alios memorem, ut hic paucis defungi possim, utique quod ad hoc seculum adtinet. 1. Scriptores, qui supersunt, aliud cultus objectum, praeter Deum, nusquam non tantum memorarunt, distinctionem quoque inter λατρειαν et δουλειαν superiorem et inferiorem cultum ignorarunt, sed ubique totidem verbis testati sunt, solum Deum a Christianis publice et privatim adorari, et invocari, veramque pietatem in unius Dei cultu esse sitam, imo alios, ut Angelos, et sanctos, negant religiose coli. Luculentissimum, ut unum alterumve proferam, est Ecclesiae Smyrnensis, in historia martyrii Polycarpi, testimonium, quod solum hic sufficere posset. Cum fideles corpus Polycarpi peterent, hostes vero illud hoc praetextu negarent, *ne, relicto crucifixo, hunc* Polycarpum *colere inciperent*, regesserunt, *ignaros eos esse, quod Christum, et nullum alium, colant: illum*, inquiunt, *ut pote Filium Dei, adoramus; martyres vero, tanquam Domini discipulos*,

les, et imitatores, merito diligimus etc. Clem. Alex. Stroı VII. p. 853. *extrema*, inquit, eſt *inſcitia, ab iis, qui n ſunt Dii, tanquam a Diis petere, — — — unum boni Deum precamur* etc. *Homo*, ait Tatianus, *humane honora dus, Deus ſolus timendus eſt.* Tertull. in ſcorp. c. 4. *Pr ſcribitur mihi, ne quem alium adorem, aut quoquo modo ve rer, praeter unicum illum* etc. ſic et de oratione. Por *daemones*, ſeu genios, in Apol. c. 32. inquit, *adjurare c fuerimus, non dejerare, ut illis honorem divinitatis conferam* Denique in cultu publico preces ad ſolum Deum fuiſſe a legatas declarant Juſt. M. in Apol., Tertull. in Apolog et Plinius ipſe in Epiſt. de Chriſtianis, quae loca poſt ſuo loco citabo. Denique contra idola et imagines i diſputant, ut ſe ab omni qualicunque imaginum ac creat rarum cultu abhorrere demonſtrent; ex. gr. quod ſimulac ſint vitae et ſenſus expertia, ab hominibus facta ſint, cuſtodiri debeant, cultum quoque ſuum adſerunt eſſe ſ ritualem et coeleſtem.

§. LXXXV. 2. Accedit, Chriſtianos nuſquam legi in p riculis, in martyrio, aut agone mortis, ad alium aliquen quam ſolum Deum et Chriſtum confugiſſe, nec miraci ulli quam ſoli Deo accepta tuliſſe, non euchariſtiae, divi imaginibus, reliquiis, cruci; uti poſtea, ſuperſtitione i vecta, factum eſt. 3. Denique ab hoſtibus, aut Gentilibu aut Judaeis, nunquam Chriſtianis tale quid fuit inpactun licet vel leviſſimam ſoliti fuerint adripere occaſionem faciendi, uti, quod crucem adtollerent, et ſe ejus ſigı notarent, *crucem* ab iis adorari calumniati ſunt. Quo pe tinet, quod tanquam *Athei* fuerint traducti, quia nihil e ternum aut viſibile, nihil gentili religioni ſimile, habere in cultus religioſi exercitio. Denique, cum domus religi ſae diruerentur, tempore perſecutionis, inſtrumenta ſacra et libri ſacri, diriperentur, nulla imaginum, aliarumque r rum ſuperſtitioſarum, facta eſt mentio. 4. Poſtremo nih ab adverſariis, quibuſcum nobis res eſt, alicujus momen prolatu

prolatum est contra thesin nostram, praeter unicum locum Just. Mart. apol. l. I. §. 6. pro cultu Angelorum, cujus ratio habenda est. Verba Just. haec sunt, *colimus Deum Patrem, et, qui ab eo venit, Filium, qui nos haec docuit; et aliorum, qui eum sequuntur, et ei similes facti sunt, Angelorum* στρατὸν *exercitum, et spiritum propheticum.* Responderi quidem solet, uti a Grabio, Angelos hic occurrere, non tanquam, cum Deo et Christo, colendos, sed a Christo quoque docendos, ut sensus sit, Filium et homines, et Angelos, ea docuisse, sed minus apte, et contorte, uti nuperus Justini editor, Monachus S. Mauri, recte demonstravit in Praef. p. III. qui verbum σέβομεν ad Angelorum cultum, et προσκυν. ad Deum Triunum refert. Sed nec illud melius est, nec Angelorum inter Patrem, Filium, ac Spiritum S. ullus locus est. Mihi dubium non est, quin locus in mendo cubet, et pro στρατὸν legi debeat στρατηγὸν *exercitus ducem*, adeo ut Christus hoc loco et hominum Doctor, et Angelorum supremus Dux, adpelletur, uti apud LXX et Patres saepe. Ipse Justin. infra §. 61. ed. nov. eum adpellat ἀρχιστράτηγον. Quo omnis evanescit difficultas, et verus Just. datur sensus. Vid. etiam cap. 13. ubi praeter Deum coli a Christianis dicit *Filium secundo loco, et Spiritum Propheticum tertio loco*, nulla Angelorum facta mentione.

§. LXXXVI. Illud negari nequit, nonnulla jam hoc incepisse in usu esse seculo, vel initio sequentis, quae per se innocua, et bonum in finem instituta, ac pietatis documenta, viam e longo ad superstitionem hac parte straverunt. Quo refero 1. Sanctorum nimia elogia et epitheta, a simplicitate et puritate Christianismi nimis aliena, nec non rhetoricas ad eos apostrophas, quae hominibus, ad superstitionem pronis, ansam errandi praebuerunt. Irenaeus l. V. c. 19. cum Eva, ex. gr. comparat Mariam, eamque non tantum Evae adpellat *advocatam*, sed et genus humanum per eam salvari dicit, quemadmodum per Evam fuit morti addictum. Licet enim *advocata* simpliciter *con-*

solatricem denotet, et Irenaei mens sit, Mariam, Deo obedientem, ex se genuisse Servatorem mundi, eaque ratione salvasse mundum, sicut Eva, virum in lapsum pelliciendo, eum perdiderat, phrasis tamen, et comparatio, a simplicitate abhorret, et superstitioso Mariae cultui postea est adplicita. Quod de rhetorica Origenis hom. I. ad Ezech. apostrophe ad Angelum quoque, ut illud hic anticipem, statuendum est. Sermone enim ad Angelum converso, eum hortatur, ut recenter conversi et baptizati Christiani suscipiat patrocinium. Quem locum Huet. Origen. l. II. c. 2. ad Angelorum rapit invocationem, et contra Bochartum multis vindicat in Ep. ad eum, in Differt. a Tilladeto editis, obvia. Sed, si pericopa sit genuina, nec ab Hieronymo interpolata, praeter figuram rhetoricam, a stilo Veterum non abhorrentem, nihil habet, nec cultui Angelorum stabiliendo sufficit, maxime cum Origen., doctoris personam gerens, omnium angelorum cultum in εὐφημίᾳ καὶ μιμήσει *celebratione et imitatione* constituat, et eorum invocationi contradicat, uti in lib. contra Cels. et alibi: sicut a Dallaeo l. c. abunde jam est comprobatum.

§. LXXXVII. 2. Pertinet quoque huc maximus honor, et praerogativa, Martyrum, in primis saec. sequente, cujus duo proferam luculenta specimina, circa fin. sec., et initium sequentis, jam conspicua. Quorum prius habet, Martyres pro *Intercessoribus* fuisse aliquatenus agnitos, qui lapsis non tantum veniam adferebant in Ecclesia, *libellos* dando, quibus eorum ad Ecclesiae communionem petebant, et mandabant admissionem, sed et apud Deum censiti fuerunt inpetrare. In initio, et hoc quoque adhuc seculo, diligebantur tantum, et ut exempla imitanda considerabantur, ut supra ex Epist. Ecclesiae Smyrn. de martyrio Polycarpi vidimus, sed progressu temporis iste honor adeo crevit, ut martyrio non tantum peccata propria expiari, sed et veniam lapsis dandam inpetrari, fuerit creditum, circa fin. jam seculi, et deinceps. Tertull. ad Uxor. II: 4.

Christianos

Christianos *in carcerem ad osculanda vincula martyris reptare*, non tantum tradit, sed in lib. de Pudicit. c. 22. abusum superstitiosum, in Ecclesia gliscentem, expressius notavit: adfirmat quoque in lib. ad Martyres, *indulgentias ab iis dispensari*, et ab iis peti solere; quem morem ibi quidem adprobat, sed loco alio, modo citato, abusum, quo mortaliter peccantes veniam ab illis supplicabant, reprehendit. Quo etiam facit, eos mox ad proximam Dei communionem in coelis admitti communiter fuisse creditum, cum reliqui fideles in *tertio* loco diem supremi judicii exspectare debuerint. Quo ipso *Sacerdotum* munere censiti fuerunt in coelo fungi, et pro Ecclesia intercedere; eo etiam rapto viso Apoc. VI: 9. quo *animae* martyrum *sub altari* clamantes visae sunt. Utique a Dionys. Alex. apud Eus. H. VI: 42. adpellantur *Christi adsessores*, *et regni ejus consortes*, *ac judicii participes*, *una cum Christo judicaturi*. Vid. etiam Origen. hom. X. in librum Mos. Numer., et in *exhortatione martyrii*. Tertull., etsi medium locum inter coelum, et communium credentium, iis adsignet, quem *paradisum* adpellat, eos tamen statim *inmorari apud Dominum*, et in eo praerogativam martyrii esse sitam, clare indicat de resurr. carn. c. 43. et de Anima c. 55. Alia Veterum testimonia mitto. Vid. potest etiam Dodwell. Diss. Cyprian. VIIIva.

§. LXXXVIII. Alterum, quod, vitio adhuc carens, ansam postea superstitiosi cultus praebuit, situm est in solennibus, et anniversariis Martyrum *commemorationibus*, quibus *natalitia* eorum celebrabantur, vita et mors panegyrica extollebatur oratione; more a Gentilibus ducto. Quod eo, quo martyr coronatus erat, fiebat die, *natali* dicto, quod *vitae* inmortalis esset particeps factus, nec non, si fieri posset, in loco ubi *corpus* aut *reliquiae* ejus jacebant, passim hoc tempore extra urbem. Prima hujus moris vestigia sese offerunt in Epist. Smyrnens. de *martyrio Polycarpi*, §. 18. quae etiam apud Eus. H. IV: 15. exstat. Ossa Polycarpi,

gemmis pretiosissimis exquisitiora, dicit Ecclesia Smyrn., *se studiose collegisse*, ac *decente in loco reposuisse*, simul optare, *Dominum daturum*, ut, *ibi in unum coacti*, *cum exsultatione et gaudio*, *natalem martyrii ejus diem celebrare possint*. Dat praeterea duplicem moris finem, ut *memoria* scilicet martyrum conservetur, et superstitum alacritas et *exercitatio* eo accenderetur; sed postea hinc superstitio et invocatio Martyrum orta est, ut ex ritibus, postea introductis, quoque elucescit. Memoravit quoque haec *natalitia* Tertull. *coron. milit.*, dicitque, *annua die pro natalitiis fieri oblationes*; celebrabantur enim per *eucharistiam Dominicam*, et *donaria pauperibus distribuenda*: quales oblationes pro mortuis suis etiam a consanguineis fieri solebant, teste Tertull. de *Monogam.* De quo postea. Legi praeter alios de *natalitiis martyrum* meretur Sagittarius in peculiari libello.

§. LXXXIX. Nimiae venerationis, ac adorationis *Crucis* Christi jacta quoque hoc sec., ad finem vergente, et deinceps, sunt fundamenta, dum crucem materialem nimiis ornarint elogiis, seseque crucis signo transitorio notaverint. Quod quidem hoc tempore vacuum erat omni superstitione, eoque tantum scopo fiebat, ut Christiani ab infidelibus discriminarentur, seseque in cruce Christi, seu Christo crucifixo, omnem collocare fiduciam, testificarentur; sed, progressu temporis, duo peperit noxia consectaria, unum quod crux religiose coeperit coli, alterum, quod Gentilibus inde fuerit occasio nata Christianis ejus *adorationem* inputandi. Inter calumnias enim, quibus Christianos notarunt, fuit jam tempore Tertull. *eos esse crucis religiosos*, ut est apud Ipsum in Apolog. c. 16. Sic et Caecilius apud Minut. Felic. in Octavio, *crucis ligna feralia*, inter caerimonias religiosas Christianorum esse, ex fama calumniatur. Falso quidem, ut diserte Octavius apud eundem, *cruces*, dicens, *nec colimus nec optamus*, ut et Tertull. l. c., attamen produxit illum cultum deinceps, et nunc ansam calumniandi. Ceterum crucis signo, manu facto, *frontem* signasse

Christia-

Christianos ex notabili Tert. de *caron. mil.* c. 3, loco constat. *Ad omnem progressum atque promotum*, inquit, *ad omnem aditum et exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus*, sic et de resurr. carn. c. 8. *caro signatur, ut et anima muniatur:* unde liquet, *spirituale* jam aliquid in eo fuisse consideratum. Quo in Const. Apost. III: 17. respicitur, ubi habetur, *in baptismo oleum adhibetur pro Spiritu S., signum crucis pro cruce*, indicat itaque communionem cum *cruce* Christi, ut baptismus cum *morte* ejus, quare inter ritus baptismi locum habuit, ut ex Tert. loco posteriore patet. Quare Clem. Alex. Strom. VII: c. 12. crucem adpellavit σημεῖον *signum;* et *signum portare*, ait, esse *mortem circumferre*, quatenus communionem cum morte obsignat. Sic et l. VI. c. 11. κυριακὸν σημεῖον *signum Dominicum.*

§. XC. Addatur denique, ipsas Sanctorum *reliquias* jam hoc seculo fuisse honoratas, licet non religiose, attamen nimis; ita ut postea superstitiosus cultus inde fuerit exortus. Nimiae venerationis sequentia sese offerunt documenta. 1. *Ossa* Polycarpi adpellat Ecclesia Smyrn., in ep. supra citata, *potiora lapillis pretiosis, et auro puriora.* 2. Thronum Jacobi Apostoli, pro primo Episcopo Hierosolym. habiti, successores ejus studiose observasse, ac veneratos esse, tradit Eus. H. VII: 19., ubi verbo περιέπειν utitur, quod religiosum quidem non denotat cultum, attamen studio magno observare, curare, et magni facere. 3. Coemiteria passim fuerunt loca religiosae congregationis, propter hanc, inter alia, rationem, quod communionem cum mortuis testificari hac ratione voluerint: unde postea fuit nata superstitiosa opinio, cultum religionis, et preces, aliquid valoris a Sanctorum meritis acquirere; quare ad tumulos Sanctorum, et Martyrum reliquias, preces fundere susceperunt. De quo postea. Ceterum res ipsa satis certa est ex Tertull. ad Scapul. c. 3. ubi *areas* adpellat. Sic apud Eus. H. VII: 11.

 vetatur

vetatur Chriſtianis ſub Valeriano *conventus agere*, *aut*, *quae vocantur*, *coemiteria adire.*

§. XCI. *Partes* cultus publici fuerunt partim *reales*, partim *rituales*, quarum *illae* ſcripturae lectionem, concionem, hymnos, et preces continebant, *hae* vero euchariſtiae, et baptiſmi celebrationem. De quibus partibus ex Plin. Ep. 97. lib. X., Juſt. M. Apol II. §. 87. et Tertull. c. 39. in primis conſtat. Auſpicia cultus a *lectione*, et non, quod nonnullis viſum, a precibus, fuiſſe ſumta, ex Juſt. M. clariſſimum eſt. Tertull. quidem primo loco memorat preces, ſed is *partes* cultus tantum, non *ordinem*, quo peractae ſunt, tradit, et Ipſe de Anim. I: 9., ordinem enarrans, praemitti ait *lectionem*. Deſumta fuit *praelectio* ex ſcriptis Prophetarum, et commentariis Apoſtolorum, ſeu Euangeliis, tempore Juſt. M., quippe tunc tantum univerſaliter receptis, et notis, ut ſupra diſputavi: ſed poſtea alii libri N. T. acceſſerunt, quare Tert. in genere dicit, *cogimur* ad *Litterarum Divinarum commemorationem*. In nonnullis tamen Eccleſiis libri quoque *Eccleſiaſtici*, ſeu dubiae autoritatis, fuerunt praelecti. Quod de Epiſtola Clementis Rom. ad Corinth. teſtatur Dionyſius Corinth. apud Euſ. IV: 24. et de Hermae Paſtore Euſ. III: 31. Qui officio lectionis publicae fungebatur, fuit eximie ἀναγνώστης, vel phraſi Juſt. M. ὁ ἀναγινώσκων *lector*, *legens*, adpellatus, ab Epiſcopo, etiam concionatore, diverſus, ſive presbyter, ſive alius ordinis inferioris, abſque ut peculiarem fuiſſe *Lectorum* ordinem ante Tert. conſtet. Is autem talem, a reliquis cleri ordinibus diverſum, memoravit primus de Praeſcript haeret. c. 45. *Lectore quieſcente*, inquit Juſtinus Mart. ὁ προεστὼς *Praeſes orationem habet*, *qua populum inſtruit*, *et ad imitationem tam pulchrarum rerum hortatur.* Unde patet, ab *Epiſcopo* habitas fuiſſe conciones, materiam vero ex praelecta pericopa fuiſſe petitam, et maximam partem comprehendiſſe *monita*, *exhortationes*, *ac conſolationes*, prout temporis exigebat ratio: quod ex Tert. quoque confirmatur, qui de Anim. c. 9. adpellat

quoque

quoque *adlocutiones*, quatenus familiaribus magis, quam arte et ſtudio compoſitis, ſermonibus reſpondebant.

§. XCII. *Sub haec*, ἔπειτα, ſic pergit Juſtinus, *conſurgimus communiter omnes, et precationes profundimus:* Quarum *materiam*, ut ab ea incipiamus, Tert. his verbis exhibet: *oramus etiam pro Inperatoribus, pro miniſteriis eorum, pro poteſtatibus ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis*. Ubi notandum eſt, *a.* ea tantum recenſeri, quae ad publicum ſtatum ſpectant, quia Apologiam ad Imperatores ſcribebat, ut pietatem Chriſtianorum in Rom. Inperium demonſtraret. Vid. et cap. 30. *b.* Eos pro *mora finis* oraſſe, quia, diem ultimum haud longe abeſſe, communis erat opinio: quem cum multa mala praecederent, ejus dilationem inplorare ſolebant. Sic ex. gr. *Antichriſtum inſtare*, inquit Tert. de fuga in Perſ. c. 12. Cum Gothi ſec. III. Romanum invaderent Inperium, *diem Domini inſtare*, multi crediderunt, teſte Auguſt. Ep. 80 ad Heſychium. Eſt quoque ex *carminibus Sibyll.* res teſtatiſſima, ex. gr. l. II et VIII. Vid. quoque Dodwell. Diſſ. Cyprian. XII. Sed inceperunt quoque, ſaec. ad finem vergente, *pro defunctis* orare; cujus ritus primus meminit Tertull. de *Monogam.* c. 10. ubi, *viduam*, dicit, *pro anima mariti defuncti orare, et refrigerium ei adpoſtulare; et in prima reſurrectione conſortium, et offerre annuis diebus dormitionis ejus:* cujus moris poſtea plura proferam teſtimonia. Obſervari meretur, non *preces* tantum, ſed et *oblationes*, pro defunctis a Tertull. memorari, ſicut et de exhort. caſtit. c. 11. *pro cujus Spiritu poſtulas, pro quo oblationes annuas reddis* etc. quo nomine veniebant *munera et donaria*, quae nomine defunctorum ſuorum Epiſcopo in Eccleſia offerebant, et dabant, ad euchariſtiam inde conficiendam, quae munerum ad eam conſecratio etiam *oblatio* dicebatur, uti poſtea patebit; denique cum in euchariſtiae uſu, nixi ſacrificio Chriſti, cujus in ea ſignum et pignus erat, preces pro defunctis fundebant, *oblationis* quoque conſpectum habebant. Ceterum, declarabant his

oblationibus defunctos in fide decessisse, et pro membris Ecclesiae, sed triumphantis, haberi, adeo ut eorum quoque nomine, tanquam vivorum, munera obtulerint, quemadmodum credentes ad euchariſtiam *dona* conferebant. De quo mox.

§. XCIII. Non eo hae preces et oblationes tendebant, ut animae ex purgatorio liberarentur, quod non nisi diu post, dogmate illo introducto, seculis ignorantiae, coepit, sed 1. ut communionem suam cum defunctis non cessasse, suumque amorem erga eos continuare, testificarentur. 2. Eos in Ecclesiae fide esse mortuos, ac in pace *vivere*, declararent, offerendo eorum, tanquam *viventium*, nomine. 3. Deo gratias, pro cursu vitae illorum feliciter peracto, agerent. 4. Orarent quoque, ut Deus eos in statu pacis, vel paradiso, conservet, etiam felicitatem eorum augeat. 5. Imo partem in prima resurrectione, in regno millenario, secundum Tertull. l. c., iis concedat, 6. Ex universali ultimi judicii igne, quem omnes transire debent, cito liberarentur, secundum Clem. Alex. Strom. VI: 14., et alios Vet. Alias rationes dabo in seq. suo loco. Vid. praeter alios Hildebrand. de *Vet. oblationibus, et precibus*, pro defunctis, et Chemnicius Examin. concil. Trident. p. III.

§. XCIV. Ad externam precum *formam* pertinet 1. quod non *sedentes*, sed *genuflectentes*, passim orarint, sed diebus Dominicis, et a Paschate ad Pentecosten, *stantes: sessio*, tanquam nimiae irreverentiae signum, communiter fuit inprobata, teste Tertull. de orat. c. 12. *Genuflexionem* in usu fuisse, vel inde liquet, quod certis diebus adligata tantum fuerit statio; ut mox dicam. Sic et Eus. H. V: 5. cum milites Christianos in exercitu Marci Aurelii *genua flexisse* in precibus narrasset, addit, *morem* illum fuisse Christianis *suetum:* quare γονυκλισία *genuflexio* fuit adpellata precatio. Habebatur pro signo profundioris humiliationis, etiam symbolo *lapsus nostri* in peccata, secundum Pseudo-Just. M.

in

in Quaeſt. et Reſp. ad Orthod. quaeſt. 115. De *ſtatione* vero diebus Dominicis, et ſpatio temporis a Paſchate ad Pentecoſten, teſtatur Juſt. M. apol. l. c., ubi dicit *conſurgimus communiter omnes*, agit enim de die Dominico, nec non Tertull. de corona milit. c. 3. *die Dominico*, inquiens, *jejunium nefas ducimus*, *vel de geniculis adorare; eadem inmunitate a die Paſchae in Pentecoſten uſque gaudemus*. Tendebat autem iſte geſtus ad fidem in Chriſti reſurrectionem explicandam. 2. Sicut Tertull. de Orat. l. c. eos reprehendit, qui ſtatim, finita Oratione, *ſedebant*, ita Clem. Alex. Strom. VII. c. 7. tradit, Chriſtianos in *ultima adclamatione* ſolitos fuiſſe *pedes excitare*, ſeſeque alte ſublevare, ut zelum, rerumque coeleſtium ſtudium et deſiderium, exprimerent. 3. Praeterea, in *crucis* quaſi figuram, *caput* et *manus* in coelum extendebant, et late expandebant; cujus ritus meminit Clem. Alex. l. c, et Tert. de Orat. 11, 13. ubi addit, *ſe manus non ſublimius*, *ſed temperate*, *et prope efferre*, in ſignum modeſtiae, *et humilitatis*, qui in Apol. c. 30. tradit, *manus expanſas* quoque *innocentiam* declaraſſe. 4. Fundere quoque preces ad *Orientem* converſi ſolebant, Tert. Apol. c. 16. et Clem. Alex. l. c., qui illud a luce et ſole, Chriſti et hominis converſi ſymbolo, derivat, ſed alii alias dederunt rationes: quas mitto. Scripſerunt vero multi de hoc ritu, quos recenſet Fabric. in *Bibliogr.* antiqua. 5. *Nudo capite*, *quia non erubeſcimus*, *precamur*, inquit Tert. Apol. c. 30. ſed mulieres *velato* capite, Tert. de veland. Virg. 6. Preces, in euchariſtiae uſu fuſae, creditae fuerunt commendatiores et efficaciores. *Nonne ſolennior erit ſtatio tua*, inquit Tert. de Orat. c. ult., *ſi et ad aram Dei ſteteris*, *accepto corpore Domini?* etc. 7. Finita precatione *oſculo ſe invicem excipiebant*, Tert. de Orat. c. 14. cujus etiam ſub *tempore myſteriorum* meminit Origen. ad Cant. Salom. Denique 8. populus ad preces habitas *adclamare* ſolebat *Amen!* Juſt. M. l. c. more vetuſtiſſimo, in Eccleſia Apoſt. etiam uſitato 1 Cor. XIV., ac Synagoga Judaeorum,

rum, ut constat, cujus vestigia quoque reperiuntur 1 Chron. XVI: 36. et Neh. VIII: 6.

§. XCV. Preces ad certam, et usitatam, *formulam* fuisse in coetu publico fusas, non tantum nusquam memoratur, sed contra haud obscure indicatur, eas ab Episcopo fuisse e pectore factas, *sine monitore*, ut Tert. Apol. 30. loquitur: cui concinit phrasis Just. M. l. c. ὅση δύναμις αὐτῷ, inquiens, *pro virili sua* preces faciebat Praepositus. Illud enim phrasis illa omnino significat, et non, quod Chishull. in Antiq. Asiaticis p. 101. contendit, *alta et clara voce*: cujus mentio ibi non occurrit, nec phrasi convenit. Orationem tantum *Dominicam* recitarunt, in nonnullis utique Ecclesiis, ante reliquas preces; uti ex Tert. de Orat. c. 9. colligitur, ubi dicit, *praemissa legitima et ordinaria oratione*. Ceterum, quod non abs re fuerit subjunxisse, nomine *oblationis et sacrificii* fuerunt *preces* quoque eximie insignitae. Ignatius coram Inperatore, teste historia martyrii ejus §. 5., fassus est, se esse *sacerdotem Christi*, et *ei quotidie offerre sacrificium laudis*. Athenag. legat, §. 12. *incruenta* dicit et *spiritualia* Christianis *sacrificia*, *preces et cultum Dei rationalem*. Tertull. de Orat. c. 14. *sacrificiorum orationes* adpellat, et ad Scapul. c. 2. *sacrificamus*, *sicut praecepit Christus*, *pura prece*. Denique, ne plura coacervem, Clem. Alex. Strom. VII. Gnostici *sacrificia*, inquit, *sunt preces et laudes*, *et largitiones in egenos*.

§. XCVI. Finitis precibus *eucharistiae* celebratio a Just. M. l. c. narratur instituta, de qua antequam dissseram, de *hymnis et cantionibus*, insigni cultus rationalis parte, quaedam sunt dicenda. Just. M. ejus rei nullam fecit l. c. mentionem, quia alius erat Veterum, ac Recentiorum mos; cum Psalmi post preces, vel ante eas, non canebantur, sed in eucharistia et agapis, de quibus mox, se invicem, ad canendum provocare solebant, et unus vel alter, qui vel Spiritus instinctu, vel propria industria, cantum compofuerat, evocabatur ad canendum, secundum morem Eccle-

siae

fiae Apoftolicae 1 Cor. XIV. Tert. Apol. c. 39. de Agapis agens, *ut quifque*, ait, *de Scripturis fanctis*, *vel de proprio ingenio*, *poteft*, *provocatur in medium Deo canere*. Ipfe Juft. M. apol. II. §. 16. *hymnos* Chriftianorum memorat in agapis. Autor Catholicus apud Euf. H. E. l. VI. c. 28., Artemonem refutaturus, argumentum quoque petiit ab *hymnis et canticis fratrum*, jam pridem confcriptis, quibus Chriftus ut Deus celebratur. Pfalmos et hymnos a Nepote, Epifcopo AEgypti fec. III. compofitos, refert Euf. H. VII: 24. Sed antiquius et illuftre exemplum eft in Clemente Alex., cujus hymnus in honorem Chrifti fupereft, ad calcem Paedag. Sed, Chriftianos jam ab antiquiffimis temporibus Chrifto, tanquam Deo, cecinifle ex Plin. ep. 97. lib. X. conftat, ubi tradit, eos *carmen Chrifto*, *quafi Deo*, *dicere fecum invicem*: quae phrafis non male in *antiphonias*, quibus *alternatim* canitur, et fibi invicem refpondent, quadraret, fi, eam cantandi rationem jam tunc in ufu fuiffe, demonftari poffet. Socrates quidem H. E. VI: 8. ex traditione refert, originem talium hymnorum ἀντιφώνων in Ecclefia Antiochena ad Ignatio effe derivandam, qui Angelos *hymnis*, *alternatim cantatis*, *vidiffet* Trinitatem celebraffe, fed cui nemo fiderit, eo minus, quod, morem illum fec. IV*to* demum fub Conftantio in Ecclefia Antiochena, autoribus duobus Monachis, Flaviano et Diodoro, incepiffe, tradat Theodor. H. E. II: 24. nifi quis velit, antiphonias, antiquitus ufitatas, in defuetudinem veniffe, et a Monachis illis revocatas: erant utique jam ante ufitatae Syris, a quibus illi receperunt, tefte Theodoro Mopfuefteno apud Nicetam in *thefauro* orthod. fidei l. V. c. 30. Sed res manet incerta, nec tanti eft.

§. XCVII. Partes *rituales* cultus publici cum in *Sacramentis*, ut adpellantur, *Baptifmo* fcilicet, et *Euchariftia*, fitae fuerint, de illis hoc ordine exponam, ut adminiftrationis eorum confpectum dem, deinde in Veterum de natura et efficacia opiniones paulo adcuratius inquiram. De admi-

niſtrationis modo quicquid dici poteſt, ad *materiam et for-*
mam recte refertur. *Materia* Baptiſmi, ut ab eo incipiam tractationem, fuit *aqua* ſine diſcrimine. Juſt. M. apol. II. §. 79. *deinde eo adducuntur a nobis, ubi aqua eſt*, ubi etiam *in aqua lavari* dicuntur: ſed notabilior eſt Tert. locus de *Baptiſmo* c. 4. Ideoque *nulla diſtinctio eſt, mari quis an ſtagno, flumine an fonte, lacu an alveo, diluatur, nec quicquam refert inter eos, quos Johannes in Jordane, et quos Petrus in Tiberi tinxit*: credidit ergo, Petrum Romae fuiſſe, et baptizaſſe. Philippus ibid. traditur *tinxiſſe inter vias aqua fortuita.* Attamen *aquam fontanam, aquam vivam*, paſſim praetuliſſe Chriſtianos, refertur in Recognit Clem. l. VI: 15. et hom. il. IX.; et in ea baptizaſſe Tomam acta antiqua habent, ab Abdia excerpta, in hiſt. Apoſt. Poſtea in Jordane amarunt baptizari, teſte Euſ. de locis Hebr. in voce Βηθααβαρᾶ. Nec tamen *aquae conſecrationis*, cujus effectus cenſebatur *expulſio daemonum*, et Spiritus S. unio cum aqua, ullum occurrit indicium, niſi apud Valentinianos in Eclogis Theodoti apud Fabric. Bibl. Gr. vol. V.

§. XCVIII. Ad *formam* pertinent *ritus, ſubjecta* agentia, et patientia, denique *circumſtantiae* loci et temporis: de quibus ordine eſt agendum. *Ritus* autem ſunt *praecedentes, eſſentiales*, et *conſequentes*. Ritum *praecedentem*, ſeu praeparatorium ad baptiſmum 1. conſtituit *Inſtitutio* κατήχησις Catecheſis, qua principiis fidei et religionis Chriſtianae inbuebantur, unde *Catechumeni* ſunt adpellati. Erant enim duo apud Veteres ordines, ut ait Origen. contra Celſ. l. III. p. 143. *unus recens admiſſorum, necdum adſecutorum luſtrationis ſymbolum, alter eorum, qui profitentur religionem Chriſtianam*: quorum *hi fidelium*, illi *Catechumenorum*, titulo inſigniti ſunt, qui poſteriores ne quidem *Chriſtianorum* nomen, niſi laxiore aliquando ſenſu, gerebant, Tert. de bapt. c. 18. *fiant*, inquit, *infantes Chriſtiani*, ſcilicet per baptiſmum, *cum Chriſtum noſſe potuerint.* De diſtinctione illa, et catechumenorum ſtatu, inſtructione, ac diſciplina arcani, va-

riiſque

riiſque eorum ordinibus poſtea ad ſec. IV*tum* pluribus diſſeram; cum noſtri ſec. ſcriptores parum de iis habeant. Tertull. de Praeſcr. haeret. c. 41. Haereticis objicit, *quod nulla apud eos* ſit Catechumenorum et fidelium differentia; *in primis*, inquit, *quis catechumenus*, *quis fidelis*, *incertum eſt*, *pariter adeunt*, *pariter audiunt*, *pariter orant*. In quibus generalioribus nunc acquieſcendum eſt. Ceterum catechumenis inſtituendis ſcholae quaedam erant deſtinatae, quales fuit celebris Alexandriae, cujus ſucceſſionem ex fragmento Philippi Sidetis exhibet Dodwellus ad *calcem Diſſ. Irenaicarum:* ubi Athenagoras memoratur primus, dein Clemens Alex., tum Pantaenus, qui tamen ab Euſ. II. VI: 3. praemittitur. Adpellabantur *Catechetae*, *et audientium Doctores*. 2. Statu catechumeni explicito, nomina ſua deferebant, quae in album et matricem Eccleſiae referebantur, more a civitate et militia, dum cives et milites nomina profiteri ſolebant, repetito. Diſerta licet hujus ritus non occurrant hoc ſec. teſtimonia, eum jam obtinuiſſe probabile eſt, cum quod res ipſa id exigat, ut Chriſtiani, qui membra ſunt Eccleſiae, cognoſcantur, tum eorum commemoratio nominatim fuerit facta in Euchariſtiae uſu; ut mox patebit.

§. XCIX. 3. Tertius actus praecedaneus fuit publica *renunciatio* Diabolo, pompae, et Angelis ejus, ac vanitati ſeculi, ut erant theatra, ſcenae, ſpectacula. Cujus diſerte meminit Tertull. tanquam diu obtinentis, cum ex traditione Apoſtolica repetat, in libr. de ſpectaculis c. 4. et corona militis c. 4. ubi eam renunciationem bis eſſe factam indicat, ſemel paulo ante baptiſmi actum ſub manu Antiſtitis, altera vice in ipſo baptiſmo. Sic et de *cultu foemin.* c. 2. *Hi ſunt Angeli*, ſcilicet *mali*, *quibus in lavacro renunciamus*. Hic autem ritus poſtea in *exorciſmum* degeneravit; cujus hoc ſec. nullum occurrit veſtigium. 4. Hunc actum ſolennis fidei *confeſſio* excepit: cujus diſerta exſtat apud Iren. l. I. c. 9. mentio, ubi τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας *regulam*, *normam*, *veritatis*

tatis memorat, *quam quis per baptismum accipit.* Intelligit aliquod fidei symbolum, cujus publicam in Ecclesia edebat confessionem baptizandus. 5. Denique orationes, confessio peccatorum, et jejunia baptismo adjungi solebant, Tert. de baptism. c. 20. *Ingressuros baptismum orationibus crebris, jejuniis et geniculationibus crebris, et pervigiliis orare oportet, et cum confessione omnium retro delictorum.* Sic et Just. M. Apol. §. 79. qui addit, *totam Ecclesiam una orasse et jejunasse.*

§. C. Actus *essentialis* baptismi situs fuit, non in adspersione, sed inmersione in aquam, ter facta in singulas Trinitatis personas. De *inmersione* voces et phrases satis testantur; et quod in fluvio, lacu, fonte fuerit peractus baptismus, ut modo habuimus. Tert. de bapt. c. 7. *egredi* de *lavacro* adpellat, ut et c. 20. Sic et *mergitari* de coron. 3. et *inire* aquam de Poenitent. cap. 6. Quo etiam Graecorum ἀνάδυσις, et κατάδυσις, ubique recurrentes, tendunt. Alia testimonia sec. seq. proferam ex Cypriano, et aliis, postea suo loco. Hic verbo observo, *adspersionem* non fuisse prorsus proscriptam, tanquam baptismum reddentem nullum: locum enim habuit in aegris, qui lecto adfixi erant, et *clinici* adpellabantur, uti postea ad sec. IIItum notabo; quod ipsum indicat Tert. de anima c. 50. qui *mergere* non tantum, sed et *perfundere*, de baptismo usurpat. Fiebat vero inmersio *ter:* Tert. de coron. mil. c. 3. *ter mergitamur*, contra Prax. c. 26. *nec semel, sed ter ad singula nomina in personas singulas tinguimur.* Sancivit denique illud canon Apost. 50*mus*, sub poena excommunicationis. De formula *in nomine Patris, Filii, et Spiritus S.* adhibita constat quoque ex Just. M. apolog. l. c. et Tertull. de bapt. c. 13. et adv. Prax. l. c.

§. CI. Ritus *consequentes* complexi fuerunt quasdam caerimonias, quibus res spirituales poterant expingi. Simplice et nudo sacramentorum usu non contenti Veteres, nonnullos excogitarunt ritus, *cum* ut externum aliquod iis conciliarent

liarent decus, ne ob simplicitatem contemnerentur, uti Tert. de bapt. in initio indicat, *tum* ut res spirituales, et significatae, vividius exprimerentur. Quod ipsum, hoc sec. et deinceps aliquandiu, licet innocuum, et pietatis plenum, postea in superstitionem degeneravit. Pertinet vero ad hos ritus, quantum ex monumentis hujus sec. patet. 1. *Unctio* Tert. de bapt. c. 7. *exinde egressi de lavacro, perungimur benedicta unctione, de pristina disciplina* (Judaica,) *qua ungi oleo, in sacerdotium solebant:* quo ipso spiritualis panditur significatus, in eo situs, quod baptizati fuerint habiti veri Christiani, nominis *Christi*, seu uncti, participes, et spiritus ejus consortes: *in nobis*, inquit, *carnaliter currit unctio, sed spiritualiter proficit.* Meminit etiam ejus ritus adv. Marc. I: 14. Sed hinc extundi nequit *sacramentum confirmationis per chrisma*, postea aliquandiu invectum, ut suo loco patebit. Loquitur enim Tert. de ritu cum baptismo connexo, et *oleum* simpliciter memorat, non *unguentum*, adv. Marc. l. c. nec in vertice, sed fronte fiebat, ut ex Tert. praescript. c. 40. colligi potest. Sed notari meretur, *unctionis* nullam fuisse factam a Just. M. mentionem: verum eam reperiri in Eclogis Theodoti apud Clem. Alex., adeoque natales suos forte debere Valentinianis. 2. Manus quoque baptizatis fuerunt inpositae, ut *advocetur Spiritus S.*, Tert. de bapt. c. 8. Denique 3. lac et mel gustandum iis praebebant, in signum *recentis nativitatis* per regenerationem lavacri, Tert. de coron. mil. c. 3. et contra Marc. I: 14. quo etiam alludit Clem. Alex. Paedag. I: 6. Barnabas vero in Epist., ipsi tributa, §. 6. si forte ad hunc ritum non respexerit, quod certo adfirmari nequit, *spiritualem* tamen intellectum tradit, simul innuit, ad *lac et mel*, quibus terra Cananaea abundabat, respexisse Veteres: *quare lac et mel?* rogat, et respondet, *quoniam infans primum melle, tum lacte, vivificit, ita et nos fide repromissionis, et verbo, in vitam confirmati vivemus, terram possidentes.* Sed ex Clem. Alex. l. c. *vinum* quoque fuisse admistum liquet, quod confirmat Hieron.

ron. ad Jes. LV: 1. tradens. *Occidentis Ecclesias recens baptizatis vinum et lac praebuisse*, Alios ritus fuisse usitatos, non liquet, nisi quod recens baptizati a *quotidiano lavacro per totam hebdomadem abstinuerint*. Tert. de coron. milit. c. 3.

§. CII. Quod vero ad Eucharistiam adtinet, ut ejus *elementa et modum* administrationis, antequam ad subjecta et circumstantias utriusque sacramenti pergam, tradam, *materiam* constituerunt *panis et vinum*, sed aqua temperatum. Usi autem per prima secula pane *fermentato* videntur, cum ex vulgari pane, a fidelibus oblato, et unde mox agapae fuerunt instructae, constiterit. De quo vid. Sirmondus de *pane azymo*. Profert quidem Ciampinus in *conjecturis suis de azymo et fermentato* cap. 3., pro usu perpetuo azymi, locum ex Tertull. ad *Uxorem* l. II. c. 5. ubi, nuptias cum infidelibus dissuadens, dicit inter alia: *non sciat maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes?* (panem eucharisticum in oculis habet) *et si sciverit panem, non illum credet esse, qui dicitur*; contendens, panem azymum intelligi, cum, si usualis et fermentatus fuisset, nihil mali inde suspicari potuisset maritus: sed a mente Tertulliani nimium aberravit; postrema enim pericopa, aeque ac aliae, ibi occurrentes, per interrogationem est legenda, et sensus est, acsi haberetur; *nonne panem*, si panem esse resciverit, credet esse illum, *qui dicitur*, h. e. qualis per calumniam a Gentibus esse existimatur, scilicet cruore infanticidii tinctus; uti Gentiles putarunt, et Christianis objecerunt: uti constat. *Vinum* fuisse alterum elementum, et *aqua* commistum, ex Just. M. apol. II. §. 85. et Irenaeo l. V. c. 2. qui τὸ κεκραμμένον ποτήριον *calicem mixtum adpellat*, et aliis, manifestum est. Factum autem illud est, ad exemplum Christi pro more Judaeorum, et ut mysterium *sanguinis* et *aquae*, e latere Christi perfosso fluentis, adumbraretur. Encratitae vero loco vini usi sunt sola aqua. Erant vero *calices*, qui vinum continebant, *vitrei*, ut ex Tert. de Pudic. c. 7. colligi potest, ubi

ubi dicit, *procedant ipsae picturae calicum vestrorum* (Catholicorum) *si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius*, scilicet ovis perditae et inventae, Luc. XV. Verbum enim *perlucere* competit vitro. Sic et c. 10. calix dicitur, *qui facile frangi* potest. Vid. et Iren. apud Epiphan. haer. 33. Ornati erant calices effigie pastoris, ovem humeris portantis, ut ex Tert. patet. Ceterum duo haec elementa semper seorsim fuerunt tradita communicantibus, secus ac postea a sec. VII*mo* factum est, quum panis vino sacro intinctus datus est. De quo suo loco. Unum tantum sec. sequente exstat exemplum, sed prorsus extraordinarium, in Serapione, cui panis, vino, vel aqua, intinctus, in os est inmissus; cum aegrotans aliter deglutire non potuerit: ut ex Dionysio Alex. refert Eus. H. VII: 44. de quo etiam postea.

§. CIII. Ritus *praecedentes*, ut *modum* administrationis eodem ordine exponam, fuerunt *oblatio* munerum, ex quibus eucharistia conficiebatur, et eorum *consecratio*, quae ex pane et vino faciebat sacramentum. Quorum adcuratiorem dedisse notitiam, non est nullius. 1. Veteribus in more erat, ut singuli fideles, exceptis pauperibus, *munus* aliquod in Ecclesiam deferrent, panem, vinum, aliaque esculenta, ex quibus partim epulum eucharisticum instruebatur, partim etiam agapae; reliqua, ministris Ecclesiae, sed pauperioribus, concedebantur, vel in alios usus convertebantur. Quae fidelium munera, ita in medium collata, ac ad sacros, vel pios, usus destinata, *oblatio* et *sacrificium* adpellabantur, etiam Laicorum, ut a Clericorum, de quibus mox, distinguerentur; imo ipsa eucharistia nomen inde *oblationis* traxit, quia ex ejusmodi constabat donis. Quod observatum nervos incidit argumento pro Missa, ex *oblationis* vocabulo desumto. Ipsi, quod notari meretur, Doctiores inter Romano-Catholicos in nostram sententiam quoque iverunt, ut Albaspinaeus de Vet. Eccl. ritibus l. I. et de Eucharistia l. I. Petavius de *potestate consecrandi* cap. 1. et Syrmond. de *azymo* c. 1. sed Protestantes uberius sunt exsecuti, in-

[illegible] eminent Hildebrand. de *Veterum oblationibus*, Pfaffius [illegible] peculiari differt. de *oblatione Eucharistiae*, ad cal[illegible] not. ad fragmenta Irenaei, ab Ipso edita, nec non [illegible] notis Ipsis, et alii satis noti. Thesin nonnullis testimon[illegible]is hujus seculi confirmasse suffecerit. Justinus M. ap. II. §. 85. *Deinde*, inquit, *praesidenti fratrum panis offertur et pocul[illegible]n*, [illegible] memorat eorum consecrationem per *preces*, et usu[illegible]m. [illegible] diserte adpellatur, quae a fratribus fit Praesidi, et [illegible]stiae praemittitur. Rursus §. 87. *super omnibus*, *q[illegible]ae [illegible]ferimus*, *benedicendo laudamus Factorem omnium* etc. I[illegible]renaeus adv. haer. l. IV. c. 17, 18. credentes, tradit, *pri[illegible]mi[illegible] [illegible]turarum Dei ipsi offerre*, non acsi indigeret, sed in [illegible] gratiarum actionis; adplicat quoque ad eas obla[illegible]io[illegible] [illegible] Christi Matt. V. *cum offers munus tuum ad altare* etc., intelligit itaque dona, quae singuli fideles in [illegible]Ec[illegible] [illegible]rebant. Constituit autem in eo, quod Chris[illegible]ia[illegible] [illegible] *quae sunt ipsorum*, *ad Dominicos decernunt u[illegible]us*, [illegible] quoque ad charitatis munera, Paulo a Philipp[illegible]ns[illegible] [illegible] Phil. IV: 18. *hostiae*, *Deo placentis*, nomine ve[illegible] [illegible] et *primitias creaturarum Dei* nuncupat. [illegible]Alia [illegible] ex orationis serie, et tota textura, liqueat, [illegible]re[illegible] [illegible] munerum considerasse in eucharistia, q[illegible]uae [illegible] signum pro acceptis beneficiis Deo a cred[illegible]en[illegible] [illegible]bantur. Egregium porro in hanc rem est fr[illegible]ag[illegible] [illegible], a Pfaffio publicatum, cujus haec s[illegible]unt [illegible] *enim Deo panem et poculum benedictio[illegible]nis*, [illegible] *terrae mandaverit progignere eos fr[illegible]ruc[illegible]* [illegible], *et postea*, *finita oblatione*, *invo[illegible]oca[illegible]* [illegible] *exhibeat hanc victimam*, *et panem*, *c[illegible]cor[illegible]* [illegible] *sanguinem Christi*. Ex quibus, [illegible]Ve[illegible] [illegible] aliquam munerum oblationem, q[illegible]ua [illegible] beneficiis, grates agebantur, in oculis [illegible]ha[illegible] [illegible] Hic vero primus erat euchariſti[illegible]iae [illegible] corpus Domini offerebant, quip[illegible] [illegible] demum sequebatur, diversus. P[illegible]i[illegible] m[illegible]s

mus autem conſpectus ex eo originem habuit, quod credentes ſoliti fuerint munera ſua proferre, ex quibus eucharistia conficiebatur: praeterea et huic conſpectui, quod notari meretur, adplicuerunt *panis et vini oblationem*, a Melchizedeco Abrahamo factam, quae quaſi Deo fiebat, cum in Virum Dei conferebantur illa munera. Sic Clem. Alex. Strom. l. IV. c. 25. Melchizedecus dicitur *panem et vinum ſanctificatum dediſſe nutrimentum, in typum euchariſtiae.* Ingens denique theſi addit momentum *oblatio* munerum *pro defunctis;* cum illae oblationes fuerint munera et dona nomine defunctorum Eccleſiae tradita. De quo ſupra egi. Quod vero Tert. Apolog. c. 39. tradit, Chriſtianos menſtrua die *modicam* ſingulos *ſtipem adponere, quae dona in ſacros uſus erant convertenda*, directe quidem ad has oblationes non pertinet, ut ex Juſt. Mart. apol. II. §. 88. patet, attamen ſub generali illo nomine comprehendi poſſunt. Deſino in Canon. Apoſt. 3. et 4*to*, unde oblationes illae non tantum cognoſcuntur, ſed et earum diſtinctio in eas, quae ad altare deferebantur, et quae in uſus ſacros in genere adhibebantur. Decernitur quoque ibi, primitias non in Eccleſiam, ſed Epiſcopi domum, eſſe transferendas: quod novum erat, Irenaei tempore nondum in uſu, quippe qui l. c. refert, eas Deo in altari eſſe offerendas.

§. CIV. Alter actus praecedens fuit *conſecrationis;* quo nomine jam venit hoc ſec., ſecus ac Salmaſius, ſub nomine Simplicii Verini, de Tranſubſt. putavit, contendens ſec. IV*to* demum illud innotuiſſe. Tert. cont. Marc. IV. 40. *ſanguinem ſuum*, de Chriſto dixit, *in vino conſecravit*, et de Anima c. 17. *vinum in ſanguinis ſui memoriam conſecravit.* Juſt. M. vero Apol. II. c. 85. εὐχαριϛίαν *Euchariſtiam* adpellavit, et panem εὐχαριϛηθέντα *gratiarum actione conſecratum.* Panis vero et vinum hoc actu fuerunt a communi uſu ſejuncta, et in ſacrum ſanctificata, ita ut pro *corpore et ſanguine* Domini fuerint habita. Fiebat autem non per quinque illa verba Chriſti, *hoc enim eſt corpus meum*, ut

Romano-Catholici contendunt, sed per preces et benedictiones, uti multis demonstravit Dallaeus de Cultibus Latin. l. III. et Pfaffius in Diss. de *consecratione Vet. eucharistica*, ad calcem fragment. Irenaei. Proferam clara hujus sec. testimonia. Just. Mart. l. c. diserte tradit, Praesidem, *accepto pane et vino, laudem et gloriam Patri, per nomen Filii, et Spiritus S., obtulisse, et gratiarum actionem pro eo, quod nos donis hisce suis dignatus sit; quo facto populus dixit, Amen!* quod ipsum est Tertull. de Spect. c. 25. *amen in sanctum proferre*, quando mox *panis* et *vinum* distribuitur. Adpellat etiam propterea ibid. §. 86. τροφὴν εὐχαριστηθεῖσαν *alimentum gratiarum actione* consecratum, et εὐχαριστίαν *eucharistiam*; sed praeter gratiarum actionem etiam meminit *precum*; uti et §. 87. sic contra Tryph. p. 345. εὐχὰς καὶ εὐχαριστίας *preces* et *gratiarum actiones* tantum adhiberi, diserte testatur; et alibi p. 260 gratias in eucharistia dicit actas, *cum* pro eo, quod mundum, hominis gratia, creaverit, *tum* per Christum nos a peccatis liberaverit. Materiam precum, quibus consecratio fiebat, non nisi obscure expressit in Ap. II. §. 86. ubi alimoniam dicit consecratam δι' εὐχῆς λόγου, τοῦ παρ' αὐτοῦ *per orationem verbi, ab ipso profecti.* Quae phrasis varie est explicita, sed mihi exprimere videtur precationem, qua ὁ λόγος Θεοῦ *sermo Dei invocatur*, ut se cum pane, et vino, uniat, et ita *corpus* ac *sanguinem* Christi faciat, quae vera fuit Just. opinio de praesentia Christi in eucharistia; ut mox patebit. *Oratio* ergo *verbi* est, quae *verbum* pro objecto habet, illud scilicet, *quod ex Patre* profectum est, seu divina Christi natura: adeoque idem dicet, ac quod Iren. adpellavit ἐκκλησιν Θεου *evocationem Dei.* Irenaeus, ut ad illum veniam, adv. haer. l. IV. c. 18. *panem* vocat, *in quo gratiae sunt actae*, *corpus* Christi, fieri autem tale per ἔκκλησιν, vel ut Massuet. vult. ἐπίκλησιν, Θεοῦ *evocationem*, vel *invocationem*, Dei. Ex quo colligere mihi posse videor, preces in eo sitas fuisse, quod Christum invocarint, ut sese per divinam naturam uniat cum pane et vino, eaque ratione iis induat

vim

vim divinam ac sanctificantem. Quod luculenter confirmatur ex fragmento Iren. apud Pfaffium, ubi haec occurrunt verba: *postea, finita oblatione, ἐκκαλῦμεν evocamus Spiritum S.*, seu divinam naturam, *ut exhibeat hanc victimam et panem corpus Christi* etc. quae eadem fere verba exstant in Const. Apost. l. VIII. c. 12. In eandem sententiam, ut illud anticipem, diserte conspirat Origenes Comm. in Matth, tom. II. p. 254. ubi *eucharistiam* adpellat panem, *per verbum Dei* et *orationem consecratum:* ubi seq. etiam legenda sunt. Quod propius adhuc ad Just. dictum adcederet, si leg. *δι ἐυχῆς καὶ λόγου*, ut ad 1 Tim. IV: 5. respiciatur. Nescio num eo etiam pertineant verba cont. Celf. l. VIII. p. 399. *Nos, qui rerum omnium conditori placere studemus, cum precibus et gratiarum actione pro beneficiis acceptis oblatos panes edimus, corpus jam per precationem factos sanctum quoddam, et sanctificans, utentes eo cum sano proposito:* possunt enim ad omnem cibum, per preces sanctificandum, referri, maxime, cum in genere *corpus quoddam sanctum*, et non *Christi* in specie, occurrat. Denique Tert. memorat de Orat. c. 14. in genere *sacrificiorum orationes*, sed adv. Marc. IV: 40. de Christo dicit, *acceptum panem* et *distributum discipulis corpus illum suum fecit, hoc est corpus meum dicendo.* Quae verba a Romano-Catholicis ad consecrationem male referuntur, acsi per verba illa fuisset facta, cum ante *distributus* dicitur, quam corpus Christi factus, distributio enim sequitur consecrationem, sed *facere* hic est *declarare*, et constituere corpus, quod Christus fecit, cum panem nomine *corporis sui* insignivit: eo enim ipso panem *corporis sui figuram* instituit, uti mox sequitur, et declaravit. Sic *facere* stilo Tert. est et alibi declarare, ex. gr. cont. Marc. IV: 19. ubi Christus, auditores nuncupando *fratres*, dicitur *fratres suos fecisse*

§. CV. Actus *essentiales* eucharistiae sunt, a parte ministrorum Ecclesiae, *fractio*, et *distributio* panis ac vini. Unius panis *fractionem* in Ecclesia locum tenuisse, clara

evincunt testimonia. Ignat ad Ephes. §. 20. *frangentes panem unum*, qui *pharmacum inmortalitatis est.* Exstat quidem similis locus ad Philad. §. 2. sed in ep. interpolata, cum genuina in genere habeat, *unam* esse *eucharistiam*. Iren. adv. haer. l. V. c. 2. dicit, *panis, quem frangimus*, Clem. Alex. Strom. l. I. p. 318. *quemadmodum eucharistiam, cum quidam diviserint, ut mos est, permittunt cuique e populo partem sumere.* Oblatae itaque et nebulae fuerunt ignotae, nec nisi diu post, ut suo loco patebit, introductae. *Distributio* vero in eo consistebat, quod vel in manus porrigerentur convivarum, uti Just. M. l. c. §. 85. dicit, *diaconos distribuere cuique praesentium*, et §. 87. ubi adpellat διάδοσιν, sic et Tert. de cor. mil. c. 3. *eucharistiae sacramentum — — — nec de aliorum manibus ac Praesidentium sumimus;* vel e mensa cuique permissum fuerit sumere, uti ex Clem. Alex. l. c. patet. Mos itaque panem in os ingerere fuit ab hoc tempore, sicut et sequenti diu, alienus. Illud notandum, diaconi munus fuisse postea restrictum ad *calicis* distributionem, cum *panis* a sacerdote tradi coepit: uti est in Const. Apost. l. VIII. c. 13. Sed a parte *convivarum* obtinuit *statio*, simul *calicis* aeque ac panis usus. Veteres eucharistiam sumsisse *stantes* et non genuflectentes, aut alio ritu, spirante adorationem, ex Tert. de Orat. c. 14. manifestum est; qui, *nonne*, inquit, *solennior erit statio tua, si et ad aram Dei steteris?* sic et Dionys. Alex. sec. III. apud Eus. H. VII. 9. inter ritus eucharisticos diserte refert τραπέζῃ παρισάναι *ad mensam adstare.* Etsi vero diebus dominicis *stantes* tantum orarint, reliquis genua flexerint in precando, ea positura tunc quoque eucharistiam sumsisse, non sequitur. Denique, *calicem* quoque participasse credentes omnes, ex disertis testimoniis Ignatii, Irenaei, et Tert. locis cit. nimis clarum est, quam ut in dubium vocari possit, quare ei non inmoror: illud tantum addo, Tert. de cor. mil. c. 3. dicere, *calicis aut panis nostri aliquid decuti in terram, anxie patimur.* Vid. et Origen. in Exod. hom. 13*tia.*

§. CVI.

§. CVI. Ad actus *consequentes* pertinet 1. quod fideles sibi subinde reservarint *partem* eucharistiae, quam ante cibum communem solebant sumere, uti ex Tert. ad Uxor. II: 5. et de orat. c. 14. patet; qui mos, a superstitione non liber, diu obtinuit. 2. ad *absentes* quoque miserint, teste Just. M. l. c. nec non ad *rectores* aliarum Ecclesiarum, amicitiae, et communionis mutuae, testificandae ergo, uti ex Irenaeo apud Eus. H. V: 24. manifestum est: quod sec. IV. fuit, canone Laodiceno 14*to*, vetitum. Sed, ad aegrotos fuisse communiter missam eucharistiam, nusquam legimus, nisi extraordinarie, si quis *catechumenus*, aut *poenitens*, versaretur in periculoso morbo; uti Serapionis Sec. III. docet exemplum apud Eus. H. VII: 44. Denique 3. referri ad actus consequentes possunt, sic dictae, *Agapae*, hoc sec. solenniter adhuc celebratae, forte etiam hoc nomine insigniri coeptae, si Clem. Alex. Paedag. l. III. c. 8. sit fidendum; sed tunc ea vox in ep. Judae v. 12. pro spuria erit habenda. Erant autem convivia communia, ex ditiorum collationibus instructa, eoque tendebant, ut mutua communio et aequalitas demonstraretur, ac conservaretur, simul inopes *refrigerio isto juvarentur*, ut loquitur Tert. in Apolog. c. 39. ubi ritus in iis observari solitos his verbis describit, valde notabilibus: *editur, quantum esurientes cupiunt, bibitur, quantum pudicis est utile: ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui sciant, Dominum audire. Post aquam manualem et lumina, ut quisque de Scriptura S., vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere; hinc probatur quomodo biberit: aeque oratio convivium dirimit.* Quaeritur tantum, num agapae fuerint cum eucharistiae celebratione semper conjunctae, an ab ea sejunctae, et alio tempore habitae? quod posterius contendit Albaspinaeus Observ. S. 18*va* lib. I., licet in Ecclesia Apostolica cum ea conjunctas fuisse, teste 1 Cor. XI., concedat: prius vero communiter teneri solet. Ex mea sententia obtinuit hoc sec. varietas aliqua, paucis exponenda.

da. *a.* Cum *coetibus antelucanis* in *unum* coire coeperunt, et eucharistiam celebrare, ut ex Plin. ep. §. 97. lib. X. et Tert. de cor. mil. c. 3. constat, agapae non fuerunt ita cum eucharistia connexae, ut eodem tempore celebratae sint, cum, quod Plin. diserte dicat, *quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum promiscuum, etiam et innoxium;* ergo non in eodem conventu; tum, quod agapae semper tempori vespertino fuerint adligatae, ut ex Tert. l. c. elucescit: dicit enim, *ita saturantur, ut qui meminerint, etiam per noctem adorandum* esse Deum, addit, *disceditur non in catervas caesionum, nec in classes discursionum* etc. quae nocturna sunt latrocinia. Sed *b.* aliter sese res habuit, cum conventus ad eucharistiam celebrandam etiam *vesperi* fierent, quod male negat Albaspin. Tert. de cor. mil. c. 3. ipsis verbis illud adserit, dicens, *eucharistiae sacramentum et in tempore victus, et in omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis coetibus:* vocula *etiam* utique docet, non semper, imo ne communiter quidem, id fieri, indicat enim communis consuetudinis aliquam exceptionem. Erat quidem tempore Cypriani usitatius, eucharistiam *mane* celebrare, ut ex Epist. ejus 63. ad Caecilium liquet, sed nondum hoc. sec. Erant itaque agapae tunc cum eucharistia connexae, cum tempore vespertino celebrabatur, sed, sive eodem tempore mox post eucharistiam fuerint agapae habitae, sive ejusdem diei diversis momentis, erant et manebant ejus *adpendices*, quare ex oblationibus eucharisticis instructae fuerunt, et *convivium dominicum* adpellatae a Tert. ad Uxor. lib. II. Accedit, ex corporis et sanguinis Christi vocabulis, in eucharistia usitatis, calumniam Gentilium fuisse natam, Christianos *carne humana vesci* in agapis.

§. CVII. Subjecta *patientia*, de quibus primo, et dein *agentibus*, differam, sive personae, quibus sacramentis utendi jus erat, fuerunt vel *adulti*, vel *infantes*. De adultis, respectu baptismi, nihil habeo quod supra de Catechumenis dictis addam: sed, quoad eucharistiam, non possum quin

verba

verba Just. M. l. c. proferam, notatu digna: *nulli alii participare licet, quam illi, qui credit, veram esse doctrinam nostram, et lavacri baptismo abluto, et ita, ut Christus tradidit, viventi:* cui concinit eximius porro Origen. locus in comm. ad Matt. p. 254. quem legi velim. Praeterea *duo* adhuc observanda sunt, *unum*, omnes credentes in coetu praesentes, ad eucharistiam celebrandam fuisse obligatos, ita ut *missae*, sic dictae, *solitariae*, quibus in pleno coetu solus sacerdos communicat, prorsus fuerint, sicut et diu post, ignotae; a quibus ritus et voces eucharistiae etiam alienae sunt. Adpellatur enim nomine συνάξεως *collectae*, cujus potestas est, congregatum populum eam celebrare; cujus etiam partes erant in ejus celebratione, ut ex superioribus constat. Just. M. l. c. diserte dicit, *unicuique praesentium eam fuisse* distributam; quo etiam facit, quod Catechumeni fuerint dimissi, iis manentibus, qui sumebant. Sed nihil clarius est canone *7mo* Apostolico, quo praecipitur, *cunctos fideles, qui in sanctam Dei Ecclesiam ingrediuntur, et Scripturas S. audiunt, sub poena excommunicationis in oratione, et sancta communione, debere perseverare.* Nec pro missis solitariis, ut id obiter anticipem, facit, ut videri possit, phrasis Euseb. H. VII: 11. εὐχαριστίας ἐπακούειν, cum simpliciter *gratiarum actiones*, quae celebrationem eucharistiae praecedebant, *audire* denotet, ut facile videre est. *Alterum* est, catechumenos et poenitentes, tempore statuto nondum finito, in morbo periculi pleno, eucharistiam, si peterent, sumsisse, ut et Martyres in carcere De quo postea.

§. CVIII. Majoris est definivisse, num *Infantes* quoque sacramenta participarint. *Paedo-baptismum*, ut ab eo auspicer, obtinuisse, certum quidem est, sed ita, ut Ecclesiae non fuerit consuetudo, nec passim, multo minus necessario, baptizati fuerint infantes. Cotelerii ad Const. Ap. VI: 15. judicium, his verbis prolatum, *Apostoli* et *Apostolici viri* in *periculo mortis constitutos infantes baptizabant statim, ceteros tardius aut citius arbitrio parentum, certisque circumstantiis,*

multum veri habet, nec abludit Rigaltii ad Cyprian. ep. 64. ad Fidum, adsertio, *ab Apostolorum aevo usque ad Tertulliani tempora rem in ambiguo mansisse.* Tertullianus, ut ejus mentem paulo clarius exponam, 1. inter traditiones Ecclesiae nusquam memoravit paedobaptismum, ne quidem inter consuetudines Ecclesiae, publice receptas, et observari solitas; imo haud obscure indicat, rem fuisse sua adhuc aetate ambiguam. Dissuadet enim in lib. de baptismo cap. 18. paedobaptismum, ejusque cunctationem, nonnullis rationibus, demonstrat, usque ad adultiorem aetatem, esse praeferendam; non facturus utique, si traditio et publica Ecclesiae consuetudo fuisset, cum traditionum fuerit tenacissimus, nec traditionem, si fuisset, silentio involvisset. Patet itaque, de tempore baptismi nihil fuisse definitum; imo *innuptorum* baptismum *procrastinandum* esse, tutius judicat. 2. Illud tamen ex eo loco constat, Christianos eo tempore passim fuisse de salute infantum, sine baptismo morientium, solicitos; eamque ob rationem passim eum petiisse, et consecutos esse. Paedobaptismum non fuisse non tantum universaliter repudiatum, sed locum tenuisse, si Parentes petierint, certum est, tum, quod *sponsores* memoret Tert., qui pro fide infantum in baptismo respondebant, tum, quod diserte innuat, Christianos *timuisse dilationem* baptismi, ne infantes, sine eo morerentur, cum dicit, *si qui pondus intelligant baptismi, magis timebunt consecutionem, quam dilationem:* non necesse vero habere Christianos metuere *dilationem* ex eo probat, *quod fides integra secura sit de salute:* etiam, ex mente ejus, respectu infantum, quippe qui per fidem parentum salutem consequuntur, uti liquet ex lib. de Anima c. 39, 40. ubi 1 Cor. VII: 14. exponens, adfirmat, fidelium liberos ex seminis praerogativa esse *sanctos*, et explicat per *designatos sanctitati et saluti*, ita ut in eadem conditione sint ac illi, *qui nascuntur ex aqua et spiritu*, quod de adultis intelligendum est, qui baptizantur. Denique 3. cum Paschatis, ac Pentecostes, ac spatii intermedii, tempora

pora

pora tradat esse *solenniora* baptismi, paedobaptismum non ita, uti nunc, obtinuisse, manifestum est.

§. CIX. De Ecclesiae consuetudine ante Tertull. nihil certi adfirmari potest, cum nusquam, quod sciam, apud antiquiores scriptores, indubia exstat paedobaptismi mentio. Just. M. apol. II. l. c. baptismum describens, *adultorum* tantum meminit. Solus Iren. cont haer., l. II. c. 22. censeri posset digito eum monstrasse, ubi dicit, *Christum per omnes hominis aetates pertransiisse, ut omnes per se ipsum salvaret, omnes inquam*, sic pergit, *qui per eum renascuntur in Deum, infantes* et *parvulos*, et *pueros*, *et juvenes*, *et seniores*. Verbum enim *renasci* solet de baptismo usurpari, et eo sensu hic quoque capi patior lubens; nec tamen illud pro indubio habeo, cum eo sensu, praesertim, si nulla baptismi mentio praecesserit, aut sequatur, ut hic, semper non usurpetur, et hic per Christum *renasci* explicetur per *sanctificari*, h. e. *salvari* per Christum: sensus itaque esse posset, Christum, per omnes hominis aetates eundo, hoc suo exemplo significatum voluisse, se venisse, ut ex omni aetate salvaret homines, etiam *infantes* sanctificaret, seu salvaret. Concludo itaque, paedobaptismum ante tempora Tertulliani certo demonstrari non posse obtinuisse; ejus autem aetate fuisse, qui infantes suos amarunt baptizari, praecipue cum prae metu mortis eos sine baptismo decedere vererentur: cui opinioni Tert. sese opposuit, ita ut simul indicet, paedobaptismum coepisse invalescere. Haec sunt, quae de antiquitate paedobaptismi, post Apostolorum tempora, certo videntur adfirmari posse: plura enim sine solido fundamento statuuntur.

§. CX. Ex dictis sponte sua elucescit, quid de infantum admissione hoc sec. ad eucharistiam judicandum sit. Cum enim ad eam solis baptizatis pateat aditus, eucharistiam iis ex more recepto non fuisse communiter praebitam, si paedobaptismus nondum in communi fuerit usu, manifestum est. Accedit, de infantum admissione *nullum* sese offere in-

 dicium,

dicium, ante tempora Cypriani, sec. III., qui primus ejus meminit, ut suo loco patebit. Ex quo dicta de paedobaptismo aliquid quoque roboris acquirunt, cum duo haec sacramenta in Vetere Ecclesia nunquam fuerint, respectu subjectorum, a se invicem separata.

§. CXI. Subjecta *agentia*, quibus sacramenta administrandi jus est, Tert. de bapt. c. 17. his verbis clare definivit: *dandi quidem baptismum habet jus summus sacerdos, qui est Episcopus; dehinc presbyteri et diaconi, nec tamen sine Episcopi autoritate, propter Ecclesiae honorem.* Sic et ante ipsum Just. M. l. c. ubi προέστως *praeses* adpellatur, et diaconis conceditur panis ac calicis distributio, quam Tert. etiam Episcopo adjudicat, dicens, de coron. mil. c. 3, *non nisi e manu praesidentium sumimus*; quod tamen suppleri potest, *ministerio diaconorum*; vel consuetudo Ecclesiarum statui potest variasse. Fortius adhuc illud expressit Ignatius ad Smyrn. §. 8. *rata habeatur eucharistia, ea quae sub Episcopo fuerit*, vel *cui ipse concesserit*: rursus, *non licet sine Episcopo, neque baptizare, neque agapen celebrare*: quae saepe alibi repetit et inculcat. Sed licet haec sint testatissima, in controversiam tamen mittitur, num *laicis*, ut adpellantur, seu credentibus in genere, quoque potestas fuerit, et *jus* administrandi Sacramenta ex opinione Veterum? De quo disputatum est inter Grotium, hoc adfirmantem, in diss. de *coenae administratione, ubi Pastores non sunt*, et Petavium, Cloppenburgium, ac Dodwellum, illud negantes. Quae dissertationes junctim editae sunt Lond. a. 1685. Concedit tantum hoc jus Laicis, ex mente Tertulliani, Dodwellus, ubi nullus est confessus, sed negat, communem illam fuisse Ecclesiae opinionem, ut et juris exercitium, seu factum. Mentem candide, tanquam historiam tractans, sicut ubique faciam, exponam, per sequentes theses. 1. *Prima* est, mandatum Domini, *facite hoc* etc., quod Eucharistiae institutionem et celebrationem comprehendit, ad *omnes*, sine discrimine, fideles pertinere ex mente Tertulliani, et *traditioni* esse

esse acceptum unice ferendum, quod a praesidentium manu sumatur. Vid. de coron. mil. c. 3. 2. *Secunda* habet, Laicis idem esse *jus*, si res per se et natura sua spectetur, ac Clericis, ad sacramentorum administrationem, secundum Tertullianum, uti sequentia evincunt. *a.* Mandatum Domini ad *omnes* extendit fideles: ut modo observavi. *b.* Laici aeque ac Clerici conspectum habent *sacerdotum.* Sic de exhort. castit. c. 7. *nonne et Laici sacerdotes sumus? scriptum est: regnum quoque nos et sacerdotes Deo et Patri suo fecit.* Sumit vero eum titulum eodem sensu, quo Clericis convenit, ut tota series orationis docet; et demonstrare vult, *laicos* etiam esse obligatos ad eam vitae disciplinam, quae Clericis propria est, ut *unam habeant uxorem*, quia eorum, idem est ac Clericorum conspectus, illi aeque ac Clerici, quoad *jus*, *sacerdotes* sunt. *c.* Imo diserte declarat, *Laicis* jus esse, munia sacerdotum propria obire: *et offers*, ait, et *tinguis*, *et sacerdos es tibi soli*, exh. cast. l. c. Petavius quidem *offerre* accepit, non de consecratione sacrae coenae, sed oblatione laica donorum, vel usu eucharistiae, jam ante consecratae, sicut moris erat, *panem sanctificatum* secum sumere: sed illud a Dodwello jam est refutatum, nec ullo modo consistere potest: sicut enim *tinguere* baptismi administrationem, ita *offerre* eucharistiae consecrationem, ac celebrationem, designare debet: praeterea, si diversa Clericorum ac Laicorum *oblatio* ipsi fuerit in mente, argumentum inde pro eadem Laicorum disciplina petere non potuisset.

§. CXII. 3. *Tertia* fert thesis, *praxin*, qua Clerici, et non Laici, administrant sacramenta, non aliunde, quam ex Ecclesiae constitutione, ab ordine, in Ecclesia observando, esse repetendam. *Jus* utrique ordini Clericorum et Laicorum commune est, sed *ordo*, ab Ecclesia introductus, Clerum et plebem distinxit, ita ut *illius* propria sit facta sacramentorum administratio. *Differentiam*, inquit, *inter ordinem* et *plebem constituit Ecclesiae autoritas*, et *honor per ordinis consessum sanctificatus.* Quorum sensus est, quem dedi,

ex univerfa textura clariffimus. Sic et de cor. mil. c. 3. *ex traditione* diferte derivat, et de bapt. c. 17. *Laicis* jus competere baptizandi quoque adfirmat, fed propter Ecclefiae honorem, ut ordo inftitutus obfervetur, juris exercitium dicit effe reftrictum ad Epifcopum, et reliquos Clericos, fi Epifcopus permittat, ubi laicorum jus clare ponit et adfirmat. Dicit quidem de Monogam. c. 12. *laicos, quum extolluntur, et inflantur, adverfus Clerum, fefe aequare folere facerdotibus;* fed illud non eft ita capiendum, acfi laicorum jus in fpiritu eorum inflato fundatum vellet, tunc enim nimis abfurde fibi contradiceret, fed ita, quod Laici jus fuum, quod vere habent, praetexere foleant fuperbiae, cum fefe in muniis et praerogativis aequare volunt facerdotibus, non in vitae inftituto et officiis: ne dicam, ftabilito in Ecclefia ordini fefe opponere, fuperbiae merito adfcribendum effe. 4. *Quarta* fit thefis, Tertullianum hanc opinionem non ut fibi privam proferre, fed tanquam vulgo receptam, et non controverfam. Loquitur enim ea de re, ut nota, et argumentum inde pro *monogamia* petit, ex confpectu fcilicet facerdotali: quod cetoroquin rite facere non potuiffet. 5. *Quinta* denique habet, juris exercitium Laicis non effe conceffum, nifi ubi neceffitas poftulat: uti diferte declarat exhort. caft. c. 7. et de baptifm. c. 17. *fufficit*, inquiens, *in neceffitatibus utaris, ficubi aut loci, aut temporis, aut perfonae, conditio compellit*, fed loco priore dixerat, *ubi Ecclefiaftici ordinis non eft confeffus, et offert, et tinguis.* Quoufque vero illud extendendum fit, cum de *neceffitatis* cafu non unum fit omnium judicium, nunc non difputo. Quod autem Dodwellus urgeat, de *facto ipfo* nihil ex Tertull. conftare, adeoque, num Laici jus unquam exercuerint, non patere, illud *a.* parum ad rem facit, ubi enim *jus* adeft, et ejus *exercitium* in nonnullis cafibus permittitur, illud utique a cafu exftante dependet, num vero exftiterit, nec ne, modo potuerit, perinde eft; quaeftio tota eft, non de *facto*, fed de jure tantum. *b.* Jus nunquam

quam fuisse exercitum temere adseritur, imo ex Tert. colligi posset contrarium, cum de re non ignota inter Christianos loquatur; dicit enim, *et offers*, et *tinguis*, adeoque non esse illud insolitum indicare videtur. Ceterum hanc sententiam non fuisse Tert. privam, sed et alios eam fovisse, observari velim. Ne sequentium sec. doctores citem, ex. gr. Hieron. contra Lucifer. qui dicit, *quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam laicis licere*, Justinum M. eandem tenuisse doctrinam respectu Laicorum *Sacerdotum*, aeque ac Clericorum, jam observavit Boehmer Diss. Eccles. X. qui insuper putat, Tert. plus adhuc concedere Clericis quam Justinum; quod suo relictum velim loco. Sufficit, Tertull. ipsum indicare, rem, quam agit, satis notam fuisse, et receptam, uti modo observavi in *tertia* thesi. Denique non erat omittendum, *mulieribus*, secundum Tertull., nec loqui in Ecclesia, nec tinguere, aut offerre, ullo casu permissum esse. Vid. de veland. Virg. c. 9. bapt. c. 17. Praescript. haeret. c. 41.

§. CXIII. De circumstantiis, seu *temporibus* sacramentorum, de *locis* enim sacris postea, dicendum restat. Paschatis et Pentecostes, ac spatii intermedii, solenniora fuisse *baptismi* tempora, ita tamen, ut quaecunque alia tempora quoque fuerint licita, ex Tert. de Bapt. c. 17. constat. *Omnis dies Domini est*, inquit, *omnis hora, omne tempus habile baptismo, si de solennitate interest, de gratia nihil refert.* Licet itaque dicta tempora, propter mortem et resurrectionem Christi, ac Spiritus S. effusionem, quarum rerum signum, et pignus, erat baptismus, pro solennioribus fuerint habita, aliis tamen temporibus licite et salutariter conferri quoque poterat. Quod vero ad *eucharistiae* tempus adtinet; singulis diebus Dominicis, quoties solenniter in unum conveniebant, eam fuisse a Christianis hoc seculo celebratam ex Plin. ep. 97. lib. X. Just. M. apol. I. c. et can. apost. 9no manifestum est. Sed num mane, an vesperi, sumserint? quaeritur. *Antelucanis coetibus etiam* in usu fuisse docet ex

traditione Tert. coron. mil. c. 3. et ex Plin. l. c. conſtat: ſed non tantum eo tempore, verum etiam *veſpertino*, Tert. ſatis indicat per voculam *etiam* inſertam, et cum addit, eſſe *a Domino mandatum tempore victus*, intelligit coenae tempus veſpertinum, quo Chriſtus inſtituit euchariſtiam. Dallaeus de cult. Lat. l. III. c. 11. contendit, diebus *jejunii* et *ſtationum* (quae ſunt *ſemijejunia* uſque ad horam *nonam*, ſeu *tertiam* noſtram pomeridianam, de quo mox) eam ſolitam fuiſſe celebrari poſt *jejunium*, ſeu tempus *ſtationis*, finitum, adeoque diebus ſtationum hora *nona*, et tempore *perfecti* jejunii, quod ad veſperam durabat *veſperae*, hac nixus ratione, quod S. coena *dirimat* jejunium, adeo ut durante jejunio ea celebrari non potuerit. Demonſtrat hoc ex Tert. de Orat. c. 14. ubi haec occurrunt verba: *ſimiliter et ſtationum diebus non putant plerique* (ſcilicet, ex opinione Dallaei, qui ſpontanee totum diem jejunare decreverant) *ſacrificiorum orationibus interveniendum, quod ſtatio ſolvenda ſit, accepto corpore Domini:* quibus hoc dat conſilium Tert., ut *corpus Domini acciperent*, ſed *reſervarent* uſque ad peractum jejunium. Sed videtur mihi vir praeclarus a mente Tert. haud parum aberraſſe. 1. Tertull. non loquitur de illis, qui *totum diem* jejunare, ſed qui *ſtationum* diebus ab euchariſtiae uſu abſtinere volebant; illos enim diutius reliquis jejunare velle, nullo indicio prodit. 2. *Stationem per euchariſtiam ſolvi*, Ipſe non profert, tanquam ſuam opinionem, ſed illorum, quibuſcum agit. Imo 3. diſerte refutat rationem inde ſumtam, et jejunium per euchariſtiam non ſolvi contendit. Sic enim ſubjungit, *ergo devotum Deo obſequium*, jejunium, *euchariſtia reſolvit, an magis Deo obligat? nonne ſolennior erit ſtatio tua, ſi et ad aram Dei ſteteris?* rurſus, et clariſſime, *ſi ſtatio de militari exemplo nomen accipit* — — *utique nulla laetitia, vel triſtitia, caſtris obveniens, ſtationes militum reſcindit.* 4. Quod itaque conſilium ipſis dat, *corpus Domini* ſumtum poſſe ab iis *reſervari*, capiendum eſt hypothetice, ſi in ea perſiſtant opinione, jejunium ſolvi per

corpus

corpus Domini. Loquitur itaque cum nonnullis, qui a corpore Domini sibi abstinendum stationum diebus opinabantur, quod jejunio illud non conveniret: sicut enim in solenni paschatis jejunio ab *osculo* et *eucharistia* sibi cavebant, ita in minus solennioribus jejuniis idem esse faciendum putabant: hos homines refutat, iisque scrupulum eximere conatur, vel, si id fieri nequeat, consilium dat, de corpore Domini reservando, usque ad finitum jejunium. Discrepabant itaque ab Ecclesia in eo tantum, quod stationum diebus, ante explicitum jejunium, corpore Domini sibi non licere uti censuerint, et non in eo, quod *totum* diem jejunarint, cum ad *nonam* horam id tantum faceret Ecclesia: de quo et illud testatur, quod per consilium, a Tertulliano datum, suum jejunium manifeste publicassent, quod Tert. in superioribus fieri debere negaverat, si enim non *comederent*, sed *reservarent* corpus Domini, utique se adhuc *jejunare* declarabant

§. CXIV. Sacramentorum administratione explicita, magni momenti materiam adgredior, in Veterum opiniones de eorum natura, et vero conspectu, ac efficacia, inquisiturus. Sunt autem *duo* quaestionis capita, *unum* de praesentia Christi in sacramentis, vel unione ejus cum iis, praecipue eucharistia, *alterum* de vero eorum conspectu ac efficacia. *Prius* caput vehementer est controversum inter Romano-Cathol., Euangelicos seu Lutheranos, et Reformatos, qui Patres in suas solent singuli trahere partes. De qua disputatione mentem, pro more, instar historici, exponam. Veteres diu fuisse, per multa secula, a, sic dicta, *Transubstantiatione* Romano-Cathol., quam notam supponere hic licet, alienos, ex multis evinci potest rationibus, quarum praecipuas digito adtingam, et monstrabo. 1. De baptismo eadem ratione ac de eucharistia loquuntur, et sentiunt. 2. adpellant quoque hanc typum, emblema, figuram etc. corporis et sanguinis Christi. 3. Christum esse in coelo, et a terra corporaliter absentem, crediderunt: 4. non ore cor-

poris ulla ratione manducari, sed spiritualiter, statuerunt, 5. nec ab omnibus, qui eucharistiam sumunt, sed tantum a veris credentibus, corpus ac sanguinem Christi comedi ac bibi 6. Panis et vini nomine insigniunt aeque post ac ante consecrationem. 7. Argumenta, a ratione et sensibus nostris desumta, pro indubiis habent veritatibus etc. Quae, et quorum similia, ex Patribus, hujus quoque sec., facile demonstrari possent, si illud ab aliis non esset abunde factum, et nobis alia, magis peculiaria, non essent agenda, et, Veterum genuina sententia in lucem protracta, reliquae opiniones non sponte evanescerent. Qui Transubst. ex Patribus conati sunt destruere inter Reformatos, duplicem fere tenuerunt viam. Alii, per singulos eundo Patres, eorum doctrinam hac parte in lucem protraxerunt, quorum princeps merito est habendus Edm. Albertinus, apud Parisiens., qui Charentoni Synaxes habuerunt, V. D. minister, tribus hac de re scriptis libris, in quorum *primo* ex ratione et Script. S. disputat, *secundo* ex Patribus sex primorum seculorum, *tertio* gradus et modos exponit, quibus ad Transubst. prolapsi sunt: quam eandem fere methodum tenuit, qui conferri quoque meretur, anonymus, qui Gallice conscripsit libellum, cui titulus: *response a un livre, intitule L' Office de sacrament.* Alii argumenta contra Transubst. in genere ex Patribus depromserunt, et de origine ejus differuerunt. Inter quos excellunt D. Blondellus, in libro Gall., *eclaircissements de la controverse de l' eucharistie.* J. Claude in libro, *Response aux deux traites, intitules, la perpetuite de la foy touchant l' eucharistie*, nec non contra Arnaldum, qui libro Claudii se opposuerat, in quo illud praecipue agit Claudius, ut demonstret, Ecclesiam Graecam, et per Orientem, fuisse ab hoc dogmate semper alienam. Commendari denique meretur M. Larroque *hist. de l' eucharistie.* Alios scriptores mitto, tantum ab altera parte conferri cum iis velim autores Catholici libri, cui titulus, *la perpetuite la foi, touchant l' eucharistie.*

§. CXV.

§. CXV. Hi autores Reformati in ea passim fuerunt opinione, Christum, secundum Patres, in eucharistia sacramentaliter et mystice esse praesentem, corpus vero Christi adpellari panem, quod figuret, in pignore exhibeat, denique vim corporis Christi possideat, quatenus eundem effectum per gratiam Christi praestat. Hanc fidem autumant Veteres tenuisse usque ad medium sec. VII*mi*, quando Anastasius Sinaita, et dein sec. VIII. Joh. Damascenus, in Graeca Ecclesia paululum a Vet. sententia deflexit, *inpanationem* statuendo, seu Divinae naturae cum pane unionem; donec sec. IX. Transubst. fuerit per Paschasium Radbertum introducta, etsi Blondellus ipsum adhuc inpanationem statuisse contendat. Sed nostra habet opinio, Veterum per omnia secula praecedentia eandem, quae Damasceno tribuitur, fuisse sententiam, adeoque eos censuisse, divinam Christi naturam, seu Spiritum Dei, sese cum pane et vino univisse, fere sicut cum humana natura Christi, ita ut panem et vinum occupaverit, et insederit, ac spiritualem, et vivificantem, vim cum iis communicaverit: sed quae unio interiorem panis et vini naturam aeque salvam reliquit, ac humanam naturam; adeo ut panis et vinum vere manserit: videntur praeterea rem spiritualem, cum iis conjunctam, tanquam quid *igneum* percepisse, quod pervadere, seu permeare, potuerit panem et vinum. Ceterum elementa illa, tam arcte cum divina natura unita, constituerunt typum et figuram corporis et sanguinis Christi, cum eadem natura divina uniti, ita ut in eucharistia panis et vinum locum corporis ac sanguinis Christi teneant, eandemque vim cum veris credentibus, eucharistiam sumentibus, communicent. Qua eadem ratione de *baptismo* senserunt et locuti sunt. Prope ad nostram accedere videtur sententiam P. de Marca, cujus tractatus exstat in *collectione diversorum* tractatuum de Eucharistia, lingua Gall. edita Roterodami, nisi quod eam opinionem tantum mansisse opinatus fuerit usque ad Chrysostomum, et, praeter divinam naturam, quoque *carnem*

Chriſti *ſpiritualem* cum pane unitam eſſe voluerit: quod ſi quid aliud ſit, ac relatio et *δύναμις vis* carnis Chriſti, minus verum, ſimul inexplicabile, eſt. Sed propius acceſſit anonymus, et mentem noſtram expoſuit, ſimul demonſtravit, in libello Gall., Genevae edito a. 1730., cui titulus *pieces fugitives ſur l' euchariſtie:* qui ſero ad manus noſtras pervenit, et cum noſtris conferri meretur.

§. CXVI. Miſſo Ignatio, qui nimis generaliter loquitur corpus et ſanguinem Chriſti ſimpliciter memorans in euchariſtia, uti ad Philadelph. §. 4. Smyrn. §. 7. et alibi auſpicia demonſtrationis theſios noſtrae ſumo a Juſtino M. qui egregium ſuppeditat teſtimonium, his verbis in Apol. vulgo II. §. 86. expreſſum: *ſed, quemadmodum per verbum Dei Chriſtus incarnatus ſervator noſter carnem et ſanguinem pro ſalute noſtra habuit, ita quoque incarnati Jeſu carnem et ſanguinem eſſe accepimus eam alimoniam, quae per orationem verbi, ab Ipſo profecti, cum gratiarum actione conſecrata eſt: ex qua ſanguis et carnes noſtrae, per mutationem* (ſeu *concoctionem*) *aluntur.* Ex quo loco duo nunc tantum in rem noſtram colligimus: *unum* eſt, panem et vinum fieri corpus Chriſti *δι' εὐχῆς λόγου, τοῦ παρ' αὐτοῦ per orationem*, ſeu invocationem *verbi*, ſcilicet Chriſti, *quod ab Ipſo*, ſcilicet Patre, *eſt*. Sic enim verba intelligenda eſſe, ſupra jam notavi, quorum ſenſus eſt, *alimentum*, *gratiarum actione per precationem*, ſeu invocationem *verbi*, *a Deo orti*, *eſſe conſecratum*, ita ut panis vi unionis cum divina natura fuerit corpus Chriſti factus. *Alterum* eſt, unionem *λόγου verbi* cum pane comparari cum ejusdem unione cum humana natura, tradique, eandem ob rationem panem adpellari *corpus* Chriſti, ob quam corpus ejus adpellatur corpus *τοῦ λόγου verbi*, ſeu divinae naturae; quia eadem fere ratione utraque haec ſeſe habet unio. Ne quis autem opponat, eouſque non eſſe comparationem extendendam, is ad animum revocet, comparationem ceteroquin fieri ineptam et inpertinentem, cum in unione cum *verbo*, natura divina, ratio denominationis

corporis

corporis Chrifti conftituatur, praeterea diferte dici, *panem* eodem modo vocari corpus Chrifti, quo ipfum ejus *corpus*. Unio itaque oportet intelligatur fere eadem, ita ut panem occupaverit; cum alioquin fimile non quadraret. Accedit, illas phrafes, *caro factus eft* fermo, et *hoc eft corpus meum*, aequipollere apud Juft. M., ut ex textu patet: qua ratione itaque *caro* dicitur *verbi corpus*, et cum *verbo* unita eft, eadem etiam *panis* cum *verbo* conjunctus conftituitur *corpus* Chrifti, quatenus idem fpiritus et *carnem* et *panem* infidet.

§. CXVII. De Irenaei doctrina judicium eft ferendum ex duobus locis, fecum collatis, adv. haer. l. IV: 18. et l. V. c. 2. quae eo tantum fcopo confiderabo, ut thefios noftrae veritas in lucem prodeat. Priore loco in eo eft, §. 5. ut *refurrectionis* noftrae fidem contra Gnofticos demonftret ex euchariftia, his, ufus verbis. *Offerimus enim ei, quae funt ejus, congruenter, communionem et unitatem adnunciantes, et carnis ac fpiritus refurrectionem confitentes: quemadmodum enim qui eft e terra panis, percipiens evocationem Dei, non amplius communis panis eft, fed euchariftia e duabus rebus conftans, terreftri et coelefti; ita et corpora noftra percipientia euchariftiam, jam non funt corruptibilia, fpem refurrectionis habentia.* Quae comparatio ut, menti Irenaei congruenter, illuftretur, hac ratione eft explicanda: *ficut in pane* eft *res terreftris*, feu ipfe panis, et *coeleftis*, quae eft vis et fubftantia Chrifti divina, ita corpora noftra euchariftiam, ex duabus illis partibus conftantem, participantia, praeter *corruptibile*, quod *caro* eft, habent *inmortale* principium, in vi illa divina euchariftiae fitum, quae, corpus occupans, incorruptibile cum eo communicat principium. Cui argumentationi ut aliquid infundatur lucis 1. notandum eft, in euchariftia duas ftatui res arcte unitas, *terreftrem et coeleftem*, quarum *illa* eft *panis* ipfe, quem ideo in praeced adpellavit ἀπὸ γῆς ἄρτον *panem* e *terra*, *haec* vero, feu res *coeliftis*, divina Chrifti natura; uti ex ipfa pericopa luculenter patet: panem enim

 adfumere

adsumere ἐκκλησιν θεῦ *evocationem Dei* adfirmat, et per hanc invocationem, dicit, panem non amplius communem panem manere, sed praeter terrestre quid consequi coeleste; quod utique in divina et coelesti illa virtute consistat necesse est. *Evocatio* autem *Dei* est illa τῦ λόγῦ *verbi invocatio*, ut se cum pane uniat, et ita panis fiat *corpus* Christi: concin plane phrasis Just. M. qua *precatio verbi* adpellatur, ut mod vidimus. 2. Eucharistiam observandum est non tantum di corpus alere ad vitam temporalem, sed et inmortalem, aeternam, communicare enim cum corpore spiritum et vi vivificantem, quatenus res divina panis pervadit corpus, ad inmortalitatem praeparat. Quod duplici ratione intelli potest, *una*, quatenus *relativa* constituitur, vi eucharistiae unio inter spiritum Christi et corpora nostra, qua, tanqua spiritus Christi membra considerata, in vitam revocari de bent, uti in Christo locum habuit: *altera*, quatenus corporis nostri aliquae partes vi illa spiritus Christi pervaduntur et per illam ab interitu liberantur, ita ut, corpore soluto illae partes semper durent, quae instar grani per spiritualem illam virtutem in novum corpus excrescent. Quod utrumque ex ejus mente conjungendum videtur, ut ex loco posteriore clarius elucescit. 3. Ex dictis lucem mutuantur, dabuntque vicissim, verba obscura, minus recte passim intellecta, in initio pericopae; *offerimus* ei τὰ ἴδια *propria* (h. e. proprias ejus creaturas, *panem* et *vinum*, quae Gnostici non Patris Domini Jesu, sed illius Dei *propria* dicebant, qui creator ab ipsis habebatur) ἐμμελῶς κοινονίαν καὶ ἕνωσιν ἀπαγγέλλοντες, καὶ ὁμολογῦντες σαρκος και πνευματος ἔγερσιν, sed versio vetus Latina habet, *congruenter communicationem* et *unitatem praedicantes carnis et Spiritus*: secundum quam verba ὁμολογῦντες ἔγερσιν expungenda sunt, quod verius videtur, cum *spiritus resurrectio* vix recte dici possit, non tam, quod *animae* tribui nequeat, quam quod πνευμα *spiritus* apud Iren. non *animam*, sed spiritum divinum denotet, seu principium inmortale, in nobis principium et causam resurrectionis. Sic

l. V. c. 6. *quum spiritus commixtus animae unitur plasmati, propter effusionem spiritus, spiritualis* et *perfectus homo factus* est: rursus ibid. *commixtio et unitio horum omnium* (spiritus, animae, et corporis) *perfectum hominem efficit*: clarius adhuc c. 9. ubi ab hoc spiritu derivatur resuscitatio: accedit, ratiocinio Irenaei versionem Latinam rectius convenire, ut sequens docebit explicatio, quae mentem Irenaei huc redire evincit: eucharistiam, quatenus ab Ecclesia exponitur, optime respondere communioni *carnis* et *spiritus*: quae unio est cum in Christo capite, tum in credentibus, membris ejus, ut modo exposui, et Iren. mox declarat: huic vero unioni respondet eucharistia, quod carnem et spiritum Christi contineat, *hunc* vere, *illam* typice, simul propter et per *hunc*, quia enim spiritus Christi est in pane, ideo *corpus* Christi dicitur, et locum corporis ejus tenet; porro, quod unionem carnis et spiritus in credentibus efficiat, spiritum vitalem cum iis communicando. Qua ratione hic locus recte sese habet, et opinionem nostram luculenter roborat: eucharistia enim, ut huic unioni respondeat, spiritum vitalem Christi secum debebat habere unitum. Possent quoque verba §. 4. Judaeos non recte *offerre*, *quia non habent verbum*, *quod offertur Deo*, nostrae opinioni convenienter exponi, cum enim *divina natura*, seu *verbum*, cum pane conjuncta sit, posset quoque dici *offerri*, nam per *verbum* panis fit corpus Christi: sed rectius putem legi, quod aliqui Codices habent, *per quod* offertur Deo; quod textui melius respondet.

§. CXVIII. Plura ex *posteriore* loco petere possem argumenta, sed in pauca contraham. Praeterquam quod eodem modo, quo antea, de resurrectionis virtute, ex eucharistia repetenda, ratiocinetur, quod repetere nihil adtinet, panem et calicem diserte dicit ἐπιδέχεσθαι, προσλαμβάνεσθαι, *percipere*, *adsumere*, *verbum Dei*, et sic fieri *corpus* Christi. Subjungo egregium in rem locum ex fragmento Pfaffii, quo, *invocamus*, inquit, *spiritum S.*, *ut exhibeat hanc victimam et*

panem corpus, *et poculum sanguinem Christi.* Ubi note… *Spiritus S.* unionem cum pane statui, sicut ante *divinae na-turae* Christi cum eo. Quam stili differentiam tollere licet ex eo, quod *sermo* et *spiritus* saepe inter se alternentur, vel et ita conjungantur, ut ad idem effectum concurrant, divina quoque Christi natura eodem Spiritus S. nomine ve-niat. Christus itaque cum pane unitus ex eo *corpus* suum facit, vim corporis Christi in pane praestat Spiritus S. Sic et Clem. Alex. Paedag. II: 2. ἰσχὺς τῦ λόγυ τὸ πνεῦμα *vis verbi spiritus est*, et l. I: 6. *Dominus spiritus* et *verbum*, et sermo Dei πνεῦμα σαρκώμενον *spiritus incarnatus.*

§. CXIX. Clementis Alex. doctrina, qua nostra de fide Patrum hac parte opinio egregie firmatur, erui potest ex Paedag. l. II. c. 2. ubi de mixtura *aquae* et *vini* in eucha-ristia differit: sed prolixior est locus, quam ut exhibere, et obscurior, quam ut sine paraphrasi dimittere possim. Ratiocinium ejus, totum legendum, huc redit summatim. In eucharistia est *vini* et *aquae* mixtura; vinum est sanguis uvae, adeoque recte *sanguinis* Christi nomine insignitur, quatenus *sanguis Christi spiritualis* est. Duplicem autem esse adserit Christi *sanguinem*, *corporeum* et corruptibilem, ad re-missionem peccatorum effusum, et *spiritualem*, quo *inungi-mur* h. e. intus illinimur, ut potu, quem quis bibit, qui spiritualis sanguis in eucharistia *bibitur*, adeoque *vinum* est: sed est iste sanguis *vis* Christi sanctificans et salvans, quae ὁ λόγος καὶ πνεῦμα *sermo* et *spiritus* est: quem sanguinem di-cit porro *uniri* et commisceri cum *vino*, ita ut vi istius unio-nis *vinum* sit sanguis Christi spiritualis, seu potus cum λόγῳ *sermone* mixtus. Commiscetur praeterea huic vino *aqua*, quae vim vini, atque adeo spiritualis ejus sanguinis, par-ticipat, virtute vini aquam occupante et penetrante. Hanc aquam dicit hominem reddere salutis et inmortalitatis par-ticipem: sicut enim aqua cum vino, seu sanguine Christi mystico miscetur etc., fidelis, qui eucharistia utitur, cum spiritu Christi vivificante, et ad vitam ac inmortalitatem

praepara-

praeparatur: *ut vinum cum aqua*, dicit, ita *ſpiritus* cum *homine* miſcetur: rurſus, ſicut πότος καὶ λόγος *potus et ſermo* ſecum commiſcentur, ita et homo fit θεῖον κρᾶμα, quippe qui *ſpiritu et verbo contemperatur.* Denique, cum ſanguinem Chriſti bibimus in euchariſtia, *ſpirituali ſanguine inungimur*, h. e. interne illinimur, quatenus χρίσματος *unctionis ſpiritus* participes evadimus. Ratiocinio, nimis ſubtili, aliquatenus expoſito, argumenta, ad noſtram de mente Patrum opinionem demonſtrandam, paucis exhibebo. 1. Euchariſtiam cum adpellat κρᾶσιν ποτοῦ τε καὶ λόγου *mixturam potus* et *verbi;* divinae naturae Chriſti cum vino et aqua commixtio, ſeu arcta unio, neceſſe eſt admittatur. 2. *Vinum* dicitur ſanguis Chriſti ſpiritualis, quo inungimur intus, et in quo vis ac virtus λόγου *verbi* conſiſtit. Unde, vim verbi eſſe in vino, propter quam vinum eſt ſanguis Chriſti, elucefcit. 3. Bibere ſanguinem Chriſti in euchariſtia eſt participare ejus incorruptibilitatem, quae eſt aeterna Domini virtus; quae cum vino itaque conjuncta eſt. Ceterum conferri quoque merentur, quae ib. l. I. c. 6. habentur. Quod autem l. II. c. 2. p. 186. *ſermonem* adfirmat *allegorice* adpellari *vinum*, officit quidem Tranſubſtantiationi, ſed non noſtrae theſi: ſi enim vera ſit lectio, per λόγον *ſermonem* intelligitur ejus ſanguis; cum de *verbo* pro nobis *effuſo* loquatur ad remiſſionem peccatorum, vinum allegorice ſignificat *ſanguinem*, ſed eſt ſanguis Chriſti myſticus, ſeu cum *ſermone* unitus; ut modo notavi. Verum lectio mihi eſt ſuſpecta, nec textui optime reſpondet, rectius longe pro τὸν λόγον legeretur τὸ αἷμα, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχεόμενον *ſanguis pro multis effuſus.*

§. CXX. Ad Tertullianum feſtinans, verbo tantum adtingam Theodoti, licet Gnoſtici, locum in Excerptis Clem. Alex. §. 82. obvium, et in rem noſtram egregium. Panis ibi dicitur *ſanctificari*, vel conſecrari, per *virtutem nominis* (Chriſti qui ſuper euchariſtia invocatur) *nec amplius manere quod ante erat*, ſed *virtute illa tranſmutari* (μεταβεβλῆσθαι *converti*) *in virtutem ſpiritualem.* Unde manifeſtum eſt, vir-

tutem illam divinam Christi sese cum pane unire. Qua eadem ratione ibid. loquitur autor de *baptismate*, quem παραλαμβάνειν *accipere* dicit *sanctificationem*. Sic et Marcus aliquis Gnosticus dixit apud Origen. contra Marcion., sect. I. redemtorem communicare *Spiritum per eucharistiam, in quam venit*. Tertullianus, ad quem pergo, etsi nusquam distincte explicuerit mentem de eucharistia, fecit tamen illud respectu *baptismi*, nostrae sententiae convenienter, unde ad eucharistiam concludendum est, cum utriusque sacramenti eadem fuerit ratio. Celebris in primis locus est in lib. de *baptismo* cap. 4. ubi 1. baptismum comparat cum *aquis* Gen. I. super quibus ita se agitavit spiritus, ut sese cum iis univerit, et vim spiritualem iis indiderit. 2. Regulam ponit, quae hanc diserte comprehendit opinionem: *quoniam subjecta quaeque materia, ejus, quae desuper inminet, qualitatem rapiat necesse est, maxime corporalis spiritualem, et insidere facilem, per substantiae suae subtilitatem.* Denique mentem de baptismo clare in haec verba explanat: *igitur omnes aquae de pristina originis praerogativa sacramentum sanctificationis consequuntur, invocato Deo:* (qua eadem locutione Veteres de eucharistia uti solent) *supervenit enim statim spiritus de coelis, et aquis superest, sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificatae vim sanctificandi combibunt.* Denique de eucharistia loquens eandem opinionem, sed indirecte et obscurius, expressit: sic de *resurr. carn.* c. 37. *carnem* Christi *panem* adpellat *spiritualem*, et de *spiritu* ejus *vivificante* explicat, cum *carnem* nihil prodesse dicit, sed *spiritum* prodesse, *vivificat* enim, inquit, qui spiritus *sermo* est. · Sic et ib. c. 8. caro *corpore et sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo saginetur.* Deus ergo, seu divina natura, arcte, secundum Tert., unita est cum pane.

§. CXXI. *Alterum* caput, ad sacramentorum pertinens intellectum, verum eorum complectitur, ex mente Veterum, conspectum, non in eo situm, respectu eucharistiae, ut inde ordiar, quod sit verum sacrificium hilasticum, quod

Romano-

Romano-Cathol. contendunt, aut signum tantum, sigillum, et pignus, quod Reformati volunt, sed in eo, quod sacrificii Christi memoriam renovet, ac gratiam invisibilem, instar medii, conferat. De quo differendum est distinctius. Veteres eucharistiam adpellasse προσφορὰν *oblationem* et sacrificium, ministros *sacerdotes*, et mensam *aram*, lubens concedo, Tert. de Orat. c. ult. diserte, *nonne solennior erit statio tua, si et ad aram Dei steteris?* vid. et exhort. castit. c. 10. Ignat. in Epist. saepe, uti ad Ephes. §. 5. Philad. §. 4. et alibi θυσιαστηρίου *altaris* notionem adhibet. Eucharistiam quippe *oblationem* vocarunt, et ministros *sacerdotes*, uti Iren. adv. haer. IV: 18. et Just. M. ap. II. c. 85, 87. et contra Tryph. p. 260, 345. Ignatius saepe, et canon Apost. 3, 4, 8, 31, 46. ne alios in re clara, quae controverti non debet, citem. Majoris fuerit, verum hujus adpellationis tradidisse intellectum. Veteres de proprie sic dicto sacrificio hilastico, seu expiatorio pro peccatis, non intellexisse *a*. ex Iren. l. IV: 18. manifestum est, quippe qui, *altare*, ad quod munera nostra deferuntur, in coelis esse, declarat, quo, inquit, *preces nostrae* et *oblationes diriguntur*. *b*. Inde firmatur, quod sacrificii ejusmodi nusquam meminerint, et longe alias dederint ejus adpellationis rationes, et longe alio oculo eucharistiam fuerint intuiti. Quod clarius exponere adgredior.

§. CXXII. Eucharistiam 1. pro oblatione munerum et donorum, in signum grati animi, habuerunt. Cum enim *panem et vinum* signum ac pignus corporis sui instituisset Christus, ipsa illa elementa Veteres consideratunt tanquam praestantissimas Dei creaturas, et eximia Dei dona, quae omnium Dei beneficiorum corporalium figuram gerere, et quasi primitiae, adspici possint. Ut itaque Deum creatorem ac Rectorem beneficum celebrarent, seseque grata mente illa beneficia recolere, demonstrarent, haec munera in sacros destinarunt usus, et sic Deo quasi offerebant. Quae oblatio *sacerdotibus*, seu ministris sacrorum, proprie fieri di-

cebatur, *cum* quod in eorum et pauperum sustentationem cedebant, *tum* quod ex illis eucharistiam debebant conficere. De quo conspectu cum supra exposuerim, ubi de actibus eucharistiae *praecedentibus* egi, hic monuisse sufficerit. 2. Postquam panis et vini elementa per preces essent consecrata, adeoque *corpus et sanguis* Domini facta, *sacrificium* adpellarunt quoque, quod Deo directe et inmediate offerebatur, sed hoc sensu *α.* quod sit *memoriale* sacrificii Christi, semel facti in cruce. Sic Tert. de *anima* c. 17. *Christus*, inquit, *vinum in sanguinis sui memoriam consecravit.* Just. M. contra Tryph. p. 260. offerri diserte dicit εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους *in recordationem passionis.* Vid. et p. 345. *β.* Preces et gratiarum actiones Deo in eucharistia offerrent, partim quod corpus Christi in remissionem peccatorum dederit, partim ut ejus gratiam inpetrarent, quam rationem Just. M. l. c. clare tradit. Tert. de Orat. c. 14. *sacrificiorum orationes* adpellat. Ignatius in historia martyrii ejus coram Inperatore confessus est, *se esse sacerdotem Christi, et ei quotidie sacrificare sacrificium laudis.* Quo etiam pertinet, quod Iren. IV: 18. *altare in coelis esse* dicat, *ad quod preces, et oblationes diriguntur.* Insigne quoque est Athenagorae testimonium, in legat. §. 12. quo nullum aliud sacrificium Christianis esse dicit, quam ἀναίμακτον *incruentum*, quod tradit esse *cultum rationalem.*

§. CXXIII. 3. Sed quid utilitatis sacramenta adferunt fidelibus, iis debite utentibus? et quis verus est hac parte eorum, ex mente Veterum, conspectus? Habuerunt non tantum, ut putatur, pro signo ac sigillo, sed pro mediis, ex opere operantis, gratiam invisibilem conferentibus: ex opere operantis, dixi, et non opere, ut dicitur, operato, quia non nisi cum fidelibus, qui animo puro accedunt, eam gratiam communicari statuerunt: ita etiam, ut qui alio sacramentis utuntur animo, judicium sibi edant et bibant. De quo insignis exstat Origen. locus in comm. ad Matt. p. 411. supra quoque citatus: ubi totum hoc negotium egregie exponitur.

nitur. Ejusmodi vero insitam, vel comitantem, virtutem Veteres sacramentis tribuisse, ex supra disputatis de unione λόγυ *sermonis*, seu divinae naturae, cum iis facile elucescit. Addam nonnulla testimonia alia. Ignat. ep. ad Ephes. panem adpellat φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτον τῦ ἀποθανεῖν *pharmacum inmortalitatis*, *antidotum ne moriamur*, *sed semper vivamus in Christo*. Cui plane concinit Iren. adv. haer. IV: 18 et V: 2. ubi corpora nostra vim incorruptibilitatis induere dicit per eucharistiam. In eandem conspirat mentem Clem. Alex. Paed. II: 2. cui *bibere sanguinem Christi* est, incorruptionis Domini participem fieri; et spiritum cum homine commisceri, ut sit θεῖον κρᾶμα, et quae sunt alia. Sic et l. I c. 6. caro Christi dicitur eos, qui ex hominibus coelestes sunt, *ad incorruptionem nutrire*. Conferenda denique sunt, quae modo in medium produxi ex Tertulliano.

§. CXXIV. Cum *baptismo*, ut de ejus efficacia in specie agam, vim regenerantem, et spiritus communicationem, conjunxerunt Veteres. Just. M. ap. II: 79. id ipsis verbis adfirmat, et eo dictum Christi Joh. III. *nisi regeniti fueritis ex aqua et spiritu regnum Dei non intrabitis* adplicat; et §. 80. φωτισμὸν dicit, adpellari baptismum, quia mentes baptizatorum *illuminantur*. Praeterea cont. Tryph. p. 231. dicit, *baptismum solum lustrare et purificare posse poenitentiam agentis*; ubi et *aqua vitae* adpellatur: Vid. etiam p. 261. Quo etiam pertinet, quod baptismus vocetur σφραγὶς ἡ ἐν χριστῷ *sigillum Christi*, quatenus sicut nota quaedam militibus, ita fidelibus *spiritus* inponitur, ut alibi ait Chrys. de quo vid. Grabe, spicil. Patr. sec. I. in notis. Iren. adv. haer. III: 17. dicit, Christum potestatem *regenerationis in Deum dedisse Discipulis*, cum eos ad baptizandum mitteret: sic et ib. §. 2. *corpora enim nostra per lavacrum illam, quae est ad incorruptionem, unitatem acceperunt, animae autem per Spiritum*. Sed egregie hanc in rem disserit Clem. Alex. Paedag. I: 6. *Tincti illuminamur, illuminati in filios adoptamur, adoptati perficimur, perfecti inmortales reddimur*, unde baptismus adpellatur *gra-*

 tia,

tia, *illuminatio*, *perfectum lavacrum*, quas voces ibi exponit. Rursus, *haec vincula quam celerrime remittuntur*, *humana quidem fide*, *divina vero gratia*, *cum nimirum remittuntur peccata* ἐν παιωνίῳ φαρμάκῳ λογικῷ βαπτίσματι: rursus ibid. *qui tinguimur abstersis peccatis*, *quae divino spiritui quodammodo tenebras offundebant*, *liberum*, *ab omnique inpedimento vacuum*, *et lucidum habemus spiritus oculum*, *quo quidem solo*, *quod divinum est*, *intuemur*, *coelitus influente nobis sancto spiritu*. Sic et in lib. Q. D. S. §. 42. ubi φυλακτήριον *phylacterium* vocatur. Eodem manifeste collineat Tertull. doctrina. Sic de Poenit. c. 6. *divinum beneficium*, *id est*, *abolitionem delictorum*, *inituris aquam salvum* esse adfirmat, sed non nisi resipiscentium respectu. Denique in lib. de *bapt.* mentem fusius exposuit, ubi aquis per unionem cum divina virtute vim sanctificandi tribuit: ut supra observavi. Quod vero c. 6. dicit, *nos aquis Spiritum S. non consequi*, *sed in aqua emendatos Spiritui S. praeparari*, illud hac ratione capiendum est, ut sensus sit, baptismum poenitentibus conferre remissionem peccatorum, eosque sanctificare, ut ad communionem Spiritus S. apti sint, qui, ut olim per inpositionem manuum ab Apostolis conferebatur in baptizatos, sic nunc etiam *lotis* datur, ut per eum ducantur, et ad inmortalitatem praeparentur. Quae genuina est Tertull. doctrina, ex toto libro facile petenda.

§. CXXV. Baptismo cum aequaverint, vel et praetulerint, *martyrium*, de *baptismo martyrii* aliquid monendum restat: pluribus enim opus non est, cum de eo, ejusque fundamentis, integram scripserit dissertationem Dodwellus, quae est Cyprianica XIII. Veteres *martyrium* eorum, qui vel baptizati, vel catechumeni, in unitate saltem Ecclesiae erant, consideraverunt, tanquam sacramentum aliquod, quatenus baptismum aquae, si sine eo quis moreretur, suppleverit, vel, si baptizatus esset, consummaverit, et perfecerit; adeo ut martyrium, vel, ut adpellabatur, *sanguinis baptismum*, ipsi aquae baptismo aliquatenus praetulerint, quippe

pe quo peccata perfecte auferebantur, et ea, post baptismum commissa, expiabantur, ac homo cum Deo arctius uniebatur. Inter Ignatii fragmenta est apud Grabe Spicileg. Patr. sec. II. *schismatis peccatum ne quidem sanguinem martyrii delere posse. Videtur*, inquit Clemens Alex. Strom. IV: 9. *martyrium esse* ἀποκάθαρσις ἁμαρτιῶν *expurgatio peccatorum cum gloria.* Tert. de poenit. c. 13. *secundum* adpellat *intinctionem*; et de bapt. c. 16. dicit, *hic est baptismus, qui lavacrum et non acceptum repraesentat, et perditum reddit*, ubi etiam a baptismo martyrii, quo Dominus tinctus est, et quod aqua et sanguis e latere ejus effluxerit, martyrii baptismum repetit: in Scorpiace c. 6. dicit, *poscit* Deus *secunda solatia, extrema praesidia, dimicationem martyrii, et lavacrum sanguinis exinde secutum:* rursus ib. c. 12. *sordes quidem baptismate abluuntur, maculae vero martyrio candidantur*, vid. etiam de Pudicitia cap. 23. Elegans quoque est locus apud Origen. ad Matt. p. 416. quem citasse suffecerit.

§. CXXVI. Alia cum Veteres, quantum constat, non noverint sacramenta, nisi forte specie tenus *confirmationis*, sec. sequente, de quo postea dicam, ad *Jejunia*, alteram cultus ritualis partem, pergo. Quae Veterum fuerunt hoc tempore jejunia, e Tert. de Jejuniis, et Epist. Irenaei apud Eus. H. V: 24. repetendum est. Sed e recentioribus consulendi sunt ex Reformatis J. Dallaeus de *Jejuniis et quadragesima*, et Larroquanus Advers. S. l. I., ut et Beveregius in Canon. Apost. vindicatis l. III. ubi quadragesimae antiquitatem demonstrare conatus est: ne alios memorem. Jejunium, vere sic dictum, situm fuit hoc seculo in abstinentia a quovis genere cibi, et non *carnis* tantum, ut postea factum est, quando *Xerophagiae et icthyophagiae*, seu aridorum et piscium esus, introduci coeperunt tempore jejuniorum. Tertull. l. c. contra Catholicos, quos *psychicos carnales* adpellat, disputans, diserte c. 2. dicit, illos damnare *aridorum victum*, et defendere, omnia, quae in macello venduntur, aeque esse licita: sapere vero eam Montanistarum

consuetudinem superstitionem Ethnicam et Judaicam, prae-terea Apost. inter daemonum doctrinas retulisse 1 Tim. IV. abstinentiam *a cibis, quos Deus condidit.* Marcionitas quo-que *pisces*, seu *maris copias*, *sanctiorem deputasse cibum*, tra-dit Tert. adv. Marc. I: 14. *Carnis* vero et *vini* abstinen-tiam praecepisse Marcionem et Tatianum ad *destruenda et despicienda opera Creatoris*, Idem refert de Jejun. c. 15. Ad quos etiam, ut opinor, respicit Canon Apost. 51mus, quo excommunicatio denunciatur iis, qui *a nuptiis, carne et vino*, sibi cavebant, non δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν *propter exercitationem, sed detestationem*, blasphemantes et accusantes Creationem. Ex quo, Christianos ipsos in jeju-niis *carnis et vini* usu sibi interdixisse propter ἀσκησιν *ex-ercitationes*, minus recte colligi solet, cum jejuniorum nulla fiat mentio, tantum ἀσκήσεως *exercitationis*; ita ut illud tan-tum significetur, fuisse *ascetas* inter Christianos, qui ab il-lis rebus abstinebant in perpetuum; cujus et in eo est in-dicium, quod *carnis et vini* non tantum, sed et *nuptiarum* usus ipsis fuerit vetitus. Canon ergo vult, illos *ascetas*, qui propter ἀσκησιν *exercitationem* simpliciter abstinebant, esse ferendos, nec cum haereticis, qui in contumeliam creatoris id faciebant, esse confundendos. Cujus ἀσκήσεως exemplum praebuit Alcibiades, ne alios proferam, cujus mentio est apud Eus. H. V: 3. Montanistas quoque prop-ter talem *exercitationem* ab illis cibis abstinuisse, ex Tert. l. c. clarissimum est. Quando autem, et qua ratione, locum in Ecclesia habere coeperunt *xerophagiae et ichtyophagiae*, hujus non est loci, inquirere: illud observasse suffecerit, Catholicos tempore Tert. jam aliquando *pane et aqua* in jejuniis *victitasse*, ut ipse de jejun. c. 13. adserit, sed, quod expresse addit, *ex arbitrio*, non *imperio*, id fecisse, non ex lege aliqua Ecclesiastica: quod sec. VII. demum coepit. Illustratur quoque, quod Tert. de *pane et aqua* tradit, ex Herm. Past. l. III. simil. 5., ubi Angelus ei praecipit, die jejunii *nil gustare* aliud, ac *panem et aquam.*

§. CXXVII.

§. CXXVII. Durabat memoratum jejunium, si plenum erat, ad *vesperam*, si semi-jejunium, vel *statio*, ad horam *nonam*, nec *prandio*, ut postea, fuit interruptum, sed *coena* finiebatur, exceptis Montanistis, qui stationes quoque ad vesperam protrahebant, in quo a Catholicis damnati sunt, teste Tert. de Jejun. c. 1, 10. Sed, *tempora* jejunii e more Veterum definivisse adcuratius, operae pretium fuerit. Quo fini in *publica et privata* distinguenda sunt; quorum haec erant *libera*, in cujusque posita arbitrio, quae singuli, urgentibus circumstantiis, sibi libere injungebant: stata itaque non erant, nec certis temporibus adfixa; licet forte stationum dies passim ad ea fuerint selecti; uti Herm. Past. instituisse videtur, loco modo citato, ubi, eam etiam ob rationem, *stationum* nomine insignita sunt. *Publica* jejunia fuerunt, vel *perfecta*, *vel inperfecta.* Quorum *haec bis* per hebdomadem, feria *quarta*, qua Christus a Juda proditus est, et *sexta*, qua passus est, celebrari solebant, de quo vid. saec. III. scriptor Victorinus, apud Cave in Hist. Litt. Epiphanius autem duplicem commisit in *exposit. fidei* errorem, cum ea ab institutione Apost. derivat, et feriae quartae stationem inde repetit, quod Christus eo die comprehensus sit: *posterius* enim historiae euangelicae repugnat, et verior ratio in proditione Judae ponitur, uti est in Const. Apost. l. VII. c. 23. *Prius* ex Tert. falsi convincitur, cum ejus tempore *stationes* certa lege nondum fuerint definitae. Ipse enim de Jejun. c. 10. diserte habet, Catholicos dicere, *ex arbitrio hoc munus esse obeundum*, qui etiam antea c. 2. dixerat, eos in illorum dierum observatione *passive currere*, h. e. passim et pro arbitrio, addit enim, *neque sub lege praecepti.* Quo facit, quod Apollonius accusaverit apud Eus. H. V: 18. Montanum, tanquam qui *primus* leges jejuniorum fixerit, sed post Tertull. tempus videntur mox *stationes* praescriptae, et jejuniis dicatae. Utique Canon Ap. 61*mus* illud sub excommunicationis poena sancivit. Clem. Alex. Strom. VII. p. 877. quoque tradit,

Gnosticum suum, eo nomine dignum, *scire* jejunii *quartae* *et sextae* feriae aenigmata, dicitur enim, ita pergit, *illa dies Mercurii*, *hic vero Veneris*, *jejunat itaque per vitam a avaritia et libidine*, quae Mercurii et Veneris sunt vitia. Sed hoc non fuit solum inter tempora ante et post Tertull. discrimen, quod lege postea fixi fuerint illi dies, verum et aliud, quod dies illi *jejuniis* directe et proprie postea fuerint consecrati, cum, aetate Tertull., orationibus et conventibus sacris inservierint, indirecte tantum, et per accidens, comprehenderint *jejunium*, quatenus sacris ad horam *nonam* occupati fuerint per illos dies Christiani, adeoque *jejuni* perstiterint eousque. Unde est, quod inter *stationes* quae illis diebus locum tenebant, et *jejunia* distinxerit Tertull., dicens, de Jejun. c. 14. *cur stationibus quartam, et sextam Sabbati dicamus; et jejuniis parascheven?* seu diem antepaschalem, de quo mox. Vid. et ib. c. 1. et ad Uxor. II: 4. Quare de Jejun. c. 13. adpellavit *stationum semi-jejunia*. Ceterum *stationis*, a jejunio distinctae, nomine insignitur apud Tertull. illud *religiosum fidelium officium*, *quo certis diebus ad synaxin adeuntes*, *ibidem ad nonam usque horam* (quae nostra pomeridiana tertia est) *perseverabant:* unde *stationis* nomen fluxit, ab ipsa scilicet adsistendi, et commorandi functione, quia ultra legitimum synaxeon tempus, videlicet matutinum, officium ad horam nonam producebant: quare cum militum *stationibus* comparavit Tertull. de Orat. circa fin. Plura vid. apud Albaspin. Obs. S. lib. I. obs. 18 et Petav. not. ad Epiphan. Hae vero stationes plerumque cum jejuniis erant conjunctae, primum quidem, quod tam diu in officio perstantes cibum non potuerint sumere, deinde, religiosum jejunium passim celebrarint illis diebus, sed sponte, donec id lege fuerit cautum.

§. CXXVIII. *Perfecta*, quae proprie dicta quoque erant jejunia, nulla fuerunt, tempore Tert., apud Catholicos fixa et solennia, praeter *antepaschale*. Episcopi quidem, urgente necessitate, mandare solebant jejunia, praesertim ex

ex *aliqua ſollicitudinis cauſa*, ut loquitur Tert. de Jejun. c. 13. ſed ſtata, et juſſa, erant nulla: quare Montanus ab Apollonio apud Euſ. H. V: 18. *jejunia* lege *conſtituiſſe* dicitur, et damnatur. Praeterea ſolum antepaſchale in uſu fuiſſe, manifeſtum eſt ex Tert. ib. c. 2. ubi de Catholicis in haec verba loquitur: *certe in Euangelio illos dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus eſt ſponſus, et hos eſſe jam ſolos legitimos jejuniorum Chriſtianorum*: ſic et de Orat. c. 14. die paſchae tradit eſſe *communem, et quaſi publicam jejunii religionem.* Quam conſuetudinem ex dicto Chriſti Matt. IX: 15., quod ad litteram intellexerunt, et pro mandato Chriſti habuerunt, derivarunt, et inde diebus *Veneris* et *Saturni* in hebdomade paſchali jejunarunt ſolenniter. Sic intelligendus eſt Tert. de Jejun. c. 14 dicens; *cur ſtationibus quartam et ſextam Sabbati* (ſcilicet per omnes hebdomadas anni) *dicamus*, et *jejuniis paraſcheven?* ſcilicet diem Veneris ante paſcha, quae Judaeorum erat *παρασκεύη paraſcheve*, uti in euangelio Joh. traditur. Hic loci genuinus, et facilis, eſt ſenſus, in quo fruſtra laborarunt Docti. Sed illud obſervari meretur, Tertull. ibid. addere; Catholicos aliquando *Sabbatum*, quod diem illum Veneris inmediate ſequitur, in iſto jejunio continuare, *ſecundum rationem*, inquit, *alibi redditam*, ſcilicet ib. c. 2. ubi *propter ſponſum ablatum* dixerat nos jejunare: Chriſtus enim die Veneris mortuus eſt, et die Saturni in ſepulchro manſit. Haec licet vera ſint, in modo tamen hujus jejunii haud levis viguit diſcrepantia, ſicut ex Epiſt. Irenaei ad Victorem, Epiſcopum Romanum, apud Euſ. l. V: 24. luculenter patet. *Quidam*, inquit Irenaeus, *exiſtimant, uno die ſibi eſſe jejunandum, alii duobus, alii etiam pluribus, alii vero quadraginta horis, diurnis ac nocturnis computatis, diem ſuum metiuntur:* ſic enim verſio Lat. habet apud Valeſ., de quo ſtatim. Qui *unum* diem tenebant, die *Veneris* jejunabant, qui vero *duos*, Sabbatum addebant, qui *plures* totam ſeptimanam ante-paſchalem jejuniis tranſigebant. Sed quid ſibi ultimi illi voluerint,

luerint, valde controversum est, dum alii *quadraginta dies* intelligant, uti pluribus conatus est demonstrare Beveregius l. c. sed alii quadraginta tantum *horas*, adeo ut jejunatum fuerit non tantum *duobus* diebus, Veneris et Sabbati ante diem, quo resurrexit Christus, sed et *noctibus* quoque, qui itaque tempus ablati sponsi definiverunt *quadraginta horis*: cum enim Christus hora *sexta* diei Veneris crucifixus sit, ab inde jejunare coeperunt usque ad summum mane diei dominicae: quod spatium exacte *quadraginta* est *horarum*: dies enim Veneris adhuc sex habebat, dies Saturni cum nocte praecedente *viginti quatuor*, quae erant *triginta* horae, addantur *decem* pro nocte, diem dominicum praecedente, *quadraginta* exorientur horae, Christo *duabus* horis ante diem exsuscitato. Quam sententiam pluribus adstruere conatus est Dallaeus de Jejun. l. III. c. 7.

§. CXXIX. Omnibus rite ponderatis, in Dallaei sententiam non vereor descendere, ob has rationes. 1. Cum dixisset Iren., alios *unum*, alios *duos*, alios *etiam plures* jejunasse dies, minus apte, alios 40. *dies* id fecisse, subjungeret, cum quod phrasi, *plures* dies, comprehensi sint, tum *etiam* plures dicat, argumento, generali hac phrasi comprehendi omnes, qui *plures*, quam *duos*, dies transigebant jejunantes. 2. Si 40 intelligantur *dies*, verba sequentia de *horis nocturnis et diurnis*, quibus *diem* suum metiebantur, commodum non admittunt sensum; cum non tradat, aliquos sic computare diem jejunii, sed in genere diem sic computare. Ex quo colligendum est, omnes, qui in numero dierum discrepabant, secum in eo convenire, quod diem jejunii sic mensurarint, ut horas nocturnas etiam inpenderint jejunio: quod ab omni probabili abhorret, cum 40 diebus per noctem jejunare non potuerint, nec etiam verum est, quia *vesperi* solvebatur jejunium: uti modo notavi, et Epiph. exp. fid. §. 22. diserte adserit, ubi etiam addit σπουδαίους *studiosos* et rigidiores aliquos jejunium ad galli cantum, et lucis exortum, producere: quale jejunium ὑπέρθεσις *superpositio* adpellatur

latur, quod Valef. ad Euf. l. c. etiam obfervavit. Vid. et Dionyfii Alex., Origenis difcipuli, epift. ad Bafilidem in Pandectis Canon. Bevereg. tom. II. Agit quoque 3. hoc loco Irenaeus non de jejunio *quadragefimae*, fic dictae, fed *pafchali*, quod in hebdomadem ante-pafchalem incidebat, dicit enim, quaeftionem non tantum effe de die pafchali, fed et ipfo modo jejunii, fcilicet, quod pafchale erat. Quadragefima autem a jejunio pafchali folebat diftingui, ut vel ex Epiph. l. c. patet: fic et Conftit. Ap. V: 13. *celebretur jejunium hoc*, fcilicet quadragefimae, ante *jejunium pafchae*. Comprehenderunt quidem nonnulli fub eo *pafchale*, tanquam ejus *claufulam;* fed non fuit complexum quadragefimam, et per fe diftinctum quid fuit. Iren. quoque de *pafchae* jejunio, proprie fic dicto, agit: quare adferere non potuit, alios jejunare 40 diebus. 4. Confirmat noftram opinionem Dionyfius Alex. in epift. cit., ubi tradit, aliquos, diem Veneris et Saturni hebdomadis pafchalis jejunantes, ad *galli* cantum produxiffe jejunium, adeoque horas etiam nocturnas aeque ac diurnas inpendiffe jejunio: quod dicto Irenaei proxime convenit. Habet itaque, ut concludam, mens Irenaei faciles explicatus, fi *horas* intelligas 40, et non, fi totidem dies. Videtur quidem durius dictu, quod eos dicat ἡμέραν *diem* computare 40 horas: fed, fi lectio non fit vitiata, et νηστείαν *jejunium*, cum Valefio, legere non liceat, quod non eft abfonum, vel in genere *tempus* jejunii intellexit, vel *diem* in fpecie dixit, quia illi vere unum tantum diem integrum Sabbati jejunarunt, quem cum nocte antecedente et confequente, et parte diei Veneris, jejunio dicarunt. Denique 5. addatur, quadragefimam tempore Tertull. nondum in ufu fuiffe, cum ille nufquam non tantum ejus meminerit, fed et pafchae jejunium folum effe Catholicorum adfirmat. Quando vero coeperit, pro certo nequit adfirmari. Origen. hom. X. in Lev., et can. Apoft. 69. *quadragefimae* quidem meminerunt, fed Origenis verfioni Lat. fidendum femper non eft, et, cujus antiquitatis fit ifte ca-

non, non constat. Accedit, vocem illam subinde latiorem admittere significatum, ita ut 40 dies semper non significet. De quo vid. Dallaeus l. c. Jejunium ante-paschale nomine *quadragesimae* insigniri potuit, vel quod 40 horas passim continuerit, vel tempus ablati sponsi, in cujus memoriam fuit institutum, ex tot horis constiterit, vel etiam imitari voluerint jejunium Christi tot dierum, totidem substitutis horis; ut est in Epist. Ignatii ad Philipp. c. 2. interpolata. De origine vero vocis *quadragesimae* ad sec. sequens quid monebo.

§. CXXX. De circumstantiis *locorum* et *temporum* cultus publici agendum unice restat. Licet a *Templorum* vocabulo sibi sollicite caverint Christiani, quin negaverint sibi esse Templa, uti est apud Min. Fel. in Octavio, Origen. contra Cels. l. VII et VIII. et ante eos Clem. Alex. Strom. l. VII., inde colligendum non est, eos fixis et statis caruisse conventus religiosi aedibus; cum eo ipso tempore, quo amplissimas habuerunt basilicas, sec. IV et V., ab eo nomine adhuc passim abstinuerint; et suas aedes opposuerint Templis, uti ex Arnob. cont. Gent. l. VI. Hieron. ep. ad Riparium presbyterum, et aliis, constat. Sumta itaque sunt Templa, sensu Gentilium, pro locis sublimioribus, certo alicui Numini ita dicatis, ut in ea adtractum ritibus superstitiosis quasi illis includeretur, saltem adfixum teneretur, et unice conveniri deberet. Vid. praeter loca citata Lactant. *Instit.* II: 2. Sic et Templum Deorum ac Ecclesia Christianorum opponuntur in Epistola Aureliani de libris Sibyllinis, ut narrat Vopiscus in Aureliano. Christianos vero hoc et seq. seculo gavisos esse certis et fixis locis religiosis, etsi aliqui negarint, res mihi videtur exploratissima. Vid. Mede in tractatu hac de re Anglice scripto, Oper. Vol. I. Proferam loca hujus, et seq. seculi, ante persecutionem Diocletianeam, satis clara. Eus. H. l. VIII: 1. ut generale ejus testimonium praemittam, Ecclesiae prosperitatem post Cyprianum ad sua usque tempora describens, inter alia dicens, *eos, priscis aedibus*

bus non contentos, in ſingulis urbibus ab ipſis fundamentis ſpatioſas exſtruxiſſe Eccleſias, Chriſtianis ante ea tempora *priſca* aedificia diſerte adtribuit. Lampridius in Alexandro Mammaeae c. 49. refert, cum Chriſtiani *quendam locum, quia publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarii dicerent, ſibi deberi*, Inperatorem reſcripſiſſe, *melius eſſe, ut quomodocunque Deus ibi colatur, quam popinariis dedatur.* Reſcriptum Gallieni, quo Eccleſiae reddidit pacem, apud Euſ. H. VII: 13. diſerte jubet, ut *a locis* eorum *religioſis manus* abſtineant: ſed audiamus Tertull., qui de Idolol. c. 7. *indignum eſſe* dicit, Chriſtianum ab Idolis *in Eccleſiam venire, de adverſarii officina in domum Dei;* luculentius adv. Valentin. c. 3. *Noſtrae columbae etiam domus ſimplex in editis ſemper et apertis, et ad lucem*, ſeu orientem, addit enim, *amat figura Spiritus S.* (ſcilicet *columba*, quae eſt Eccleſia) *Orientem, Chriſti figuram.* Nomine Eccleſiae quoque diſerte locum congregationis deſignat, de ſpect. c. 25. Coron. mil. c. 3. ad Uxor. l. II. fin. Clem. quoque Alex. ſtrom. l. VII: 5. cum dicit, *non enim nunc locum, ſed electorum congregationem, adpello Eccleſiam*, loca eo nomine inſignita fuiſſe Chriſtianis, haud obſcure indicat: ſicut in lib. Q. D. S. §. 42. ubi hiſtoria juvenis, inter latrones verſantis, et a Johanne converſi, narratur, juvenis *ab Eccleſia deficiens* dicitur *montem occupaſſe pro Eccleſia.* Denique Juſt. M. apol. II. §. 87. *die ſolis omnium, qui vel in urbibus vel in agris degunt, in eundem locum conventus fit.* Praecipit quoque Ignat. epiſt. ad Magnes. §. 7. ut *in unum Templum Dei concurrant, ad unum altare:* ubi pro aede ſacra illud nomen uſurpavit, cum adluſione ad Templum Hieroſol.

§. CXXXI. Sed, perſecutionibus exagitati, cum ſtata loca frequentare non poſſent, ſacra, ubicunque locorum poterant, celebrarunt, uti egregie docet Dionyſ. Alex. apud Euſ. H. VII: 22. *Quivis locus*, dicens, *in quo varias aerumnas ſingillatim pertulimus, ager, ſolitudo, navis, ſtabulum, carcer, locus panegyricus nobis fuit.* Ceterum martyrum corpora, ſi eorum

copia fieret Christianis, sedulo curare et occultare solebant, sive domibus privatis reconderent, sive in *areis*, quae loca erant in urbe vacua, quorum Tert. ad Scapul. et alibi meminit, sive in *coemiteriis* dormitoriis, quae extra urbem esse solebant, in quibus martyres editioribus aliquando tumulis, titulis nonnullis insignitis, ornabantur, sive denique, ut putatur, in *cryptis* et catacumbis, locis subterraneis, ubi cavernae sunt et locula cadavera capientia; qualia circa Romam sunt spatiosissima; in quae martyres fuisse solitos inferri, traditio quidem habet, quibus Aringhus in Roma subterranea, post Bosium, illustrandis magnam navavit operam; sed saepe in cassum, cum multa fabulosa sint inmixta; de quo vid. Basnagius in hist. Eccles. l. XVIII. Nec tamen in universum negandum videtur, Christianos in ejusmodi cryptis sepelivisse mortuos suos, et conventus habuisse, vid. Mabillon Itin. Ital. p. 138. AEmilianus praefectus AEgypti vetuit, teste Eus. H. VII: 11. Christianos εἰσιέναι *introire in coemiteria*, quod in ejusmodi loca subterranea recte quadrat.

§. CXXXII. Inter festa hebdomalia, ut *tempora* cultus publici recenseam, locum tenuisse constat diem *dominicum*, in memoriam resurrectionis Christi, etiam *solis* dictum, quod *soli* esset apud Gentiles sacer, sed apud Christianos emblema Christi sit sol, ipse quoque eo die fuerit denuo exortus per resurrectionem, creatio quoque rerum tunc habuerit initium, uti Just. M. ap. II. §. 87., ubi ejus diei diserte meminit, addit, quae etiam ratio est, quare eo die *stantes* orarint: ut supra notavi. Vid. de die hoc quoque Tert. de coron. mil. c. 3., ubi jejunium eo die fuisse illicitum quoque tradit. Sic et alibi in Apol. c. 16. *diem solis*, inquit, *laetitiae indulgemus.* Nec dubium mihi est, quin eum quoque intenderit Plinius ep. 97. lib. X., ubi, *Christianos stato die ante lucem convenire*, adfirmat, et non diem Saturni, seu Sabbatum Judaicum, quippe Christianis vel plane non, saltem ex Gentilibus, vel non solenniter, et passim, usitatum: secus ac vulgo putatur. De quo paulo adcuratius

adcuratius diſſerendum eſt. Antiquius, quoad *Sabbatum*, mihi non ſuppetit aetate Tertulliani teſtimonium. Conſtitutiones enim Apoſt., ac epiſt. interpolatae Ignatii, quae recentioris ſunt temporis, in rem nihil faciunt: nec ex Tert. aliud, quam eo die non fuiſſe jejunatum, colligi poteſt. Ita de Jejun. c. 14. *quanquam vos*, Catholicos adlocutus inquit, *etiam Sabbatum, ſi quando continuatis, nunquam niſi in paſcha jejunandum* etc., ergo tantum in Sabbato paſchali, propter peculiarem ſepulturae Chriſti rationem. Montaniſtis quoque ib. c. 15. dicit duas in anno eſſe hebdomadas Xerophagiarum, *exceptis Sabbatis et Dominiacis.* Videntur Chriſtiani a jejunio die Sabbati abſtinuiſſe, ut ſe ab haereticis, qui Patrem Chriſti negabant Creatorem eſſe, et propterea ſabbati, quippe creationis ſigni, nullam habebant rationem, diſtinguerent. Marcionem profecto *jejunium* ſabbato praecepiſſe, tradit Epiph. haer. 42., ſed ſabbati, tanquam *diei religioſi* inter Chriſtianos, nullum exſtat apud ſcriptores hujus ſeculi indubium teſtimonium, ne quidem apud Tertull., quin potius contrarium. Ipſe enim de Idol. c. 14. dies feſtos recenſens, et Gentilibus opponens, inquit: *nam ethnicis ſemel annuus quiſque dies feſtus eſt, tibi octavus quiſque dies;* qui locus notabilior eſt, quod demonſtrare velit, Chriſtianorum feſta plura eſſe numero, quam paganorum: ubi diem ſabbati non neglexiſſet memorare, ſi in uſu fuiſſet. Praeterea cont. Jud. c. 4. etc. ſabbati obſervantiam eſſe una cum ſacrificiis et aliis legalibus abolitam, multis diſputat. Quam eandem in mentem conſpirat Clem. Alex. Strom. l. VI. p. 810. ubi praeceptum de ſabbato intelligendum eſſe contendit de *ſpirituali quiete*, per totam oeconomiam Novam. Clarius adhuc Pſeudo-Barnabas in Epiſt. §. 15. qui diem Dominicum non tantum ſolum memorat, ſed et, in ſabbati locum ſucceſſiſſe, clare indicat. Imo Ignatius ad Magnes. §. 9. Chriſtianos non amplius colere ſabbatum, ſed diem Dominicum, diſerte docet, qui locus valde vitiatus eſt in Epiſt. interpolata. Denique Juſt. M. l. c. diem ſolis unice memo-

rat, et finem ac scopum Sabbati, tanquam creationis signi, ad diem dominicum transfert, quippe quo creatio sumsit initium. Eodem quoque tendit Irenaei doctrina: nam l. IV. c. 16. Sabbatum refert ad totius oeconomiae N. quietem, illudque esse antiquatum haud obscure significat, cum ea, quae in servitutem ac signa Israeli data sunt, circumscripta esse tradat *novo libertatis Testamento.* Denique can. apost. 66. jejunium quidem severe prohibet sabbaticum, sed de festivitate diei nihil habet, imo can. 70. festos dies cum Judaeis celebrare vetat. Nullum itaque Sabbati, tanquam festi Christianorum, clarum exstat hoc sec. indicium: sed non videtur inprobabile, Christianos ex Judaeis illum diem in Oriente religiose coluisse, quod de Ebionitis Judaizantibus refert Eus. H. III: 27. Quod postea videtur sensim ad alios propagatum, primum a jejunio abstinendo, dein ut diem festum celebrando; uti sec. IV. obtinuit, et in Const. Ap. VII: 24. praecipitur. Postea sec. IV. init. *jejunium* Sabbati introduxit Ecclesia Latina Romana, uti habet can. 26. concilii Eliberitani in Hispania, his verbis: *errorem placuit corrigi, ut omni die Sabbati superpositiones* (jejunando scilicet) *celebremus.* Socrat. H. V: 22. quoque refert, Alexandrinos et Romanos detrectare die sabbati sacra mysteria celebrare, secundum antiquam traditionem; reliquas vero Ecclesias omnes sabbatum habere *diem festum.* Canon quoque Laodicenus 16*tus*, ejusdem seculi, euangeliorum, et reliquarum Scripturarum, lectionem diebus Sabbati instituendam praecipit; sed can. 29. vetat iis diebus *otiari*, tantum diebus dominicis ab omni opere vacare vult. Ex quo patet, inter eos dies adhuc discrimen fuisse, nec Sabbatum pro festo, proprie sic dicto, habitum. Cui non obstat, quod Constant. M. apud Eus. vit. Const. IV: 18. praecepisse tradatur, *die dominico feriari, similiter etiam* τὰς τοῦ σαββάτου τιμᾶν *dies Sabbati honorare*, cum legi debeat, quod jam vidit Valesius, τὴν πρὸ τοῦ σαββάτου *eam ante Sabbatum*, ut habet Sozom. H. I: 7. et dies *Veneris* intelligi, de quo, tanquam sacro, supra egi.

§. CXXXIII.

§. CXXXIII. Feſta annua nulla fuerunt, quantum conſtat, praeter *Paſchatis* et *Pentecoſtes*. Quorum illud eſt omnium antiquiſſimum, ut vel ex diſputationibus de ejus die, quae hoc ſec. viguerunt, de quo poſtea, ſatis eluceſcit. Cum vero de jejunio hebdomadis paſchalis ſupra egerim, duo tantum reſtant notanda: *unum*, moris fuiſſe panem euchariſticum ad alios epiſcopos, communionis teſtificandae ergo, mittere; uti ex Epiſt. Irenaei apud Euſ. H. V: 24. manifeſtum eſt; provocat enim ibi Irenaeus, Victorem Epiſcopum Rom. perſtringens, ad antiqua tempora, quibus presbyteri, licet de die paſchatis inter ſe diſſentientes, tranſmiſiſſe ſibi invicem dicuntur euchariſtiam. *Alterum* eſt, noctem, quae diem paſchae, quo Chriſtus reſurrexit, proxime praecedit, ſolitos fuiſſe inpendere *vigiliis*, et in Eccleſiis pernoctare, ſimul ſibi mutuo ſub lucem gratulari de Domini reſurrectione, dicendo, *Dominus reſurrexit*. Dicebatur *pervigilium Paſchae*, et ejus diſerte meminit Tert. ad Uxor. II: 4. ubi eam a nuptiis cum Gentili per hanc etiam dehortatur rationem: *quis denique ſolennibus Paſchae abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?* Quae conſuetudo poſtea non tantum continuavit, ſed et celebrior facta eſt ſec. IV. quando pervigiliae, *lucernis et lampadibus*, *per noctem* ardentibus, ſunt celebratae. Vid. Euſ. vit. Conſt. IV: 17. De quo poſtea. Praeterea totum inter Paſcha et Pentecoſten intervallum laetitia eſſe peragendum, omni etiam jejunio illicito, clare docet Tert. de coron. mil. c. 3. *Die Dominico jejunium*, dicens, *nefas ducimus*, *vel de geniculis adorare: eadem inmunitate a die Paſchae in Pentecoſten uſque gaudemus*. Vid. et de Idolol. c. 14. et bapt. c. 19. Quare *Pentecoſtes* vox, eodem ibid. teſte, tam late aliquando extenditur, ut totum illud tempus intermedium complectatur. Denique ipſe dies Pentecoſtalis feſtus cum maxime fuit; ut ex locis citatis conſtat. De antiquitate quoque ejus teſtatur fragmentum Irenaei apud Pſeudo-Juſt. M. Quaeſt. 115 ad Orthodoxos: genuflexionem enim eo die eſſe vetitam, et illum eodem

per omnia loco haberi, ac diem dominicum. Origen. quoque contra Cels. l. VIII. p. 392. memorat *dominicas*, *paraskevas*, *Pascha et Pentecosten*, nulla Sabbati, aut aliorum festorum, mentione facta. Sed apud Gnosticos in usu jam fuit festum *nativitatis Christi*, *et baptismi*, die *11mo* Tybi Mensis AEgypt., qui est *6tus* Jan.; unde postea recepit Ecclesia Orientalis. Vid. Clem. Alex. Strom. l. I. p. 408.

REGIMEN ET DISCIPLINA.

§. CXXXIV. Ecclesia hoc sec., ad finem vergente, et deinceps magis, distincta jam fuit in Clericos et Laicos, et illi rursus in Rectores ac Ministrantes, priores in Episcopos et Presbyteros, posteriores in Diaconos, et alios inferioris ordinis. De quibus distincte agam. Primi, qui κλήρου *cleri* adpellatione usi sunt, et Clericorum distinctum ordinem memorarunt, sunt Clem. Alex. et Tertull. Occurrit quidem nomen Laicorum apud Clem. Rom. ep. ad Cor. §. 40. sed tantum respectu Vet. Test. Clem. Alex. vero in lib. Q. D. S. §. 42. refert, Johannem Apostolum, ab exilio Ephesum reducem, partim constituisse Episcopos, partim ecclesias per se gubernasse, partim unumquemque a spiritu indicatorum, κλήρῳ κληρώσων, (ita enim, et non κλῆρον leg., vid. et Eus. H. III: 23.) Quae phrasis vel in *clerum adlegare* significat, vel *sorte* id facere, sive vere usus fuerit sortitione, ad exemplum Apostolorum Act. I. in Matthiae electione, sive divino instinctu, sortis locum obtinente, peregerit; utique locus videtur de certis et extraordinariis viris, ad aliquod munus per universam Ecclesiam destinatis, capiendus. Quicquid sit, κλῆρος *clerus* denotat ordinem a Laicis distinctum: de quo clarius ex Tertull. de monogam. c. 12. constat. Nec, unde haec adpellatio repetierit originem, in difficili est. Vox enim in genere exprimit, quod alicui quocunque modo obtingit, unde ad munus transfertur et laborem demandatum, uti Act. I: 17. et hinc ortus videtur

usus

usus de munere Ecclesiastico. Sed sicut in *ordinem* et *plebem* distinctio a Romanorum institutis, ita in Clericos et Laicos tracta est a Judaeorum sacris, et tunc maxime invaluit, quando praelati Ecclesiae sibi peculiarem ad Deum prae reliquis adrogarunt praerogativam, quatenus Deo in specie consecrati, et ejus sors ac haereditas, censerentur, simul aliquod sacerdotium regale, ad imaginem Vet. Test., se facere putaverint. Quae ipsa distinctio, et conformatio ad statum sacerdotalem V. T., produxit deinceps, magno Ecclesiae damno, hierarchiam, ac supremam Cleri potestatem.

§. CXXXV. Cum vero Clericorum *ordo* vel sit *superior*, qui Episcopos comprehendit et Presbyteros, vel *inferior*, qui Diaconos, ut Vetus habet autor de *haereticis non rebaptizandis* apud Vales. ad Eus. H. VI: 43., de *superiore* adgredior agere. Fuisse hoc sec. Episcopos, a Presbyteris distinctos, sicut ex supra disputatis ad praecedens sec. manifestum est, ita ex scriptoribus hujus sec. extra dubium, ab ipsis etiam illis, qui sec. I. id negarunt, agnitum. Utique Blondellus et Salmasius distinctos illos coepisse Ordines circa medium sec. statuunt, quando Pseudo-Ignatium, qui Episcopatum eo sensu, ut putant, *νεωτερικὴν τάξιν novellum Ordinem* adpellavit, vixisse putant: sed per totum seculum distinctos illos substitisse ordines, ex disertis Veterum locis, et continua successione, nimis evidenter demonstrarunt Pearson Vind. Ignat. p. II. c. 13. et Beveregius in Canon. Apost. vindicatis l. II. c. 12. quam ut dubiis amplius accenseri possit. Hoc itaque admisso, nostrum tantum fuerit explicare, quale et quantum inter eos obtinuerit hoc sec. discrimen. Episcopos cum Presbyteris superiore sec. unum adhuc constituisse collegium, ita ut Episcopus non *ordine*, sensu Ecclesiastico sumta voce, sed gradu tantum, et aliqua autoritate fuerit superior, tanquam perpetuus collegii Praeses, supra demonstravi. Qua ratione res sese hoc sec. habuerit, ut elucescat, Ecclesiae sunt distinguendae, cum ordo Episcopalis non fuerit ubique ejusdem dignitatis et autoritatis,

Episcopi enim pro diversa indole et opinionibus autoritatem magis minusve in altum extulerunt.

§. CXXXVI. In Ecclesia Alexandrina rem in eodem statu, quo sec. praecedente fuerat, mansisse, duae mihi videntur comprobare rationes. Quarum unam suppeditat Hieronymus in Epist. illa notissima ad Evagrium, his verbis. '*Alexandriae a Marco Euangelista usque ad Heraclam et Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominarunt, quo modo si exercitus Inperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se quem industrium noverint, et Archidiaconum vocent.* Concinit aliqua parte Eutychius in Origin. Alexandrinis, sed admiscuit aliena, et illud mansisse tradit usque ad Alexandrum, seu sec. IV*tum.* Hieronymus, cui tutius fiditur, ut recte intelligatur, notandum est, Heraclam, unum ex Origenis discipulis, sedem ibi accepisse Episcopalem tempore Alexandri Inperatoris a. 230., qui primus mutationem, secundum Hieron., invexit. Deinde cum duplice, et longe diversae naturae, utatur comparatione Hieronymus, observandum est, alteram ad Episcopum relate ad Ecclesiam, alteram relate ad Presbyteros, pertinere. Cum enim dixisset, Episcopum ex Presbyteris eligi, et ab ipsis adpellari *Episcopum;* illud dupliciter potest intelligi, vel ab Ecclesia eum fuisse electum, vel a Presbyteris: priore casu erat, acsi exercitus eligeret Inperatorem, posteriore vero, acsi diaconi eligerent Archidiaconum: habuisse autem plebem insignes in electione illa partes, certum est, et postea patebit. Qua ratione cuncta faciles habent explicatus, alias inpeditiora, et sibi contraria. Quibus animadversis, thesis nostra sese sponte sua offeret. Cum enim Episcopi ad Presbyteros relatio sit, ut Archidiaconi ad Diaconos, ejusdem oportet sint ordinis et collegii, sed diversi gradus, quatenus in excelsiore gradu erat Episcopus, unus itaque presbyterorum, in excelsiore gradu collocatus.

§. CXXXVII. Hieronymi narrationi, et thesi nostrae, pondus addit, quae altera nostra est ratio, collatio inter Cle-

mentis

mentis Alex. et Origenis doctrinam instituta; cum ille, sub Caracalla mortuus, floruerit ante Heraclam, hic vero post eum. Clemens Alex. diserte quidem inter Episcopos et Presbyteros distinguit Paedag. III: 12. et Strom. VI: 13. sed ita, ut eos ad unam videatur referre classem, unum ordinem et collegium: sic enim diserte Strom. VII: 1. duos tantum ordines in Ecclesia agnoscit, presbyterorum et Diaconorum; priorem adpellat θεραπείαν βελτιωτικὴν *cultum qui facit meliores*, et posteriorem ὑπηρετικὴν *qui servit*, ubi presbyterorum nomine omnino Episcopos comprehendit, et non, ut aliis videtur, sub Diaconorum, ut vel ex loco inspecto patet. Sed Origenis doctrina longe excellentiorem exhibet Episcoporum dignitatem. Hom. XI*ma* in Jerem. *Plus a me*, inquit tunc presbyter, *exigitur quam a Diacono, plus a Diacono, quam laico, qui vero ad Principatum supra hos omnes ordinatus est, majori debito est obstrictus*, qui est Episcopus, cui τὴν τῶν πάντων ἀρχὴν *principatum super omnes* tribuit. Sic contra Cels. l. III. p. 129. βουλὴν Senatum Ecclesiae et Civitatis apud Athenienses secum comparat, utriusque etiam societatis βουλευτὰς consiliarios, qui presbyteri sunt, denique ἄρχοντα ἐκκλησίας confert ad summum Civitatis magistratum. Ex quo, Episcopum pro principe collegii, et supremae dignitatis viro, haberi, recte colligitur. Probare quidem conatus est Salmasius in *Adpar. ad Primatum Papae* aequalitatem Episcoporum et Presbyterorum ex eo, quod Origen. ibid. l. VIII. σύστημα *systema* memoret, a Deo conditum, sed non intelligitur *presbyterorum*, ut ille putat, verum *Ecclesiae* coetus, Gentilium coetui oppositus, ut recte advertit Pears. l. cit.

§. CXXXVIII. Aliis multis in Ecclesiis majorem acquisivisse videtur dignitatem et autoritatem ordo Episcopalis, uti in Ecclesiis Asiaticis, ad quas scripsit Ignatius, ut ex ejus epistolis elucescit. Ipse enim per omnes Epistolas, excepta ad Romanos, ubi nulla reperitur Episcoporum, aut ministrorum Ecclesiae mentio, mirifice eum extollit, in primis in epist. ad Smyrn., ubi mentem clarius expressit, ex.

gr. §. 8. *omnes Epiſcopum ſequimini, ut Chriſtus Patrem, preſbyterium ut Apoſtolos*, Diaconos *revereamini ut Dei mandatum:* ex quo loco ſimilis ad Trall. §. 3. ut id obiter moneam, emendandus eſt: rurſus §. 9. *qui clam Epiſcopo quid agit Diabolo praeſtat obſequium:* ſic et §. 8. *quid ipſe probaverit, hoc etiam Deo acceptum eſt: rata habeatur euchariſtia*, ita pergit, *quae ſub Epiſcopo fuerit*, vel *cui ipſe conceſſerit; non licet ſine Epiſcopo, nec baptizare, nec agapen celebrare.* Imo in Epiſt. ad Polycarp. §. 5. *conjugia ſine Epiſcopi ſententia* vetat peragi. Unde facile liquet, Epiſcopum ab ipſo conſiderari, tanquam qui vicem Chriſti gerit, cujus curae ſacramentorum commiſſa eſt adminiſtratio, ſine cujus approbatione aut communione res Eccleſiae non debent peragi, quique Eccleſiam vere conjungit, ejuſque unionis centrum eſt. In eandem plane mentem ubique loquitur, ex. gr. ad Epheſ. §. 3. 6. Magneſ. §. 6. Trall. §. 2, 3. Epiſcopo in omnibus obediendum, et ſine eo nihil agendum eſſe, ubique inculcat, uti ad Epheſ. §. 4, 5. Magneſ. §. 4. 23. Philipp. §. 7. Polycarp. §. 4.

§. CXXXIX. Quibus duo addenda ſunt obſervata, quae generales, et nimis emphaticas, phraſes aliquatenus limitant, *unum* Presbyterorum dignitatem non fuiſſe ab Ignatio prorſus obſcuratam, ne quidem eo uſque, quo poſtea delapſa eſt, ſed ſartam tectam conſervatam. Dicit enim, eos locum Apoſtolorum ſupplere, et cum Epiſcopis paſſim conjungit, ubi fidelibus inperat obedientiam, uti ad Epheſ. §. 2, 4, 20 Magnes. §. 2, 6, 7, 13. Trall. §. 2, 3, 13. Smyrn. §. 12. Denique Epiſcopo ita coaptandos eſſe declarat Presbyteros, ut *chordas citharae*, ad Epheſ. §. 2. ſicut itaque cithara ſine chordis muſice non ſonat, nec Chriſtus ſine Apoſtolis quid egerit, ſed per eos paſſim; ita, ſecundum Ignatium, nec Presbyteri ſine Epiſcopo, nec hic ſine illis, ſuprema tantum autoritate penes Epiſcopum reſidente. Qui verus eſt doctrinae Ignatianae conſpectus. *Alterum* habet, ſubjectionem, credentibus ab Ignatio inperatam, non fuiſſe illimitatam,

tam, sed quatenus nihil contra Christi voluntatem, aut mandatum, ab Episcopo praecipitur: uti ad Polyc. §. 4. *nihil sine tua voluntate fiat, nec tu quicquam sine Dei voluntate agas.* Sic et ubique Christo super omnes esse obediendum inculcat.

§. CXL. Ceterum, ut originem hujus doctrinae Ignatianae pandam, cum eo tempore haereses et schismata undequaque in Ecclesias Asiaticas irruere videbantur, metusque esset, ne multi simpliciores deciperentur, censuit Ignatius, tutiorem ad illud malum praeveniendum non esse viam, quam per Episcoporum autoritatem; praesertim cum eo tempore passim fuerint viri Apostolici, a temporibus Apostolorum proximi, quorum doctrinae et ductui tuto adhaerere possent: accessit, canonem Script. N. T. nondum ita fuisse vulgatum per Ecclesias, et traditiones passim viguisse. Praeterea maximi fecit Ignatius *externam* Ecclesiarum unionem, *qua nihil melius esse* dicit in ep. ad Polyc. §. 1. simulque censuit, eam per Episcopos, singulis Ecclesiis praepositos, optime conservari posse, eoque scopo obedientiam Episcopo praestandam tam vehementer ursit, ejusque extulit dignitatem: quare passim inculcavit, Ecclesiam in Episcopo esse unitam, uti ad Trall. §. 3. 7. Philipp. §. 3. 8. Ex quo etiam elucescit, verum esse ex mente Ignatii, quod Hieron. ep. ad Evagrium dixit, Episcoporum eminentiam originem suam schismatibus vitandis debere. Interea haec ipsa principia Ignatiana, eo tempore tolerabiliora, ut ex dictis facile patescit, facta sunt progressu temporis valde noxia, et veritati et libertati Christianae perniciosa. Hinc enim ortum est, quod Episcopi, quasi vicarii Christi, 1. se a solo Deo et Christo dixerint dependere. 2. regulas fidei praescribendi, et de controversiis fidei pro autoritate decidendi, potestatem sibi adrogarint. 3. Ecclesiam statuerint esse in unione cum Episcopo sitam. 4. Episcopos esse capita Ecclesiae, et dona Dei ab ipsis ad reliquos credentes fluere, Clericos quoque a solis Episcopis esse ordinandos, denique Ecclesiam esse

rempublicam aliquam sacram, cujus supremi Rectores sunt Episcopi, uti Vet. Test. Pontifices

§. CXLI. Patet itaque ex dictis, Episcoporum dignitatem, antea non magnam, ingens nactam esse incrementum per Ignatium, propter summam ejus autoritatem; maxime cum Polycarpus iisdem institerit vestigiis. In epist. utique ad Philipp. §. 5. *oportere subjici*, inquit, *Presbyteris et Diaconis, ut Deo et Christo:* nomine Presbyterorum licet comprehenderit Episcopum, quatenus unum cum ipsis constituit adhuc eo tempore collegium in Ecclesia Philippensium. Eandem quoque eminentiam et autoritatem jam tempore Tertulliani adeptus erat ordo Episcopalis in Ecclesiis Africanis, uti ex lib. de *baptismo* c. 17. patet. *Dandi* baptismum, inquit, *quidem jus habet summus sacerdos, qui est Episcopus, dehinc presbyteri et diaconi, non tamen sine Episcopi autoritate propter Ecclesiae honorem, quo salvo salva pax est.* Quae sententiae Ignatii plane conveniunt: licet titulus *summi sacerdotis*, quo Episcopus insignitur, apud Ignatium, quantum novi, non reperiatur. Dicit quidem in Ep. ad Philadelph. §. 9. *boni sunt sacerdotes, sed praestantius quid est summus Pontifex*, verum intelligit, quod Vossius jam monuit, Christum, nec per *sacerdotes* ministros N., at Vet. Testamenti, uti probabile mihi ex eo fit, quod mox euangelium opponat Vet. Testamento. Inter signa superioritatis Episcopi eminuit *ordinatio* reliquorum Clericorum, ab Ipso solo facienda, cujus primum sese certum offert indicium in Can. Apost. 2do, qui habet: *Episcopus a duobus, aut tribus, Episcopis ordinetur, presbyter ab uno Episcopo, item diaconus et reliqui Clerici.* Quando ille mos incepit, dicere non habeo; cum in monumentis nostri sec. nihil de eo occurrat, nisi in genere, *nihil sine Episcopo*, ut Ignatius praecepit, esse agendum.

§. CXLII. Ad *ordinem* inter ipsos Episcopos cum duo alicujus momenti quaesita pertineant, *unum* num Metropolitani jam fuerint; *alterum*, num Romanus supra reliquos orbis

bis Christiani eminuerit? de illis adcuratius exponam. *Metropolitani*, sec. IV*to*, quo nomen incepit, adpellati sunt Episcopi *metropolis* Provinciae, reliquis provinciae Episcopis superiores, et autoritate majore praediti; quorum erat, ordinare, vel confirmare, Episcopos Provinciae, synodum ex illis convocare, et in ea praesidere, quique a reliquis Episcopis in rebus majoris momenti consulebantur, et sine quorum consensu nihil fere agebatur. Quo tempore haec subordinatio fuerit introducta, praecise definiri nequit: illud in genere ex can. Nicaeno. VI*to* sec. IV. constat, ante illud tempus aliquandiu obtinuisse, cum *antiqui mores* ibi adpellentur, ad quos Syn. Nicaena provocat. Ex can. Ap. 35. vero liquet, seculo hoc ad finem vergente, vel sequente saltem, jam locum habuisse. Verba *canonis* haec sunt. *Unius cujuscunque Provinciae Episcopi agnoscere debent eum τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον qui inter illos primus est, ipsumque ut caput existimare, neque magnum sine illius sententia agere: quemque vero ea solum agere, quae ad suam paroeciam, eique subjectas villas, pertinent, sed nec ille sine omnium voluntate quicquam faciat.* Superfunt quoque nonnulla, licet leviora et generaliora, hujus subordinationis, jam hoc sec., indicia, quae Usserius de *Episcoporum et Metropolitanorum Origine*, ac Bevereg. ad Can. Apost., jam protulerunt, in synodis super quaestione paschali celebratis apud Eus. H. V: 23., ubi refert, synodo Palestinae praesedisse Theophilum Caesaraeensem et Narcissum Hierosolym. Episcopum, *illum* scilicet, qua primum Provinciae, *hunc* vero tanquam ei proximum; vid. can. 7*mus* Nicaenus. Praeses vero synodi Romanae memoratur Victor, Episcopus Romanus, et Irenaeus Ecclesiis Galliae dicitur praesedisse: sicut et ib. c. 24. nomine fratrum Galliae, *quibus praeerat*, scripsisse fertur litteras. Fecisse autem id eos, tanquam primos Provinciae, ex eo colligi posse videtur, quod rationem, quare Palmas, Episcopus Amastridis, quae urbs non erat metropolis Ponti, Synodo Ponticae praesederit, hanc det Eusebius, quia erat *antiquissimus*, scilicet

Episcopus, argumento, reliquos, ab Eus. memoratos, jure suo, tanquam metropolitas, praesedisse; quod clarius indicat cap. 24. ubi Polycratem, Episcopum Ephesinum, praefuisse tradit Episcopis Asiae; erat enim Ephesus Asiae Proconf. Metropolis. Accedit, Polycratem in Epist. ibid. dicere, *se convocasse Synodum Episcoporum Asiae*, et a se illud fuisse requisitum. Denique, ut illud addam, Dionysius Alex. apud Eus. H. IV: 23. fertur scripsisse Ecclesiae Gortinensium, et reliquis simul Ecclesiis Cretae, Episcopum ipsorum Philippum valde praedicando: qui ergo oportet omnium illarum totius Cretae fuerit Metropolitanus; nisi quis velit, alios praeter ipsum in Creta nondum fuisse Episcopos. Denique origo hujus subordinationis non est longe quaerenda. Cum enim civitas, cujus quis est Episcopus, aliquam soleat dare praerogativam, propter quam reliqui Episcopi sponte talem honorant, ac consulunt, maxime cum ejusmodi civitatis episcopi praestantiores haberi soleant, *metropolitica* autoritas facile oriri potuit: multum quoque eo conferre aptum natum erat exemplum *delegatorum* Apostolorum, quales fuerunt ex. gr. Timotheus, Titus, alii. Cum enim ille Ephesinus, hic Cretensis, quasi esset Archiepiscopus, alii, in eorum succedentes locum, simile quid facile retinuerunt. Addere liceat, in singulis provinciis forte in principio unum tantum fuisse Episcopum, qui totam provinciam regebat, quem alii, postea instituti, Episcopi venerati fuerunt, tanquam *primum*. Quod de Episcopo Alexandrino tradit Eutychius in Origen. Alex.

§. CXLIII. *Romani* Episcopi, ut ad alterum pergam quaesitum, major hoc sec. dignitas non fuit et autoritas, ac reliquorum, vel Episcoporum, vel Metropolitarum. Licet prae summa urbis praerogativa majorem adfectare coeperint eminentiam, praevalere tamen non potuerunt, et a reliquis Episcopis semper tanquam aequales considerati sunt, ac tractati, eorumque ambitioni obex positus est. De quo ex contentionibus de die paschatis celebrandi, inter

Anicetum

Anicetum Romanum, et Polycarpum Smyrnensem, in initiis sec., nec non in fine, inter Victorem Romanum, ac Polycratem Ephesinum, constat quam clarissime. Inter Anicetum et Polycarpum cum de nonnullis capitibus esset controversia, Polycarpus non tantum nihil ei cessit, sed et Romam, cum propter eam controversiam, ut Eus. H. IV: 14. narrat, tum ob alias res leviores, ut Iren. apud Eus. H. V: 24. refert, (qua ratione loca illa in concordiam facile rediguntur) veniens, tanquam aequalis exceptus est, et cum Aniceto egit. Imo Romanus singulari eum mactavit honore, jus sacra mysteria Romae celebrandi ipsi concedens: ut Eusebius posteriore loco docet. Altiores quidem gessit spiritus Victor, tempore Polycratis, nec tamen dominium aliquod in Ecclesias Asiaticas adfectasse legitur, tantum eas excommunicasse, quod nihil aliud est, quam Ecclesias suas ab iis separasse, quod omnes facere poterant Episcopi, apud Eus. l. c., irrito quoque conatu, cum reliqui Episcopi ipsi generose restiterint, ipsum quoque acerbe perstrinxerint, teste Euseb., in specie Irenaeus Lugdunensis, in Epist. apud Eus. Ex quibus clarissimum est, Episcopos Romanos pro universalibus, minus Infallibilibus, non fuisse agnitos, imo ne quidem illud sibi sumsisse. Solent quidem duo in contrarium proferri testimonia, unum Tertulliani, alterum Irenaei, sed quae nihil simile habent. De quo adcuratius est agendum.

§. CXLIV. Tertullianus, lapsos, etsi poenitentes, ad Ecclesiae communionem admitti non debere disputans, in lib. de *Pudicitia* cap. I. perstringit aliquod edictum ab Episcopo, quem non nominat, propositum in haec verba: *audio, etiam edictum esse propositum, et quidem peremtorium: Pontifex scilicet Maximus, quod est Episcopus Episcoporum, edicit: ego et moechiae et fornicationis delicta poenitentia functis dimitto.* Romanum ipsi in oculis fuisse Episcopum, communis fert opinio, et Tertullianum sarcastice loqui, et titulum illum salse perstringere, Protestantes passim respondent.

Sed illud non sufficit, quia Tertull., jam Montanista, in Ecclesiae communione amplius non erat: quaeritur tantum, num Episcopus Romanus in Ecclesia illum gesserit titulum? Tertullianus vero num irrideat, nec ne? parum refert. Licet ex Tert. colligi nolim, Episcopum, quem in oculis habet, ejusmodi titulo fuisse in Ecclesia ornatum, cum eum ei potuerit adfinxisse, illud tamen inde patet, Episcopum illum ita se gessisse, ut iste titulus censeri nequeat ab eo alienus. Quo admisso, respondendum censeo, 1. titulum in Metropolitanum recte quadrare, nec universalem designare: cum alii praeter Romanum eum gesserint, uti Baluzius in not. ad Cypriani concilium Carthag. jam demonstravit. Quid? quod ipse Tertull. de bapt. c. 17. Episcopum adpellaverit *summum sacerdotem*. 2. Romanum a Tert. non indigitari, sed Carthaginiensem potius. Praeterquam enim quod Tertulliano nihil cum Romano fuerit negotii, controversia inter Africanos Episcopos viguit de rebaptizandis haereticis ante Cyprianum, ut ex ejus Ep. 55. ad Antonianum patet; adeo ut Carthagin. Episcopus tale edictum censeri possit promulgasse: imo ipse Cyprian. eo respexisse videtur, cum eum titulum a se removet, dicens, in praef. concilii Carthag., *neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit*, ad haec Tert. verba quasi adludens, et cum titulo rem ipsam repudians, quam Tert. Episcopo Carthagiensi sarcastice tribuerat. Conferatur quoque Larroquanus advers. S. l. I. Nec obstat, quod nonnullis visum est, titulus *Apostolici*, aut dicti Christi ad Petrum, *super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, tibi dedi claves regni coelestis* etc. adplicatio praesumta ad Episcopum, de quo agit, ibid. c. 21. cum nec titulus iste, nec dictum Christi, Romano soli, ex veterum opinione, sed omnibus competat Episcopis, pro Christi vicariis, et Petri successoribus, habitis. De quo ad sequens seculum distinctius differam. Ipse Tertullianus illud ibid. haud obscure indicat, ubi dicit: *idcirco praesumis et ad te derivasse solvendi, et alligandi, potestatem*,

nstatem, id est, ad omnem Ecclesiam Petri propinquam, sive ab ipso fundatam, sive fide catholica cum Ipso unitam: adeoque non Romanam tantum, sed et quamcunque aliam Catholicam. Quo etiam ultima capitis verba pertinent: *ideo Ecclesia quidem delicta donabit, sed Ecclesia spiritus per spiritalem hominem, non Ecclesia numerus Episcoporum*; hoc est: Ecclesia quae spiritu gaudet, et ex spiritalibus constat, non illa vestra, quam Episcopi magno numero constituunt.

§. CXLV. Irenaeus adv. haeres. l. III. c. 3., ex quo loco alterum peti solet a Romanensibus argumentum, longe solidius, ut putatur, haereticos, ad traditiones provocantes, eo retundit, quod verae traditiones non nisi a genuina Ecclesiae et Episcoporum continua successione sint derivandae: ne autem omnium Ecclesiarum successiones enumerare necesse habeat, ut ipse dicit, *Romanam* ex. gr. tantum elegit, hac data ratione, quod ea sit *maxima, antiquissima, omnibus cognita*, ab Apostolis Petro et Paulo *fundata, ad quam, propter potiorem principalitatem*, ut versio Lat. habet, *necesse est omnem convenire Ecclesiam*. Sed, ne dicam, unius Irenaei effatum parum ad totius Ecclesiae sententiam declarandam facere, nihil quoque juvare Romanenses, cum principatum si tempore Irenaei, quo nihil contra veritatem definivit, habuisset aliquem, dudum per errores et tyrannicum dominatum perdiderit. 1. Irenaeus, ut directius respondeam, *principalitatem* ad traditionum conservationem restringit, in qua si Ecclesia Romana eo tempore aliquam habuerit praerogativam, quid hoc ad universalem ejus dominatum facit? 2. Principalitatem eam non in ejus Ecclesiae, nedum Episcoporum ejus infallibilitate, sed in eo tantum fundat, quod sit *antiquissima, maxima, et omnibus cognita*. 3. Alii cod. legunt *potentiorem* principalitatem h. e. luculentiorem, ἱκανωτέραν, quam vocem ita intellexit et vertit Interpres Latinus; ut ex hoc ipso cap. §. 3. patet, ubi Romana Ecclesia per Clementem scripsisse dicitur ἱκανωτάτην γραφὴν *potentissimas litteras*, ut habet Interpres, rectius *luculentissimam*

mam epistolam, ut vertit Valesius ad Eus. H. V: 6. Sic ib. §. 6. eadem vox Graeca vertitur *perfectissima epistola*. Ceterum *luculentior* principalitas demonstrat, alias quoque Ecclesias habere hac parte *principalitatem*, in conservandis traditionibus, ut Iren. eo cap. et seq. diserte tradit: ea autem Romanae Ecclesiae censebatur *luculentior*, cum quod omnibus esset, ut dicit, *cognita* Ecclesia, tum propter urbis praerogativam, unde ea Ecclesiae derivari solebat, et exploratissimam Episcoporum successionem, *luculentior* esset traditionis Apostolicae in ea successio. Denique. 4. *principalitatem* existimaverim apud Irenaeum simpliciter denotare *antiquitatem*, ἀρχαιότητα, adeoque Graecum habuisse textum ἱκανωτέραν ἀρχαιότητα: quod Clerico in hist. ad ann. 173. et 180. quoque in mentem venisse, vidi. *Principalitas* utique stilo Interpretis Irenaei est *antiquitas*: uti l. V. c. 14. *principalis plasmatio* est primaeva, antiqua, vid. etiam lib. II. c. 1. et alibi. Cum itaque Romanam Ecclesiam dixisset *antiquissimam* esse, et omnibus cognitam, declarat propter hanc *luculentiorem*, omnibusque notissimam, *antiquitatem*, et perpetuam ab antiquissimis temporibus successionem, reliquas venire debere Ecclesias, ut, quid ab initio fuerit creditum et traditum, intelligant. Sic et Origen. apud Eus. H. VI: 14. profitetur, se τὴν ἀρχαιοτάτην *antiquissimam Ecclesiam Romanam* videre desiderasse.

§. CXLVI. Continuam hanc Episcoporum in illustrioribus Ecclesiis, cujus meminerunt Veteres, successionem digito monstrasse, non abs re fuerit, maxime cum inde thesis de Episcopis, a presbyteris distinctis, per totum seculum, confirmetur, et memoria praestantium virorum, qui seculum illustrarunt, nec tamen scriptis, quae nostram adtigerunt aetatem, quos supra recensui, inclaruerunt, conservetur. *Romanorum*, ut inde ordiar, catalogum egregie contexuit Pearson in libro de *successione primorum Pontificum Romae*, qui consulendus est. Cum vero de illis parum certi constet, multa fabulosa ipsis adficta sint, ut sunt epistolae, decreta-

les,

les, et instituta nonnulla ab ipsis introducta, moras hic non traham; nomina eorum, et si quid memorabile de ipsis cum aliqua probabilitate tradatur, adtigisse contentus. In initiis seculi sedit Romae Xystus, vel Sextus, usque ad ann. 12*mum* seculi, secundum Eutychium, quem sequitur Pearson. l. c. diss. VI. qui, eum ab Ecclesiis Asiaticis in die paschatis celebrando discessisse primum, autumat: de quo postea. Excepit ipsum Telesphorus per ann. 11. usque ad sec. 22*dum*: cui *quadragesimae* institutio quidem tribuitur ab Eus. in Chron., sed non in omnibus codicibus, nec fidem meretur: ut ex supra disputatis de hac materia patet. Misso Hygino, successore ejus per quadriennium, memorandus est, qui ei successit, Pius, ad ann. sec. 42*dum*, quia, praeter epistolas decretales, certo spurias, ei adscribuntur duae ad Justum, Viennensem Ep., quas Baron. in Ann. non tantum recenset, sed et Blondellus ac Salmasius pro genuinis habent, quia contra Episcopatum videntur praebere argumentum: quod quis merito miretur, cum suppositionis haud unum circumferant indicium: ex. gr. Soter et Eleutherus ibi dicuntur ejus *presbyteri*, sed quorum hic Aniceti, qui Pio successit, *diaconus* tantum fuit; ut ex Hegesippo tradit Eus. H. IV: 22. nomen quoque *missae* pro eucharistia occurrit, quod recentius est. Successor ejus Anicetus, usque ad ann. sec. non 61, ut Pearson, sed 53, ut Dodwell. ad eum, probavit, celebris est per controversias cum Polycarpo, de die paschatis et aliis rebus, nec non quod ad eum usque floruerit Valentinus Gnosticus, et sub Ipso Marcion, sub extremo Episcopatus ejus, mortuus; Iren. III: 4. Excepit ipsum Soter ad ann. sec. 62. ad quem scripsit Dionys. Corinthiorum Episc., apud Eus. H. IV: 23. Successor ejus Eleutherus, ad ann. 77., se nobilitavit, quod Montanismo prius faverit, dein ab eo per Praxeam abstractus, Eus. H. V: 3. quodque Lucius, Britaniae rex, ab ipso per litteras petiisse narretur euangelii praecones; de quo postea. Ultimus seculi fuit Victor, usque ad ann. 95. quaestione cum

Polycrate de die paſchatis, propter ambitionem et dominandi cupiditatem, famoſus.

§. CXLVII. In Eccleſia *Alexandrina* continua praeſederunt ſucceſſione hoc ſec. Cerdo, Primus, Juſtus, Eumenes, Marius, Celadion, Agrippinus, Julianus, et Demetrius, qui annos 43. tenuit, per longam ſec. IIItii partem, et ſub quo floruit Origenes, ab ipſo minus humaniter tractatus, ſucceſſoremque habuit Heraclam, cujus ſupra memini. Sed nihil alicujus momenti nobis notandum ſuppetit. Rationes eorum chronologicae repeti poſſunt a Dodwello Diſſ. de Rom. Pontif. ſucceſſione cap. 6. In Eccleſia *Hieroſolymitana*, uſque ad cladem Judaeis ab Hadriano inflictam, quindecim fuiſſe Epiſcopos, omnes ex Hebraeis, tradit Euſ. H. IV: 5. quorum nomina tantum recenſet. Simeoni, qui initium hujus ſec. adtigit, ſucceſſerunt ordine Zacchaeus, Tobias, Benjamin, Johannes, Matthias, Philippus, Seneca, Juſtus, Levi, Ephres, Joſeph, Judas. Bello autem Judaico, anno 18. Hadriani, confecto, cum in novam urbem AEliam, ab Hadriano conditam, undequaque gentes confluerent, primus ex Gentilibus Chriſtianis Epiſcopatum geſſit Marcus, Euſ. l. c. cap. 6. Cujus ſucceſſores *undecim* uſque ad Narciſſum recenſentur ab Euſ. H. V: 12. et in Chron. Narciſſi vero nomen dicitur celebre fuiſſe per Eccleſias, cui etiam a credulis miracula tribuuntur, quorum unum, de aqua in oleum mutata, cum oleum in magna Paſchae vigilia deficeret, narrat Euſ. l. VI: 9. Ceterum Narciſſus cum calumniis opprimeretur, ſeceſſit in eremum, et finitimi Epiſcopi Epiſcopum ordinarunt Dium, cui ſucceſſit Germanio, et dein Gordius: quo tempore Narciſſus ad Eccleſiam rediit, ac Epiſcopatum recepit; quem cum prae ſenectute ſolus gerere non poſſet, adjutor ipſi eſt datus Alexander, antea Epiſcopus Cappadociae, qui Hieroſolymam, et precum, et locorum viſendorum, gratia, adſcendens, divinitus, ut credebatur, electus fuit Epiſcopus. Qui ſingularis caſus et ideo notandus eſt, quod a regula Eccle-

ſiaſtica

siastica discessum sit, cum in eo, quod Episcopus a sede ad sedem sit translatus, tum superstiti Episcopo alius fuerit adjunctus Eus. l. VI: c. 10, 11. Alexander autem Episcopus ibi factus est a. 213. Pantaeni, ac Clementis, discipulus, eodem ibid. c. 14. teste. Confessor fuit sub Severo, et carcere liberatus, sed sub Decio incarceratus et mortuus. Euseb. c. 3. Denique in laudem ejus notari meretur, egregiam ab Ipso fuisse constructam Bibliothecam AEliae, ex qua se multum profecisse testatur Eus. in conscribenda historia, ibid. c. 20.

§. CXLVIII. Post Ignatium, de quo supra egi, qui Ecclesiam *Antiochenam* rexerunt Episcopi, recensentur ab Eus. H. IV: 20. et in Chron., Heron, Cornelius, Eros, Theophilus, ab alio ejus nominis, autore libri ad Autolycum, probe distinguendus, de quo ad sec. sequens, Maximinus, Serapio celebrioris nominis, a. 190. qui varia scripsit, sed deperdita sunt, Eus. H. V: 19. Asclepiades, Philetus, Zebenna, minus celebres, Babylas, vita et doctrina celeberrimus, cujus vitam ex Veteribus descripsit J. Chrysostomus. Duo autem de ipso traduntur valde singularia, *unum*, quod Decio Inperatori, sec. sequente medio, in Ecclesiam irrepere tentanti, animose restiterit, licet alii de Decii decessore Philippo id narrent. Vid. Eus. H. VI: 34. *alterum*, quod reliquiae ejus, sec. IV*to*, ad silentium redegerint Oraculum Daphnes prope Antiochiam. De quo ad sec. IV. dicam. Praeter hos nonnulli alii celebriores memorandi sunt Episcopi, Papias, Hierapolitanus in Phrygia Episcopus, et Melito Sardensis. *Papias* Irenaeo adv. haer. V: 33. dicitur *vir antiquus*, *Johannis auditor*, *et Polycarpi contubernalis*. Per quem *Johannem* Eusebius H. III: 39. non Apostolum, sed *presbyterum* aliquem intelligit, hac ratione motus, quod Papias in prooemio librorum suorum tradat, se a *Senioribus* accepisse, quid Apostoli dixerint, nescio num satis solide, cum ipse Apostolum Johannem audivisse poterat, et tamen ab Apostolorum auditoribus expiscari, quid ipsi audiverant;

 maxime

maxime cum Ipse Papias retulerit l. c. se, quid *Johannes presbyter* dixit, ab ejus auditoribus quoque requisivisse, non obstante, quod et ipse ejus fuerit, omnium consensu, auditor. Videre quoque aeque ac Polycarpus, cujus sodalis fuit, Johannem Apostolum potuit. Ceterum fuit Papias *traditionum* Ecclesiast. sedulus investigator, quas quinque libris titulo *interpretationis oraculorum Dominicorum* complexus est, Iren. et Eus. l. c. sed quorum pauca tantum supersunt fragmenta apud Grabe in spicileg. sec. II., in quibus bona malis occurrunt mixta. Eus. vero tradit, *multa fabulis propiora* in iis reperiri, quibus accenset *regnum millenarium*, in eo, ex opinione Papiae, ut Eus. eam exponit, situm; quod Christus in terra regnaturus sit per mille annos, Judaei sint convertendi, Hierosolyma reaedificanda, terra quibusvis bonis, cum alta pace, abundaret, et martyres sint resuscitandi: quare Chiliastarum, ut adpellantur, solet Pater haberi, et Eus. inde colligit, eum fuisse σφόδρα μικρὸν τὸν νοῦν valde mediocri ingenio praeditum, ut verti solet, mallem *judicio*, quatenus spiritualia, corporalibus phrasibus et emblematibus involuta, dijudicare non valuit, secundum Eus.; nescio an fatis solide, cum, si nihil aliud de Chiliasmo habuit, quam cujus meminit Eus., *judicii mediocris* nequeat reus agi. Verius est, eum judicio critico, in veris et falsis narrationibus discernendis, minus polluisse; sed quod cum multis aliis habuit commune. Ipse Euseb. III: 36. eum adpellat virum *disertum, et Scripturarum peritum*, et eum quinque libros de *Interpretatione oraculorum Dominicorum* scripsisse tradit c. 39. quorum meminit etiam Irenaeus. Elogium quidem a sciolo insertum putat Valesius, sed nescio an solide fatis. Inter fragmenta quoque ejus est singulare de morte Judae, quod habet, eum, inflato et crasso corpore praeditum, curru esse compressum, adeo ut intestina ejus fuerint effusa. Plura de Papia qui velit, adeat, praeter alios, Grabe in Spicil. cit.

§. CXLIX. *Melito*, Sardensis Episcopus, propter nonnul-

la singularia, quae habuit, memorandus est. Floruit sub Marco Aurelio, cui apologiam pro Christianis obtulit, ex qua nonnulla protulit fragmenta Eus. H. IV: 26. ubi librorum V. T. canonicorum catalogum quoque ex Melitone contexuit. Peculiaria vero, quorum memini, fuerunt sequentia. 1. Polycrates in Epist. ad Victorem Episc. Romanum, apud Eus. H. V: 24. eum adpellavit *eunuchum*, quatenus propter regnum Dei renunciaverat conjugio, haud obscuro indicio, clericos ab eo solitos non fuisse abstinere, cum illud tanquam singulare in Ipso notetur. 2. Cuncta apud Eus. l. c. dicitur egisse *adflatu divino*, et a Tertull. apud Hieron. de Scriptor. Eccles. traditur, eum a *plerisque Catholicorum* haberi *prophetam*. Quo etiam facit, quod librum περὶ πολιτείας καὶ προφητῶν *de oeconomia et Prophetis* scripsisse dicatur apud Eus. H. IV: 26. vox πολιτείας videtur sumenda, ut alibi apud Patres, pro *oeconomia* Israelitica, vel pro vitae strictioris disciplina, uti l. V: 13., quod videtur verius. Deum dixit *corpore* esse praeditum. Eus. enim l. c. refert, eum de *Deo corporeo* scripsisse, et Origenes, ne de Gennadio, recentioris temporis, dicam, ejus erroris diserte meminit, uti Vales. ad Eus. quoque observavit. Alii tamen titulum libri capiunt de *sermone carne facto*. Patet quoque ex anonymo apud Eus. H. V: 27., Melitonem in aliquo libro Christum *Deum* simul ac *hominem* praedicasse. Sic et Anastasius in Hodego citavit ejus librum περὶ σαρκώσεως *incarnatione Christi*, ex quo fragmentum exstat apud Cave Hist. Litt. t. I. quo divinitati Christi illustre praebetur testimonium, supra suo loco jam citatum. Scripsit quoque περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως de *creatione et generatione* Christi, quae vera est lectio, quo, *creationem*, quae Christo tanquam λόγῳ *sermoni* tribuitur, non esse ex nihilo creationem docuit, sed *generationem*. Attamen, cum Origenes, qui librum, supra citatum, legit, diserte testetur, eum isto in libro Deo adscripsisse corpus, fidem detrectare non ausim, eo minus, quod Tertull. et alii ab ea non fuerint alieni opinione, sive quod

spiritum non esse *substantiam* putaverint, nisi quid corporei adsit, sive, Deum *corpus* aliquod libere adsumsisse, existimaverint, pulchritudinis ergo, ut a piis conspici possit. In qua posteriore sententia fuisse aliquos ex Homil. Clement. XVII. manifestum est.

§. CL. *Hegesippus*, quem memorare neglexi, paucis describendus, et superioribus addendus, restat. Fuit enim vir ἀρχαῖος καὶ ἀποστολικὸς *antiquus et apostolicus*, teste Photio cod. 232. *primae* Apostolorum *successionis* secundum Eus. H. II: 23. quae ad tempus Antonini Pii extenditur, quo Polycarpus est mortuus. Floruit utique sub Antonino, licet Eus. sub Hadriano tradere videatur H. IV: 8. sed qui ibid. c. 21. 22. eum ad tempora Antonini confert. Hic primus *historiam* aliquam *Ecclesiasticam* condere adgressus est, scripsit enim *actorum Ecclesiasticorum libros quinque*, ex quibus fragmenta quaedam conservavit Eus., collecta a Grabe in spicil. sec. II., uti de morte Jacobi Alphaei, consanguineis Domini, et aliis rebus, sed quae, ipsum judicio critico non fuisse usum, arguunt, cum multa fabulosa admiscuerit. De quo in superioribus egi. Ceterum Romam venit sub Aniceti episcopatu, et ad Eleutheri mansit, teste Eus. l. c. mortuus sub Commodo Imperatore, secundum Chron. Alex.

§. CLI. Ordo Clericorum inferior, de quo dicendum restat, sed paucis poterit absolvi, cum nostrum seculum parum de eo suppeditet, comprehendit *Diaconos*, qui non tantum fuerunt pauperum ac viduarum curatores, et eleemosynarum distributores, quales in prima institutione fuisse censentur ex Act. VI., minus solide, cum extraordinarii ibi memorentur, nec diaconi, sed euangelistae, fuerint, ut suo loco supra observavi, sed proprie Ecclesiae ac Presbyterorum ministri: quare Ignatio ep. ad Trall. §. 2. dicuntur, *non ciborum et potuum ministri*, sed *Ecclesiae* Dei. Just. M. quoque Ap. II. §. 85. ipsis *eucharistiae distributionem* adsignat. Imo tempore Tertull., utique in Ecclesiis Africanis, baptismum aeque conferebant ac Presbyteri, licet non sine Episcopi autoritate:

toritate: uti ex ejus lib. de Bapt. c. 17. patet. De aliis eorum officiis postea sec. seq. plura proferam; nostrum enim nihil aliud suppeditat. Praeter diaconos non constat alios fuisse inferioris ordinis Clericos; nisi quod Tert. de Praescript haeret. c. 41. memoret *Lectores*. Seculo sequente locum habuisse, utique in Ecclesia Romana, *Subdiaconos*, *Exorcistas*, *Lectores*, *et Ostiarios*, ex Epistola Cornelii Episcopi Romani ad Fabium apud Eus. H. VI: 43. patere videtur, de quo postea suo loco. Mentionem denique Clericorum, ab Episcopis, presbyteris, et diaconis distinctorum fecerunt Canones Apost., sed num hujus sint seculi, non constat

§. CLII. De jure plebis circa sacra, et disciplina Ecclesiastica differam ad seculum sequens, quia ex Cypriano, et quaestionibus tunc agitatis, hac parte praecipue sapiendum est. Synodos vero hoc seculo habitas postea recensebo, cum in quaestione de die paschatis celebratae tantum memorentur. Hic verbo notasse suffecerit, synodos pro humano, non divino, instituto haberi a Tertull. de Jejun. c. 13., forte ad exemplum conventuum politicorum, ut Amphictyonum in Graecia, in communem civitatum confoederatarum usum, cum in Graecia inceperint, et inde ad alias regiones transierint forte. Pergo itaque ad *quartam* partem essentialem Ecclesiae describendam,

DE VITA ET MORIBUS,

postquam in genere praemisero, Veteres ipsos inter veros et falsos Christianos, sive hypocritas, qui, in fide minus solide fundati facile deficiebant, sive haereticos, qui antea in communione Ecclesiae latitaverant, nunc ab ea sejuncti erant, probe distinxisse. Plin. ep. 97. lib. X. hanc jam fecit distinctionem, cum inter eos, qui se Christianos dicebant, et facile negabant, ac qui revera erant, discrimen statuat. Sic et Just. M. apol. II. §. 22, et contra Tryph. p. 253. Tertull. ad nationes l. I. c. 5. ad Scapulam c. 4. *viderint*, inquit,

qui sectam mentiuntur, quos et ipsi recusamus: egregie Athenag. in Legat. §. 2. *nullus Christianus malus est, nisi hanc professionem simulaverit.* Qualia passim occurrunt apud Veteres.

§. CLIII. Vitae et morum Christianorum, ut generalem et brevem dem conspectum, pluribus enim hoc negotium tractavit Cave in *primo Christianismo*, qui, licet adhibito judicio, legendus est, quatenus res sese hoc seculo communiter habuit. *a*. Religionis Christianae et pietatis in Deum, singulare, ardensque, studium eos spirasse, et praestitisse, observari velim: cujus exstantiora indicia fuerunt sequentia. 1. In precibus, hymnis, ac cantionibus sacris fuerunt adsidui. Tribus per diem vicibus, hora tertia, sexta et nona, consuetudine a Judaeis petita, statas habuerunt preces. Clem. Alex. Strom. VII: 6. Exemplum Jacobi justi extat apud Eus. H. II: 23. et veri Gnostici apud Clem. Alex. l. c. Praeterea *noctu* surgere, et precari, moris erat; Tert. ad uxorem l. II. c. 5. aegre *feret* maritus gentilis, *cum per noctem exsurgis oratum:* in Apolog. c. 39. *ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse.* Luculentum est Clem. Alex. l. c. testimonium, quo declarat, *ante cibum fieri scripturarum lectiones, Psalmos autem et hymnos, dein cibus sumitur, et antequam eatur cubitum, sed et noctu rursus orationes.* Vid. et Paedag. l. II. c. 10. Insignem denique in precibus exprimebant fervorem; *caput et manus*, inquit Clem. Str. l. c., *coelum extendimus, et pedes excitamus in ultima exclamatione orationis*, ut sic *promtitudinem et alacritatem spiritus* demonstrarent, et *una cum sermone corpus a terra abducere* conarentur. 2. Religiosos conventus habebant fere quotidianos, et eucharistiam frequenter celebrabant: uti supra narravi. 3. In euangelio propagando erant fervidi; de quo stupendus ejus successus, uti postea exponam, satis testatur, et exemplum exstat apud Eus. H. III: 37. ut et Origen. contra Cels. l. III. p. 116. 4. Singularis, forte nimius, martyrii pro nomine Christi subeundi

di zelus eos inflammavit, uti ex Ignatio, per omnes Epist., in primis ad Roman. elucescit: quod Plinius quoque in ep. saepe citata testatur. Vid. et Just. M. cont. Tryph. p. 249. Audiatur Tert. Apol. c. 21. *Dicimus, et palam dicimus, et vobis torquentibus lacerati, et cruentati, vociferamur: Deum colimus per Christum:* sic et antea ibid. c. 1. *neminem pudet, neminem poenitet, nisi plane retro non fuisse* Christianum: *si denotatur, gloriatur, si accusatur, non defendit, interrogatus vel ultro confitetur, damnatus gratias agit.* Desiderii, quo in martyrium ferebantur, singulare habet exemplum Tert. ad Scap. c. 5. Vid. et de Spectac. c. 1. et martyrium Polycarpi in Patribus Apostol., ut et Blandinae, piae foeminae, in Galliis apud Eus. H. V: 1. quae ipsos defatigavit tortores, nihil aliud dicens, quam *Christiana sum, nil apud nos mali geritur.* Sic et Caecilius apud Min. Fel. *spernunt tormenta praesentia, et mori non timent.* Legi quoque meretur de *insigni martyrum* fortitudine, ejusque caussis, dissertatio Dodwelli, inter Cyprianicas XII*ma*.

§. CLIV. 5. Ab omni idololatria ac superstitione Gentili, ad ipsas minutias usque, vehementer abhorruerunt, nec ullum, nisi verum Deum, non Sanctos aut Martyres, coluerunt, ut supra habuimus. Quicquid *civilem* superat honorem, *idololatriae* nomine insignitur a Tert. de Idolol. c. 15. cujus liber hanc in rem est egregius. *Idololatriam* declarat esse *principale crimen generis humani, summum seculi reatum, totam caussam judicii*, simul crimen illud latissime extendit: *nulla ars*, inquit, *nulla professio, nulla negotiatio, quae aut instruendis, aut formandis idolis, administrat, carere poterit titulo idololatriae*, c. 11. Imo c. 20. negat dicendum, *mehercule, medius fidius*, nec patitur, *jurare per Deos, aut eos nominare Deos*, nisi addito epitheto, ex quo pateat, *nos eos pro Diis* non habere: omne genus imagines quoque refutat c. 4. — imo Christiani, per Templa transeuntes, *fumantes aras despuebant, et exsufflabant.* c. 11. Denique Origen. cont. Cels. l. VIII. p. 426. *moriendum nobis potius*,

 dicit,

dicit, quam *jurandum per malum et perfidum daemona*: ubi et alia similia occurrunt: qui tamen ibid. negat, a *peritis et prudentibus* Christianis contumeliae signa palam proferri, cum Script. S. omnem vetet maledictionem: addit, illud quoque nihil ad tollendam opinionem de falsis Diis facere: et eos *ne deridere* quidem statuas *inanimatas*, *sed illos*, *qui ante illas venerabundi procidunt*. Denique a ludis secularibus ac spectaculis religiose abstinuerunt. Quo fini libellum de *spectaculis* scripsit Tert., ut Christianos, quorum aliqui dubitabant, *num interesse* liceret, quos *suaviludios*, quia suavitate ludorum delectabantur, adpellat, dehortetur. Disputat autem, pro more, fortiter quidem et acute, sed saepe minus solide. Praecipua ejus argumenta sunt, quod spectacula sint *idololatrica*, *et voluptatis plena*. Theatrum, inquit, *sacrarium Veneris est*, *privatum consistorium inpudicitiae*; praeterea, quod spectacula conforment animos ad saevitiam, denique persecutio Christianorum ibi potissimum decernatur: sic c. 27. dicit, *ibi quotidiani leones expostulantur*, *persecutiones decernuntur*, *tentationes emittuntur*. Desino in ejus verbis, quae Tert. eloquentiam spirant, in Apolog. c. 38. *nihil est nobis dictu*, *visu*, *auditu*, *cum insania circi*, *cum inpudicitia theatri*, *cum atrocitate arenae*, *cum vanitate Xysti*. Vid. quoque Athen. legat. c. 30. Postremo ab *Idolothytis* sibi sedulo cavebant, *sacrificiorum reliquias*, *et pocula delibata*, *contemnimus*, inquit Octavius apud Minut. Fel. Idolothyta *sacrificantur daemonibus*, inquit, Origen. contr. Cels. l. VIII. p. 397. *ut sanguis est cibus daemonum*, quare a sanguine et suffocato, ut ibid. habetur, sibi cavere solebant.

§. CLV. 6. Postremo de zelo religionis quoque testatur, quod haereticos valde fuerunt aversati, ab omni tamen personarum odio aut vexatione alieni. Erant quoque hoc tempore haeretici partim Christianismi, in vera sua natura ac simplicitate, destructores, vel depravatores, partim vitae libidinosae ac peccatorum fautores, ut postea patebit: praeterea, cum Gentiles inter eos et veros Christianos non

distingue-

distinguerent, solicitius sibi ab iis cavebant, ne cum iis confunderentur. Iren. adv. haer. l. III. c. 4. testatur, Christianos ad eorum sermones *concludere aures*, *longo longius fugere*, *ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium*; Judaeos, quibus illud in more erat, imitatos. Vid. etiam Euf. H. l. V. c. 20. de Polycarpo ex Irenaeo; qui l. c. de Polycarpo refert, eum Marcioni, sibi occurrenti, et dicenti, *cognoscis nos*, respondisse, *cognosco te primogenitum Satanae*: addit Iren., Apostolos, eorumque discipulos, *ne verbo tenus communicasse cum aliquo eorum*, *qui veritatem adulteraverant*. Vid. de haereticorum aversatione quoque Just. M. cont. Tryph. p. 203 et 306. Nihilominus, hoc zelo, saepe nimio, nec semper secundum scientiam, non obstante, eos esse odio habendos, aut violenter tractandos, palam negarunt, ab omni persecutione, religionis causa, alieni. Odio non habebant personas, sed et pro iis precabantur, et eorum conversioni invigilabant, teste Iren. l. III. c. 46. Haeretici, inquit Athenag. leg. §. 31. *se ipsos decipiunt*, *neminem laedunt*, *nec propterea puniendi sunt*. Ignatii epistola interpolata ad Philadelph. §. 3. habet, haereticos *fugiendos* esse, et *admonendos*, *non verberandos*, *aut persequendos*, *quod Gentilium est*, *Deum non cognoscentium*. Notabilia sunt hanc in rem verba Tert. in Apol. c. 24. *Videte*, *ne et hoc ad irreligiositatis elogium concurrat*, *adimere libertatem religionis*, *et interdicere optionem divinitatis*, *ut non liceat mihi colere*, *quem velim*, *sed cogar colere*, *quem nolim*, *nemo se ab invito coli volet*, *ne homo quidem*. Vid. etiam ad Scapulam c. 2. *humani juris*, *et potestatis est naturalis*, *unicuique quod putaverit colere* — — — *nec religionis est cogere religionem*, *quae sponte suscipi debeat*, *non vi* etc.

§. CLVI. β. Charitas, qua Christiani se invicem complexi sunt, plane singularis et summa fuit: uti vel ex eo patet, quod eos promiscui concubitus reos agendi inde occasionem captarint Gentiles, vel et eos *coitiones* facere, ac seditiones moliri, inde suspicati fuerint. *Vide*, inquiunt Gen-

tiles apud Tert. apolog. c. 39., *ut ſe invicem diligant*, et *ut pro alterutro mori ſint parati.* Quo etiam facit, quod ſe mutuo ſalutaverint *fratres*, *et oſculo* exceperint, ac celebraverint *agapas*. De quo ſupra egi. Exſtantiora duo charitatis indicia ex. gr. proferam realia; quorum *alterum* eſt, quod mutuis neceſſitatibus lubenter et largiter ſuccurrere fuerint ſoliti. Juſt. M. ap. c. 39. *nunc ea quae habemus in commune conferimus*, *et cum indigentibus quibuſque communicamus*. Vid. et Tert. apolog. c. 39. qui notabilis eſt locus. Inſigne quoque liberalitatis teſtimonium praebet Eccleſiae Romanae Dionyſ., Corinth. Epiſc., apud Euſ. H. IV: 23. ut et ſec. ſeq. Dionyſ., Alex. Epiſc., in ep. ad Stephanum, Ep. Rom., ib. VII: 24. *Alterum* eſt, quod in morbis, exiliis, carceribus, aliiſque periculis, ſibi invicem ſubvenire adniſi ſint omni ſtudio et ope, licet cum vitae periculo. Vid. Euſ. l. c. ſed luculentius non eſt teſtimonium eo, quod Lucian. in lib. de *Peregrino* praebet, ubi cura eorum in *Peregrinum* vivis depingitur coloribus. Vid. et Tert. ad *Martyres*. Quo etiam pertinet, quod, ut liberior eſſet ad incarceratos aditus, cuſtodes placaverint muneribus, confeſſoribus omnia ſuppeditaverint abundanter, convivia quoque et agapas ibi celebraverint. Quod poſtea Diaconorum factum eſt officium. Vid. quoque Pearſon Vind. Ignat. p. II.

§. CLVII. *γ*. Temperantiae, et moderationis in victu, amictu, aliiſque vitae actionibus, leges ſtudioſe obſervarunt. De veſtitu et victu vid. Clem. Alex. Paedag. l. II: 1, 2. et III: 2. et Tert. de *cultu foeminarum*. Nobis ſuffecerit notaſſe, inter vulgares Chriſtianos et *aſcetas*, ſic dictos, qui auſterius vivendi genus ſectabantur, eſſe diſtinguendum. *Poſteriores* in victu, et veſtitu, aliiſque rebus, adfectarunt ſingularitatem aſcetae et contemplativi, qui, Platonis et Philonis placita ſecuti, mentem, ex Deo natam, ab omni ſenſatione et commercio corporis ſeparandam eſſe, opinati fuerunt per abſtinentiam, quietem, et carnis ſubactionem,

Amictus

Amictus vero illustre praebuit exemplum Tertullianus, qui, cum presbyter fieret, et ascetae personam adoptaret, togam cum pallio commutavit: quod in libro de *Pallio* defendit: de quo vid. Salmas., qui libellum egregie illustravit. Vid. et Tert. de *cultu foemin.* l. II. *Victus* exemplum quoque dedit Alcibiades; unus Martyrum Galliae, qui *durum et squalidum vitae genus sectabatur, et solo pane ac aqua vescebatur*, ab Attalo propterea reprehensus. Eus. H. V: 3. Memorat etiam Origenes contra Cels. l. V. p. 264. ascetas, qui ab animatis abstinent, non ut Pythagoraei, propter fabulam de migratione animarum, sed ut corpus in servitutem redigant. Reliqui vero Christiani nihil quidem singulare hac parte adfectarunt, et ad mores locorum, ubi degebant, se adcommodarunt, attamen *temperantiae* egregie studuerunt. Tert. in Apol. c. 39. agapas eorum describens, *editur*, inquit, *quantum esurientes cupiunt, bibitur quantum pudicis est utile*, etc. Vid. et Athenag. in legat. versus fin., ubi calumniam de *concubitu incestu* refutat. Eleganter Minut. Fel. in Octavio: *unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus, cupiditatem procreandi aut unam scimus, aut nullam: convivia non tantum pudica colimus, sed et sobria, nec enim indulgemus epulis, aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus*, etc. Christianos ab omni spurcitia et lascivia longe abesse etiam testatur Origen. cont. Cels. l. I. init. Tanto quoque flagrabant castitatis amore, ut ab ipso conjugio subinde abstinuerint, intra terminos sese non continentes, ut autores citati docent: quibus addo Just. M. apol. II. §. 18. Praetulerunt quoque saepe castitatis violationi cruciatus et mortem: qui pudicitiae leges violassent, severam subire debebant disciplinam. De quo ad sec. seq.

§. CLVIII. *d.* Modestiam, patientiam, abnegationem sui, et rerum mundanarum, passim praeclare demonstrarunt. Ignat. in Epistolis miram spiravit modestiam, seseque omnium fatetur minimum. Tertull. de se passim abjecte, et cum peccatorum ac indigentiae magno sensu, loquitur. Ita

de *Poenit.* fin. se *peccatorem omnium notarum* adpellat: *hominem nullius boni* Ibid. in init., ut et *miserrimum*, *aegrum caloribus inpatientiae*, ne plura loca congeram: librum *de bapt.* finit his verbis, *tantum oro*, *ut*, *cum petitis*, *etiam Tertulliani peccatoris memineritis.* Fuisse videtur ante conversionem vitae dissolutioris. Just. M. cont. Tryph. p. 28. *gratiae* divinae, et non propriis viribus, adscribit, quod *scripturas* intelligat; *cujus gratiae cunctos gratis et prolixe participes fieri*, *se precari et hortari*, inquit. Confessores sub Marco Aurelio apud Euf. H. V: 2. se *viles et abjectos confessores*, *neutiquam martyres*, adpellari voluerunt, martyrio nondum confecto; ubi de ipsis etiam traditur, quod pro *hostibus ac persecutoribus* Deum fuerint precati. Quod ipsum de Christianis in genere praedicat Athenag. leg. §. I. et Just. M. apol. II. c. 21. ubi, multos per eam virtutem fuisse conversos, refert. Vid. et Tert. Apol. c. 37. *Bona hujus vitae*, *etsi vulgo maximi fiant*, *contemnere solemus*, inquit Athen l. c. Sic Just. M. cont. Tryph. p. 309. *neminem*, ait, Christianos jure accusare posse *cupiditatis gloriae*, *pecuniae*, *et voluptatum.* Tatian. Orat. ad Graec. §. 50. *Apud nos inanis gloria non adfectatur*, *sed a rebus vulgaribus et terrenis sejuncti* etc. Just. M. apol. II: 8. *Sempiternae et purae vitae desiderio ducti*, *ad consuetudinem cum Deo vivendi adspiramus.* etc. Honores et purpuras ab iis recusari Caecilius quoque objicit Christianis apud Minut. Fel., et agnoscit Octavius, eorum defensor.

§. CLIX. 1. Denique his omnibus in genere subjungo, vitam Christianorum describi omni parte inculpatam. Ipse Plinius in ep. saepe citata testatur, Christianos *sese sacramento non in scelus aliquod obstringere*, *sed*, *ne furta*, *ne latrocinia*, *ne adulteria committerent*, *ne fidem fallerent*, *ne depositum adpellati abnegarent.* Athenag, leg. §. 12. *nullus Christianus malus*, *est*, *nisi hanc professionem simulaverit.* Qui ibid. saepe, eos opere, quam sermone et eloquentia, esse praestantiores, adfirmat, imo ipsam religionis veritatem ex vita

vita Chriſtianorum demonſtrat, uti §. 11, 27, 28. non *enim in meditatione*, inter alia inquit, *ſermonis*, *et ſtructura verborum*, *ſed in rebus opere declarandis*, *tanquam doctrina viva*, *profeſſio noſtra poſita eſt:* denique §. 30. ex ſervis Chriſtianorum, quos aliquando poſſidebant gentiles, nihil criminis, a Chriſtianis perpetrati, exſculpere eos poſſe, adſerit. Tertull. ad Scapul. c. 2. *tamen nos*, inquit, *quos ſacrilegos exiſtimatis*, *nec in furto unquam deprehendiſtis*, *nedum in ſacrilegio:* adfirmat quoque ibid., *Chriſtianos non aliunde magis noſcibiles quam de emendatione vitiorum priſtinorum:* rurſus c. 4 *depoſitum non abnegamus*, *matrimonium nullius adulteramus*, *pupillos pie tractamus*, *indigentibus refrigeramus*, *nulli malum pro malo reddimus*. Denique, *Chriſtianam ſectam*, adſerit, *inceſtam et crudelem nemo tanto tempore probavit*, Vid. etiam egregius locus de *Praeſcript* haeret. c. 43, 44. Tandem Origen. cont. Celſ. l. I. p. 1, 2. vitam Chriſtianorum teſtatur *ſic criminationes Celſi refutare*, *ut verbis opus non ſit*, Vid. et p. 21. ubi veritatem euangelii ex converſione hominum, eorumque vita, demonſtrat; imo l. III. p. 128. dicit, *Eccleſias Dei pereruditas*, *collatas ad vulgares coetus hominum*, *plane mundi eſſe lumina* etc. quod latius exſequitur, etiam lib. IV. p. 177. Plura proferre ſuperſedeo,

ACCIDENTALIA ECCLESIAE.

§. CLX. Felicitas Eccleſiae, hae parte conſideratae, cum dona extraordinaria Spiritus S., Viros, doctrina et pietate illuſtres, denique pacem, per haereſes et ſchiſmata non turbatam, contineat; de illis ordine differendum eſt. Dona extraordinaria, et miraculorum patrandorum, hoc ſeculo nondum ceſſarunt, licet poſt Marci Aurelii tempora minus fuerint frequentia, aut fere inſolita. Rationes, quae ejuſmodi dona requirere videntur, hoc tempore adhuc locum habuerunt, ex. gr. 1. fides nonnullorum Chriſtianorum viva et efficax, quae *preces* reddit efficaces, et miracula produ-

cere apta nata est, teste Jac. V: 16. his verbis notabilibus, et huc, quod observo, referendis, *multum valet precatio justi* ἐνεργουμένη *efficax*, scilicet per *fidem* vivam, et in miraculosis factis se exserens: uti ex serie sermonis patet. 2. Propagatio euangelii inter Gentes, quae hac aetate plane singularis fuit, cui dona illa maxime destinata sunt, et adcommoda. Sic Eus. H. III: 37. per euangelii praecones, qui in longinquas terras verbum Dei seminarunt, narrat, *Divini spiritus vim ac potentiam multa miracula esse operatam.* 3. Credentium in persecutionibus, continuo inminentibus, consolatio, et in fide confirmatio. Quo facit, quod dum affligebantur, vel martyrium subibant, miracula narrantur subinde patrata; uti ex. gr. in martyrio Polycarpi, licet falsa videantur admixta, de quo supra suo loco exposui. Credentes quoque narrantur precibus suis aliquando ora leonum clausisse, ita ut nihil nocuerint Christianis, iis objectis. Quo Ignatius, Romanos precatus, ne martyrium suum inpediant, respicit in Epist. ad eos, *bestias*, inquiens, *cupio paratas mihi invenire, et blanditiis demulcebo, ut citius me devorent, non ut quosdam veritae non adtigerunt* etc. Ceterum dona illa adhuc viguisse, salva fide historica, negari nequit. De quo qui plenius convinci velit, adeat Dodwellum Diss. Irenaica II*da*, et Spencer. ad Orig. cont. Cels. l. I. Nobis suffecerit locum Iren. adv. haer. l. II. c. 31., ab. Euseb. H. E. V: 7. etiam citatum, citasse, eo notabiliorem, quod exponat, *quando*, *quare*, *et quo modo* miracula solita sint patrari in Ecclesia; si nimirum id esset necessarium, non temere id fieret, nec ad damnum, sed utilitatem hominum, *secus ac* haeretici, magiae accusati, facere censebantur, praeterea tota ejus loci Ecclesia jejunante, et supplicante miraculum. Vid. et Tertullian. ad Scapulam c. 4. ubi inter alia dicit, *quanti honesti viri, (de vulgaribus enim non dicimus) aut a daemonibus, aut a valetudinibus, remediati sunt*, et *de Spectaculis* c. 26. alia mitto. Quod vero ad donorum illorum infrequentiam, cujus memini, adtinet, Origenis verba cont. Cels. *l. VII.*

l. VII. p. 337. protuliſſe ſuffecerit. *Signa Spiritus S.*, ita ſonant, *exſtiterunt ſub initium praedicationis Jeſu, ſed plura poſt ejus adſumtionem, poſtea rurſus pauciora: veruntamen et nunc ſunt ejus apud paucos veſtigia, qui purgatas habent animas verbo, et huic convenientibus actionibus.* Loquitur de dono prophetandi; quod nondum hoc tempore ceſſaſſe quidem evicit Dodwell. Diſſ. Cyprian. IV*ta*, attamen rarius et inſolitum fuiſſe, verſus fin. ſeu poſt medium ſeculi, ex Montaniſmi hiſtoria facile colligitur, cum, Montano ſpiritum propheticum praeferente, Eccleſiae legantur tanquam *re nova* perculſae, teſte antiquo autore apud Euſ. H. l. V. c. 16. Prophetias et viſiones nondum ceſſaſſe, liqueret ex actis S. Perpetuae, et Sociarum, quae a. 203. martyrium paſſae ſunt, in *Act. ſincer. Martyr.* Ruinarti, ſi, eas pro Montaniſtis non eſſe habendas, conſtaret. Sed, dona extraordinaria vel nulla vel rara fuiſſe tempore Origenis, ipſe adſerit in Comm. ad Prov. Salom. Oper. t. III. pag. 5. edit. nov. Theophilus quoque ad Autol. §. 18. in initiis ſec. ſequentis, Autolico, petenti exemplum mortui reſuſcitati, ad reſurrectionem demonſtrandam, ita reſpondet, ut, nullum tunc exſtitiſſe, innuere videatur; *certe*, inquiens, *ſi Tibi repraeſentarem aliquem e mortuis evocatum et vivum, nec hoc crederes.*

§. CLXI. Miſſis viris, doctrinae et pietatis laude praeſtantibus, quippe quos ſupra ſuis locis recenſui, *puritas* Eccleſiae, qua ab haereſibus aliena eſt, et *pax* Eccleſiaſtica, quae per haereſes et ſchiſmata turbatur, quae ad felicem Eccleſiae conditionem multum confert, et accidens ejus eſt notabile, in lucem eſt proferenda. Dominus in Ep. ad Epheſios Apoc. II: 2. 6. Eccleſiam Epheſinam, quae, ſenſu prophetico, et ſecundario, Eccleſiam univerſalem, hujus in primis ſeculi, expinxit, ut opinor, a *puritate* doctrinae laudat, quod *malos* ferre non potuerit, et pſeudo-apoſtolos exploraverit, ac detexerit; denique opera Nicolaitarum odio habuerit. Ex quo colligere licet, haereſes hoc tempore fu-

iſſe palam graſſatas, Eccleſiam quoque paululum deturpaſſe coram hominibus, ſed in oculis Domini tuitam fuiſſe puritatem ſuam, ſeſe ab haereticis publice ſeparando. De quibus uberius eſt diſſerendum. Adpellantur vero haeretici, qui hac aetate lacertos moverunt, loco citato partim *mali* et *pſeudo-apoſtoli*, partim *Nicolaitae*; quorum illi theoretici magis, hi practici fuiſſe videntur, ita ut priores doctrinae, poſteriores morum, puritatem maxime contaminarint. Ad priores referri poſſunt praecipue Valentiniani et Marcionitae, ad poſteriores Carpocratiani. De quibus itaque adcuratius agendum eſt, initio a Gnoſticis, ſeu theoretica haereſi, quae communi Gnoſticorum nomine venit, ſumto. Cum vero generales Gnoſticorum hypotheſes ſec. praecedente tradiderim, nec omnes eorum peculiares ſectas enarrare aut liceat, aut neceſſe ſit, ſyſtema eorum, ſicut a Valentino in primis, et Baſilide, adornatum eſt, exponam, dein autorum aliquam dabo notitiam.

§. CLXII. Syſtema Pleromatum et Aeonum, in quo Valentinianiſmus ſitus eſt, ex Irenaeo et Epiphanio praecipue repetendum, (Cyrillus enim Hieroſolymitanus catech. VIta vitioſe exhibet,) repraeſentavit poſt Rhenanum et Pamelium in not. ad Tertull. *contra Valentin.*, ſatis accurate Maſſuetus, Diſſ. praev. ad Irenaeum, cui addi meretur Buddeus de Haereſi Valentin. Comprehendit, ut brevem ejusdem conſpectum, tria *pleromata*, ſeu complexus *aeonum*, ſecum cohaerentium. *Primum* eſt triginta aeonum hac ratione ordinatarum. *α*. Generalis diſtinctio eſt in *primarias* et *ſecundarias* aeonas, quarum *illae* ſunt, quae recta ex ſe oriuntur et ſibi ſubordinantur, *hae*, quae a latere ſunt exortae. *β*. Primarias, quae primam aeonum claſſem conſtituunt, adpellant *primigeniam ogdoadem*, et omnium rerum radicem ac fundamentum. Sunt numero *octo*, ſed quae in duas *tetractus*, ſeu quaterniones, diſtinguuntur; quarum *a*. prior tetractus *quatuor* eſt aeonum, ſeu duarum ſyzygiarum, aut conjunctionum maris et foeminae (copularunt enim aeonas

nas ea ratione, ut maris et foeminae ferant conſpectum) quae ſunt 1. βυθὸς καὶ σιγὴ *bythos et ſige*, ſeu profundum et ſilentium 2. νοῦς καὶ ἀλήθεια *Nus et aletheia*, ſeu mens et veritas. Quam tetractyn adpellant *primordialem*, et authenticam. *b.* Poſterior quoque *quatuor* eſt aeonum, et duarum ſyzygiarum, ex ſuperioribus recta ortarum linea et ſerie: quae ſunt 1. λόγος καὶ ζωὴ *logos et Zoe*, ſeu ſermo et vita 2. ἄνθρωπος καὶ ἐκκλησία *antropos et Eccleſia*, ſeu homo et Eccleſia.

§. CLXIII. *y. Secundariae* aeones ſunt, quae a latere ex poſteriore ſyzygia naſcuntur, aliae ex logo et Zoe, numero *Decem*, aliae ex antropo et Eccleſia, numero *duodecim*. Singularia vero de ultima earum *ſophia*, ſeu ſapientia, ſtatuerunt, ut et de mutationibus, inde ortis. Sophiam dixerunt, forte ſua non contentam, et deſiderio *profundi*, ſeu Patris, cognoſcendi adfectam nimio, prope afuiſſe, quin a luce profundi fuiſſet abſorpta; ſed ſuccurriſſe ipſi *Horum*, ſeu terminum, et effeciſſe, ut, a propoſito abſtracta, intra pleroma manſerit. Interea eam, gravidam factam, peperiſſe *ſubſtantiam* foemininam, informem, adfectuum et ignorantiae plenam, extra pleroma emiſſam, dictam *Enthymeſen et Achamoth*, unde *ſecundum* natum eſt pleroma. Ne autem reliquis aeonibus ſimile eveniret fatum, quod *ſophiae*, ex *mente*, quae νοῦς *Nus* dicitur, ſtatuunt novam prodiiſſe ſyzygiam, *Chriſtum* ſcilicet et *Spiritum S.*, conſummatores aeonum; *illum* docentem Patris incomprehenſibilitatem, *hunc* vero excitantem aeones ad *laudes* Patris celebrandas, et *quietem* tenendam. Qua ratione omnes aeonas, ad aequitatem ac tranquillitatem redactas, optimam ſuam partem contuliſſe ſingulas, indeque ortum eſſe *Jeſum*, omnium aeonum nomina complexum, ſpeciatim *Chriſti et Spiritus S.*, denique cum eo productos eſſe Angelos, tanquam ſatellites ejus.

§. CLXIV. *Secundum* pleroma continet mundum inviſibilem, ex Angelis, et materia non adſpectabili, conſtantem: de quo, et ejus origine, ita traduntur diſſeruiſſe. *Achamoth*,

 filia

filia Sophiae, extra *primum* pleroma oberrans in tenebris, a Christo, ejus miserto, accepit formam, sed secundum substantiam, non *scientiam*. Christo dein se subtrahente cum virtute sua, et in pleroma primum discedente, Achamoth lumen illud sibi relictum studiose requisivit, sed, ab Horo repressa, se tota dedit luctui, unde multae sunt mundi materialis exortae partes; scilicet, ex conversione ejus ad Christum *anima* mundi, et *Demiurgi;* ex timore et terrore *materia*, e lacrimis *aqua*, et sic in ceteris. Hoc in luctu versanti Achamoth Christum sese cum Angelis rursus commiscuisse, eamque a dolore liberasse: quando *laetitia* perfusa *risu* suo produxit *lucem*. Qua ratione triplex *substantiarum* genus productum est, *spirituale* ex Angelorum complexu, *animale* ex conversione ejus, *materiale* denique ex passione ejus: spirituale vero est, natura bonum, et a corruptione liberum, animale vero salutis aeque ac corruptionis capax, sed materiale corruptioni prorsus obnoxium. *Tertium* denique pleroma mundum hunc comprehendit adspectabilem ex illa materia a Demiurgo naturae animalis effectum.

§. CLXV. Circa originem, et verum singularis hujus systematis intellectum, scinduntur eruditi in partes, licet, veterem aliquam philosophiam fuisse recoctam, secum consentiant. Ex Platonis et Pythagorae placitis, ne de Epicureis, quibuscum ob vitae inpuritatem comparantur, dicam, systema esse concinnatum, adeoque exponendum, vulgata fert opinio, quam maxime adstruere conatus est Massuetus. Sed AEgyptiis illud vindicat Hooperus, in libro *conjecturarum* de Valentin. haeresi etc. Cabbalam Judaicam fontem et normam explicandi constituit Buddeus, in Diss. subjuncta *Introductioni* ad histor. Philos. Hebr. Dubito, num in cassum non laboraverint. Occasionem praebere potuit Cabbala, licet antiquissima ejus constitutio parum nota sit, cujus simile systema condere potuerunt Gnostici, sed puram putam esse Cabbalam non putaverim, cum inter *Sephiroth*, seu recensiones Cabbalistarum, ac Gnosticorum aeonas haud exigua sit differentia,

differentia, quod quemque docere poterit collatio. Idem ferendum videtur de Platonismo, vel Pythagorismo, recocto judicium, licet fieri potuerit, ut ab illis et Cabbalistis nonnulla sumserint, ex. gr. silentium quinquennale, ad probandum discipulorum animos, vel sex annorum, ut habent Clementina in Patribus Apost. Cotelerii, studium dogmata celandi, de quo vid. Dodwell. Diss. Iren. IV. morem sua dogmata caro vendendi pretio, Iren. I: 4. aliaque similia. Quo a multis cibis abstinentiam, ipsam primam tetractyn *quaternionem*, ad imitationem Pythagor., quoque referre liceret, sed ex mente Platonis aut Pythagorae non putem systema Gnosticum exponendum. De Deo, λογῳ *Sermone*, et ψυχῃ *anima* mundi, tanquam tribus principiis, locuti quidem sunt Philosophi illi, sed Christianorum Trinitatem non videntur in oculis habuisse: utique Deum, ideas, et mundum animatum intellexit Plato, sicut Deum, ideas, materiam et formam, per suam quaternionem Pythagoras. Nec ejusmodi recensiones attributorum ac emanationum Dei noverunt Philosophi. Possunt tamen forte in Gnosticorum systemate exponendo nos juvare Philosophi illi. Vera autem origo mihi petenda videtur ex Philosophia Orientali, cum Graeca mixta: de quo vid. Brucker. Hist. Phil. tom. III. Walchius in syntagm. commentat. Michaelis p. II. alii.

§. CLXVI. Cum de origine et norma hypothesis Gnosticorum exponendi diverse sentiant Docti, eos quoque varie in ipsa interpretatione instituisse, mirum non est. Massuetus per primam quaternionem Patrem, Deum summum cum suis proprietatibus et adfectionibus, separatim non subsistentibus, intellexit, per reliquas vero aeonas totidem Angelos, variorum ordinum ac perfectionum spiritus. *Sermo* seu λόγος, angelus est, qui, Dei mentis interpres, oracula divina ceteris pandit, et per eos, maxime *salvatorem*, manifestari curat, quique rerum omnium ideas ac rationes, quas mens Divina complectitur, per Bythium, *ageraton*, etc. certa proportione ac norma in salvatorem derivat, ut hic, secun-

dum eam normam omnia per enthymeſin et Demiurgum effingi, ſtuderet et curaret. Homo et Eccleſia *Angelus* eſt, ſpiritualibus in terra hominibus praefectus, eos per aeonas ſibi ſubditos, ad exemplum ſuperioris Eccleſiae, inſtituens. Achamoth denique eſt *anima* mundi, ſeu *materia*, ſpiritu Dei formanda in hunc mundum. Aliam longe viam ingreſſus eſt Buddeus, ad decem Cabbaliſtarum Sephiroth, ſeu recenſiones, referens Gnoſticorum aeonas. Bythos et Sige eſt Cabbaliſtarum כתר *corona*, quam אין סוף *infinitum* adpellant. Nus et Aletheia eſt ſapientia et intelligentia Cabbaliſtarum, חכמה et בינה, per quas Filius et Spiritus S. divinae hypoſtaſes intelliguntur. Dein homo et Eccleſia eſt מלכות *Regnum* Cabbaliſtarum ultimum et Sephiroth fundamentum, ſeu oeconomia et regnum Meſſiae, Dei attributorum expreſſa imago, et operationum finis. Denique *ſermo* et *vita* ſunt adtributa divina, quae in regni divini adminiſtratione ſe exſerunt, Cabbaliſtarum דעת, גדולה, גבורה, תפארת, נצח, הוד, *ſcientia*, *amplitudo*, *robur*, *pulchritudo*, *victoria et gloria.* Per aeonas vero ex ſermone et vita, homine et Eccleſia, ortas intelligit varietatem operationum, quibus divinae perfectiones ſe produnt et manifeſtant. Tandem Jeſus ſalvator eſt anima Chriſti, ante mundum exiſtens, ſicut de anima Meſſiae loquuntur Cabbaliſtae. De rerum vero ſpiritualium et materialium productione pari ſubtilitate philoſophari utroſque obſervat Buddeus, quae mitto.

§. CLXVII. C. Vitringa Obſ. S. l. I. c. 2. ex eadem Philoſophia, ſed alia ratione et methodo, octo aeonas principales expoſuit, nihilque aliud, quam adtributorum Dei, certo ordine, ſicut ex ſe invicem fluunt, digeſtorum catalogum hic latere exiſtimat. Primum ex. gr., quod in Deo concipimus, eſt infinitum et neceſſarium *ens*, profundum et inperceptibile: ſecundum ens cogitans, tertium judicans ſine errore, quartum ratiocinans, quintum vivum, ſextum ideas rerum futurarum formans, quarum praecipuae ſunt homo et Eccleſia. Qua ratione Trinitatis, aliarumque emanationum

tionum Dei, nulla in hoc systemate facta est mentio. Addo aliam adhuc hypcthesin autoris Anonymi, in *Platonismo revelato* p. I. c. 8. qui dispensationes, et varias unius Dei relationes, ac considerandi modos, per aeonas intelligit. *Prima* syzygia Deum, ut in se est, absolute consideratum, exhibet: *secunda* Deum, relatum ad mundum intelligibilem, et idealem, sistit; ita ut Nus sit intellectus, *ideis* rerum repletus. *Tertia* Deum, decreta exsequentem, ac ideas repraesentantem, tradit, sed respectu mundi sensibilis in genere, sicut *quarta* respectu mundi spiritualis et euangelici. De reliquis aeonibus mentem non explicuit.

§. CLXVIII. Antequam specialem systematis expositionem tradam, generales quasdam praemittere visum est hypotheses, postquam verbo monuero, haud parum ad Gnosticismi genuinum intellectum facere Clementina, nec non Theodoti excerpta, ad calcem operum Clem. Alexandr., denique, ex recentioribus Platonicis, Porphyrium in vita Pythagorae c. 16. et Plotinum Ennead. II. lib. IX. *Prima* est hypothesis, pleroma primum mundo Azilutico et Briatico Cabbalistarum respondere, ac coelestem Oeconomiam, cum Dei, tum spirituum, in Dei contemplatione ac communione arctissima viventium, complecti. Est enim 1. illud ab omni ad materiam relatione sejunctum. 2. Divinitatis quoque secundum Gnosticos complementum. 3. Spiritualis hominis pars eo convolat, et est Gnosticorum consummatorum sedes. Sic excerpta Theodoti Gnostici §. 64. habent τὰ πνευματικὰ *spiritualia*, animabus abjectis, cum sponsis suis Angelis, in thalamum *intra terminum ingredi*, et fieri αἰῶνας νοερὺς *aeonas intelligentes*. *Secunda* habet thesis, res hujus pleromatis esse antitypicas, seu corpora rerum inferiorum hujus mundi, aeque invisibilis ac adspectabilis, ita ut hae res illarum sint imagines, ad eas superiores expressae, quare νοητὸν κόσμον adpellavit Theod. in Excerpt. §. 27. Sic et *semen spirituale*, a matre Achamoth, emissum, Ecclesiam esse dixerunt ἀντίτυπον τῆς ἄνω ἐκκλησίας *antitypum superioris Ecclesiae*, apud Iren.

dum [illegible] addit ad aeonum honorem cuncta ef- [illegible] earum formasse. Homo, a Valentino [illegible] II. εἰς ὄνομα ἀνθρώπου *in nomen ad ima-* [illegible] *praeexistentis*, seu superioris, creatus, et *supe-* [illegible] *existere* dicitur; praeterea Demiurgus adpel- [illegible] Dei imago, quare et Dei nomen gerit, ubi [illegible] occurrunt verba: *quantum minor est imago vultu vivo, tantum est mundus aeone vivente.* Dicuntur quoque Heracle- oni apud Grab. l. c. *imagines eorum in pleromate.* Theodotus in Excerpt. §. 32. *pleromata* vocat, quae non ex una aeone, sed syzygia, sunt nata, qualia sunt omnia, quae in pleromate sunt, sed quae ab uno sunt εἰκόνες dicuntur: quare Christum, ex contemplatione *scientiae* ortum, *imaginem pleromatis*, scilicet *aeonis superioris*, Jesu forte, vocavit, qui tamen in pleroma mox evolavit. Sed nihil clarius iis, quae §. 47. occurrunt, ubi *servator Jesus* in pleromate dicitur *demiurgus*, a matre Achamoth prolatus; Christus vero ab ipso emissus *filii* dicitur *imago*, Archangeli eorum imagines, et Angeli Angelorum Vid. etiam de Basilide Iren. I: 24.

§. CLXIX. *Tertia* est thesis, primum pleroma exhibere systema, cum attributorum, tum emanationum, divinarum, quae divinam naturam suo modo ac ordine participant, quae duo OEconomia continet Divina. Gnostici quoque Ipsi de aeonibus modo ut adfectionibus Dei, modo ut subsistentiis spiritualibus, loquuntur, nec ipsi secum conveniunt. Vox αἰὼν *aeon* aeternam, vel indefinitam, exprimit *durationem*, unde ad substantias inmortales est translata: uti a Doctis jam est observatum. Valentinum *familiam Deorum*, *et numerosas aeternitatum potestates*, introduxisse tradit Hilarius de Trinit. l. VI. c. 9. ubi αἰῶνας vertit *aeternitates*. Tert. adv. Valentin. c. 4. Ptolemaeum et Valentinum hac parte dissensisse refert, ita ut Valentinus sensus, adfectus, et motus divinos, Ptolemaeus personales substantias intellexerit: nec tamen hic sibi constat Tertull., nec Irenaeus hoc inter eos discrimen observavit. Ptolemaeus Iren. I: 12. censetur quidem

dem adtribuere, quod Tertull. Valentino, fed Ptolemaeus, ut mox dicam, primam quaternionem aeonum ita interpretatur, a quibus reliquae aeones difcrepant. Colorbafus autem et Epiphanes Gnoftici notantur foli, qui διαθέσεις καί δυνάμεις potentias intellexerunt per aeones: fed, ut dixi, in animo habuerunt partim *adfectiones*, partim *emanationes*. 1. Inmenfum enim inter aeones ftatuerunt difcrimen, cum *Nun*, feu monogenem, folum cenfuerunt comprehendiffe Patrem, caeteris aeonibus inconprehenfibilem. 2. Sophiae perturbatio, indeque orta mater Achamoth et materia, abfque quo perfonalis ei tribuatur fubfiftentia, plane intelligi nequit. 3. Fruftraneus quoque fine hac hypothefi foret horum hominum conatus, cum materiae et mali originem exponere in animo habuerint, abfque ut Deo inmediate adtribuatur. 4. Denique pleroma divinam complectitur oeconomiam, eftque fpirituum confummatorum, feu hominum fpiritualium, receptaculum, adeoque non adfectiones tantum, fed et emanationes, Dei complexum.

§. CLXX. *Quarta* denique hypothefis habet, συζυγίας Syzygias, conjunctiones maris et foeminae, fiftere fubfiftentias, cum adfectionibus fuis. Sic duas, quas *bytho* mulieres dabant Ptolemaei difcipuli, ejus effe διαθέσεις καί δυνάμεις *adfectiones et potentias* adfirmat Iren. I. 12., quod ex alio loco II: 12. adfirmatur. *Quinta* eft, primam *tetractyn*, quaternionem aeonum fummi Dei adtributa, reliquas vero aeonas varias comprehendere Dei emanationes, alias aliis excellentiores, fed omnes Deo inferiores. Quam infigne difcrimen, quo quatuor primas aeonas a reliquis diftare cenfuerunt, clare demonftrat. *Solus Nus*, inquit Iren. l. c. *fecundum eos delectabatur videns Patrem, et magnitudinem ejus inmenfam confiderans exfultabat, reliqui aeones omnes tacite quodammodo defiderabant prolatorem feminis fui videre* etc., unde νοῦς ὅμοιος καί ἴσος προσβάλλοντι *fimilis et aequalis proferenti* dicitur. Sed per *nun et aletheian*, feu *mentem et veritatem*, non intellexerunt Filium et Spiritum S. 1. quia duae

duae primae aeones Patrem folum fignificant, adeoque *uxor bythi* non perfonam, fed adtributum Patris denotat: duae itaque fequentes aeones commode defignare nequeunt duas *perfonas*, maxime, cum *foeminae* in hoc fyftemate, ut modo obfervavi, perfonas non repraefentent. Primae quatuor aeones nullam proprietatem aut actionem habent, quae eas effe fubfiftentias indicat, cum *fermo et homo* varias emiferint aeonas. 3. Irenaeus quoque l. II. c. 13. haereticos *emiffionis* voce catachreftice effe ufos, et non nifi eam, quae intra Patrem manet, intelligere, haud obfcure indicat: ut legenti patebit.

§. CLXXI. His jactis hypothefibus, fyftema faciliores habebit explicatus. *Prima* itaque *tetractys*, *quaternio*, Deum, tum ut in fe eft, tum ut idearum plenus eft, repraefentat. *Secunda* quadriga duas fupremas emanationes fubftantiales, Catholicis nomine Filii et Spiritus notas, ob oculos fiftit. *Jefus* fervator fublimiorem Chrifti animam, cum *fermone*, feu prima emanatione, unitam perfonam, omnium aeonum receptaculum, finem et fundamentum totius oeconomiae coeleftis, defignat? *Chriftus* vero et Spiritus exhibet *Spiritum* Chrifti, variis Spiritus donis ornatum, et a Spiritu occupatum. Denique aeones, a duabus illis quadrigis emiffae, varias denotant emanationes, fuis gradibus et operationibus diftinctas, quo diverfa refpiciunt nomina.

§. CLXXII. *Prima* tetractys, ut dicta uberius exponam, a reliquis aeonibus immenfum diftans, Deum fummum fiftit, tum ante, tum poft decretum confideratum. In natura fua eft *bythus* profundum et inperceptibile ens, in fe folo beatum, et acquiefcens: quod *fige* filentium, cum eo copulatum, exprimit: voce enim illa et *aeternitas*, et in fe folo beata *acquiefcentia*, depingi folet apud Veteres. Sed hic idem Deus, relate ad res extra Deum, nobis ut *nus* mens obverfatur, ideas rerum complexa, et de iis, earumque finibus ac nexu, ftatuens. Veteres eo fenfu adpellarunt λογον ενδιαθετον

ἐνδιάθετον *rationem insitam*, principium omnium rerum, et Patrem ac unigenitum. Iren. adv. haer. I: 2. *Uxor* vero ei data, *veritas* dicta, illud magis confirmat. Ideae enim, quae Deo insunt, verae non tantum, sed *veritates* omnium rerum sunt secundum Platonicos, unde res omnes habent suam essentiam. Quae ex Ptolemaei systemate adhuc evadunt clariora. Dedit enim Bytho duas conjuges, ἔννοιαν καὶ θέλημα *cogitationem et voluntatem*, unde *veritatem et mentem*, seu Nun, ortas vult, ita ut ex voluntate sit veritas, et nus ex cogitatione: cogitatio enim ideas componit, sed voluntas iis veritatem dat decernendo. Vid. Iren. I: 12. et Athanas. Orat. IV. in Arian. p. 510.

§. CLXXIII. Sequitur posterior quaternio, *sermonem et vitam*, ac *hominem* et *Ecclesiam* comprehendens; quae aeones, ordine emissionis distinctae, diversarum sunt operationum causae. *Sermo* est, qui Veteribus adpellatur λόγος προφορικὸς, prima Patris emanatio exterior et substantialis causa, omnium rerum productrix, a Patre diversa, et eo longe inferior, ita ut eum non cognoscat, sicut Nus, ipsa Patris ratio. Hic autem *sermo* est, qui *caro factus* est, non inmediate, sed in Jesu et Christo, ut mox dicam. Uxor ei datur *vita*, quia per ipsum sunt omnia, ipse est omnium rerum causa primaria, adeoque *vita*. Quod epitheton ex Joh. I. sumserunt. Sed per inmediatas ejus emanationes adhuc clarius hic *sermo* se prodit. Derivantur enim ex ipso *decem* aeones, *bythius et mixis, ageratos et henosis, autophues et hedone, acinetos et syncrasis, monogenes et macaria*. Quibus nominibus videntur expressisse varii ordinis Spiritus, qui *sermoni* in operationibus ejus inserviunt, et omnium rerum gubernationi adsunt: sed quibus explicandis non inmoror, eo minus, quod otiosorum hominum videantur figmenta: illud notasse contentus, nomina videri ab operationibus sermonis in mundo desumta, cum mundus ad aeonum exemplar, ut modo vidimus, fuerit compositus. Sed quid per *hominem et Ecclesiam* intel-

 lexerunt?

lexerunt? ſubſiſtentiam, ni fallor, divinam, quae ex *ſermone*, non ad latus, ut reliquae aeones, ſeu alii Spiritus, ſed recta ſerie, proceſſit, ei proxime conjuncta eſt, et motuum bonorum, adfectionumque Spiritualium cauſa in OEconomia divina. Quae ſecum collata ad tertiam Trinitatis perſonam, tenuerunt enim Gnoſtici hoc dogma, nos ducunt, adeoque ad Spiritum S. Catholicis dictum. Cum vero Pater prima ſignificetur quaternione, nihil propius eſt, quam reliquas duas, a Patre, ſecundum Gnoſticos, longe diſtantes, Filium et Spiritum S., perſonas, poſteriore quaternione fuiſſe deſignatas, ſtatuere. Nomen quoque *hominis et Eccleſiae*, ſeu hominum, qui Eccleſiam conſtituunt, a Spiritu S. non abhorret, cum is eam animet, et ſic intus alat ac gubernet; ſed nomina aeonum, inde originem repetentium a latere, nos eo manifeſte ducunt, cum ab illis Spiritus adfectionibus et operationibus deſumta ſint. Adpellantur enim, numero *duodecim*, paracletus et piſtis, patricos et elpis, metricos et agapae, aenos et ſyneſis, Eccleſiaſticus et macariotes, theletes et ſophia. Ceterum Philoſophi Judaei per Spiritum S. intellexerunt materiam ſupremam lucidam, unde animae et ſpiritus ſunt. Vid. Beauſobr. hiſt. Man. t. II. qui etiam expoſuit, quid primus homo, a corporali diſtinctus, ſecundum Manichaeos ſit et Gnoſticos. Ceterum aeonas, ex ſecundaria illa quaternione ortas, pro ſpiritibus ſubſtantialibus, ex duabus illis perſonis Trinitatis emanantibus, et illis inſervientibus, eſſe habendas, ex eo confirmatur, cum quod Archangeli et Angeli in hoc pleromate locum habeant, quippe ad quos efformati ſunt inferiores, ut ex Theodoti excerptis l. c. patet, tum ſupremis hiſce aeonibus mox ſubjungi ſoleant, *virtutes*, *principes*, *Angeli*, *qui primi* dicuntur, ut ex Iren. I: 24. patet.

§. CLXXIV. Supereſt *Jeſus* ſalvator, et Chriſtus, cum *Spiritu S.* explicandus. Valentinus, ſecundum Iren. I: 2. *Chriſtum* a monogene ſtatuit prolatum, ad reliquas aeonas confirman-

confirmandas, ne idem ipsis ac Sophiae contingeret, et de Patris inperceptibili natura convincendas; *Spiritum S.* vero ut aeonas ad gratiarum actionem incitaret, iisque quietem daret, quando ab omnibus aeonibus laetantibus *Jesus* salvator est prolatus. Quae quidem obscuriora sunt, quam ut exponere valeam, sed illud adparere videtur, *spiritum* et *animam* Christi per ea aenigmata intelligi, quam animam Messiae Cabbalistae quoque censuerunt cum aeterno *sermone* personaliter esse unitam, simul oeconomiae coelestis gubernatricem ac conservatricem, quae animat et vivificat coelestia, ita ut cum *sermone* sit inmediate unita, et spiritum quoque contineat. Videntur praeterea per *Christum et Jesum* diversas Christi partes, *spiritum et animam*, intellexisse: uti ex Theodoti excerptis colligi potest. Proferam summatim quae ibi traduntur. *Jesus* salvator ibi dicitur §. 23. *plenus aeonum*, *tanquam ab universis progressus*, et §. 21. *beneplacitum universitatis*, etiam §. 47. *catholicus demiurgus*, primus et universalis mundi opifex; per cujus directionem et potentiam, ut est §. 45., omnia egit *demiurgus* secundus, proprie mundi *creator* dictus, sed, quam virtutem superiorem ignorans, sibi gloriam creationis vindicavit, ut est §. 49. *servator* vero huic operi infudit semen spirituale, et ad gloriam aeonum illud aptavit, vid. §. 45. et Heracleon apud Grabe spicil. l. c. Cum hoc Jesu arctam habet consuetudinem *Christus*, §. 41., qui et imago servatoris dicitur §. 59. ψυχικὸς *animalis* Christus, a demiurgo secundo, vel inferiore, prolatus, in *filii*, seu Jesu filii sermonis, cujus sermonis imago est demiurgus ipse, imaginem §. 47. qui animalis Christus, a Demiurgo prolatus, virtute Sophiae, quare ex contemplatione Sophiae processisse fertur §. 32., in pleroma evolavit, ubi receptus est, et primogenitus rerum inferiorum constitutus §. 33 et 32., in quo omnes electi comprehensi cum ipso pleroma intrasse existimantur, §. 41. quare *Christus* caput eorum adpellatur, qui pleroma ingrediuntur, et *Jesus* humeri, quia Christus cum Jesu unitus,

ejus potentia et virtute id praestitit, §. 42. Hic denique Christus, antea invisibilis, carne putatitia adsumta, factus est visibilis, et opus salutis hominum effecit, ac animas Spirituales in pleroma introducit, §. 58, 59. quam ob caussam ὅρος *terminus* dicitur et *janua* pleromatis, §. 26. cujus termini signum et imago *crux* est §. 42. Ex quo elucescit, quid per *Horum* intellexerint.

§. CLXXV. Quae ut clariore donentur luce notandum est, Gnosticos 1. inter Jesum et Christum, de quo in superioribus egi, distinxisse 2. in homine statuisse, praeter crassum corpus *a.* hominem *animalem*, seu animum percipientem, volentem, et liberum *b. materialem*, seu patientem et concupiscentem, *c.* in iis, qui salutis aeternae fiunt compotes, *spiritualem*, seu spiritum efficaciter operantem, cujus respectu dixerunt, eum *natura* esse bonum, ac salvari, modo se non praestet eo indignum. De quo etiam vid. Beausobr. l. c. Quatuor itaque in universum φύσεις *naturas* admiserunt, ἄλογον, λογικὸν, πνευμα, ὑλικὸν; vid. Excerpta cit. §. 24. secundum primam, seu *irrationalem*, homo est χοϊκὸς *terrestris*, per secundam, seu *rationalem*, est ad similitudinem creatoris, per tertiam, *spiritum*, ad ideam aeonum superiorum, quod semen supernum a pleromate superno quoque inditur, ut Valentini habet fragmentum apud Grabe l. c. sed quae ubique prostant, denique ὑλικὸν est *caro crassa*, per pelliceas tunicas Adami intellecta, ibid. in Excerpt. §. 55. sed quod in Christo non fuit. *Jesus* itaque et *Christus* apte designare possunt ψυχην και πνευμα *animam et spiritum* ejus, πνευμα vero cum λογῳ unam constituit personam, sicut ψυχὴ cum πνευματι; ita ut in Christo habeamus λογον, πνευμα, ψυχην, *sermonem*, *spiritum*, *animam*.

§. CLXXVI. Primo pleromate, quantum licet, explicito, de mundo tum *invisibili*, tum *visibili*, seu duobus sequentibus pleromatibus, differendum, sed paucis, est, cum moras in hisce enodandis nectere operae non videatur

preti-

pretium: nec faciles mihi videntur habere explicatus, quae de *Sophiae* perturbatione, indeque nata *enthymesi*, seu matre Achamoth, materialium et animalium principio, unde et Demiurgus ortum habet, traduntur. Videri poteſt, praeter alios, Beauſobr. Hiſt. Manich. t. II. p. 156. qui ſyſtema Valentini de origine Entis et Enthymeſi, vel Achamoth, accuratius conatus eſt exponere. Mihi nonnulla generalia, quae ſeſe hic offerunt, tradidiſſe ſuffecerit. 1. *Primum* eſt, praeter mundum divinum, et puriſſimae ſpiritualitatis, *duos* eſſe alios, *inviſibilem et adſpectabilem*, quorum *ille* animales ſubſtantias varii generis, et materiam informem, adeoque inviſibilem, *hic* res formam habentes, continet. Iren. l. I. c. 4. paſſiones corporeas Achamoth in ἀσώματον ὕλην *materiam incorpoream*, adeoque inviſibilem, eſſe mutatas, ſecundum illorum opinionem, adfirmat. 2. *Secundum* habet, materiam, vel ſaltem ejus modos, et diverſas qualitates, a Spirituali aliqua ſupremi pleromatis ſubſtantia, quae a Deo ſummo longe diſtat, originem repetere: adeo ut ea primum fuerit paſſionibus ſubjecta, et inde *materiale* quid contraxerit. Dubie locutus ſum, quia pro certo non auſim ſtatuere, num *materiam* cenſuerint quid productum, an ab aeterno, et Deo ſummo coaeternum, ita ut modorum et qualitatum ejus, jam exiſtentis, originem matri Achamoth adſcripſerint. Fragmentum Valentini apud Grab. l. c. habet quidem, *materiam* eſſe Deo coexiſtentem; ſed num Demiurgum, an Deum ſummum intelligat, forte definiri nequit, utique de eo Docti diſſentiunt.

§. CLXXVII. 3. *Tertium* eſt, animales ſubſtantias, et materiam ſaltem modificatam, haberi pro *abortu* ſapientiae, ſeu ſapientiae inperfectae effecto. *Sophiae* enim perturbatio, unde orta eſt Achamoth, reliquorum mundorum primum principium, nihil aliud ac ſapientiae inmaturum fructum deſignare videtur, nec ex certo conſilio, nec ſapientiae perfectae dictatis, productum, adeoque divinae oeconomiae, ſeu ſuperiori pleromati, non convenire, nec eſſe ex

Deo ſummo, ſed ejus tantum conceſſione, et ſapientiae inperfectae effectum. Quae ratio eſſe videtur, quod foeminae, a maſculo aeone ſeparatae, haec productio fuerit adſcripta, quippe quo indicatur productum, non placens, non juſtum, non *perfectum*, quod theletos, maſculus aeon, denotat, cum *ſophia* ultimum par aeonum conſtituens, ſed ſine quo, per ſolam *ſophiam*, omnia facta ſunt, argumento, ſapientiam *inperfectam* intelligi. Quo *Enthymeſis*, inde nata, quoque ducit; ſignificat enim vox *ratiocinationem*, effectum λόγυ *ſermonis* per *ſophiam*: praeſupponit enim *ratiocinatio* ignorantiam et incertitudinem, quid agendum, quidve optimum ſit. 4. *Quartum* tenet, mundum *adſpectabilem* ex materia exiſtente per Angelum aliquem eſſe productum. Demiurgus enim mundi creator eſt, et angelus inferior, in divino pleromate ſedem non habens, a Deo ſummo, ſolo bono, diverſus, nec *malus* ſimpliciter, adeoque a Diabolo diſtinctus, ſed *juſtus* et rigidus: ut Ptolemaeus habet in Ep. ad Florum apud Grabe in ſpicil. l. c. 5. *Quintum* eſt, mundum, a ſuperiore aeone non productum, ejus tamen directione et potentia factum eſſe a Demiurgo, ſimul ſemen ſpirituale, quod πνεῦμα *ſpiritum* adpellat Marcionita apud Origen. contra Marcion., nonnullis creaturis eſſe a *ſervatore* inditum, omnibus autem *rationalibus* creaturis *rationem*. Quae ex modo dictis de Jeſu et Chriſto evidenter eluceſcunt. 6. *Sextum* denique eſt, mundum productum reſpondere aliquatenus pleromati ſuperiori; uti modo probavi, ſecundum quam analogiam mater *Achamoth* repraeſentat ſpiritum, et Sophiam, *Demiurgus* ſermonem et ſervatorem, qui univerſalis dicitur Demiurgus, et Pater univerſi, Chriſtus filius ejus in pleroma evolavit, ac Jeſus quoque filius ſe ipſum effinxit, ſive Chriſtum et ſpiritum in pleromate ſupremo; Archangeli vero reliquos aeonas, et Angeli ſatellites Jeſu; ſemen denique ſpirituale Gnoſtici Eccleſiam, et hominem ſuperiorem. Vid. Excerpt. Theodoti §. 47. Sed quid figmentis hiſce diutius inmoror?

§. CLXXVIII.

§. CLXXVIII. Utilius fuerit expoſuiſſe, quid mali in hoc ſyſtemate fuerit, quod illud adeo deteſtabile fecit. 1. Primum, quod mox in oculos incurrit, eſt, nihil magis a ſimplicitate Euangelii, quam haec otioſorum hominum figmenta, abhorrere. Erant utique inutilia ſtudia, quae nec veram ſcientiam, nec pietatem augere poterant, erant quoque noxia, quae animum futilibus diſtrahebant ſpeculationibus, ſimul Chriſtianiſmi veram indolem deſtruebant, quippe in viva fide, ac reſipiſcentia, et communione cum Chriſto, unica ſalutis cauſa meritoria et efficiente, ſitam: unde hi homines philoſophicum aliquod ſyſtema fecerunt, quod de veris Chriſtianiſmi doctrinis et officiis parum, aut nihil, habet. 2. Veri et ſummi Dei agnitio et cultus, ejuſque relationes ad homines, obſcurabantur, vel tollebantur, dum creatio mundi adſcribebatur Angelis. 3. Vera et ſalutaris doctrina de Chriſto multis modis infringebatur, per veram ejus divinitatem ac humanitatem ſublatam, et paſſio ejus, cauſa meritoria ſalutis, ſtatuebatur fictitia. 4. Spes vitae et felicitatis aeternae per negatam reſurrectionem quantopere fuerit labefactata, ex 1 Cor. XV., et ſupra de ea haereſi ad ſec. praecedens diſputatis, ſatis eluceſcit. 5. Fundamenta quoque veritatis Chriſtianiſmi haud parum quaſſata fuerunt per vanam doctrinam de autore et legiſlatore Vet. OEcon., non vero et ſummo Deo bono, ſed angelo aliquo rigide juſto, a Deo diverſo, et ei contrario. Quo ipſo etiam argumenta, ex Vet. Teſt. et Prophetiis petita, nihil valebant, et Chriſtus falſo ad ea provocavit, ſeſeque pro Meſſia promiſſo venditavit. 6. Virtutis et pietatis ſtudium, ab hominibus ratione pollentibus, et per rationes inpellentes movendis, inſtituendum, ſufflaminatum, quin ſublatum fuit, per *neceſſitatem* fatalem, quam hoc ſyſtema introduxit. Mali enim ſedes erat materia, adfectus, et paſſiones erant *adpendices* animae, ſeu particulae materiales, quarum proprietates ſunt certae paſſiones, quae cum anima rationali junguntur, ac intrinſecum agendi principium ha-

bent, unde *Spiritus* dicuntur. Christiani sunt φύσει *natura* tales, non libera voluntate, semen quippe spirituale superne delapsum facit Gnosticos, qui propterea sese φύσει σωζομένους *natura salvatos* adpellarunt. Vid. Clem. Alex. Strom. l. II et III. et saepe alibi; et Grabii Spicil. sec. II.

§. CLXXIX. 7. Alia denique, pietati ac virtuti inimica, in eorum systemate sese offerunt. Semen enim Spirituale, quod habebant, contaminari non posse statuebant, adeoque libidines, aliaque carnalia vitia, nocere non posse, cum *caro*, quippe ex *materia*, sit peccati sedes, cui peccatum adtribuendum est, salva Spiritualis seminis puritate: unde in peccata proclivitas non poterat non nasci. Accessit, Gnosticum, secundum eos, non per fidem et opera, sed γνῶσιν *scientiam* sublimiorem, salvari. Quod Iren. l. I. c. 6. ipsis verbis de ipsis adserit, eos opinatos dicens, se *non per actionem*, sed διὰ τὸ φύσει πνευματικοὺς εἶναι *quod natura sint Spirituales*, salutis fore compotes; addit, secundum eos, *Spirituale semen nullo modo corrumpi posse, quibuscunque in factis versetur*, sicut aurum, in coeno positum, suam *non amittit pulchritudinem*. Vid. et l. I. c. 13. Clem. Alex. Strom. III. c. 1. quoque testatur, Basilidianos adfirmare, se *potestatem habere* καὶ τοῦ ἁμαρτεῖν διὰ τὴν τελειότητα *etiam peccandi propter perfectionem*, et φύσει *natura servari*. Denique Epiph. haer. 31. tradit, eos dixisse, *spirituales* per γνῶσιν *scientiam salvari, et interna ac spiritualia habere corpora; animales vero laboribus, et recte factis, sed minore gradu; carnales autem non posse*. Referri huc quoque potest, quod Apost. 1 Cor. XV. ex negata resurrectione sequi dicit, *edendum et bibendum* esse etc., sed de quo ad sec. I. disserui. Accesserunt et alia, quae peccandi occasionem praebuerunt: ex. gr. Gnosticum non teneri praeceptis legalibus a Demiurgo datis, adeoque, ut a vitiis vetitis abstineant, necesse non habere. Quorum hominum mentionem fecit Clem. Alex. Strom. l. III., quos ἀντιτάκτας *adversantes* adpellari tradit: statuebant enim, Deum summum *omnia bona* facere, sed ali-

um

um inferiorem *malorum naturam generasse*, quibus homines inplicuit, ut eos Patri efficeret *adversarios;* propterea se quoque legislatori illi adversari velle, et omnia contra ejus facere voluntatem. Quoniam ergo dixit, *non moechaberis*, *nos*, inquiunt, *dicimus moechabimur*, *ut ejus voluntatem dissolvamus.* Memoravit quoque Clem. Alex. Str. l. II. c. 20. alios, *qui usu voluptatis se cum ea ipsa pugnare* dicebant, *ut se ipso voluptatis in usu non vinci*, *principiumque suum tenere*, ostenderent. Vid. etiam quae habet Simplicius, ad Epictet: c. 12. Quam stupenda sunt ingenii carnalis et peccati ludibria!

§. CLXXX. Postremo dictis subjungo, Gnosticos forte haud male accusatos fuisse Magiae, si ea intelligatur ars, qua certis formulis, carminibus, et barbaris vocabulis, *mali* putantur domari *daemones*, praeterea habuisse jam *imagines* Christi, ut et Orphei, aliorumque Philosophorum Veterum: signum quoque mysticum *α* et *ω*, nec non *columbam*, quae περιστερὰ dicta, numeros per litteras illas producit 801, quot etiam habent litterae *α* et *ω*; unde repetitur nomen Ιαω ipsis usitatum, quod est Ιησους *α* et *ω*. De quo vid. Jablonski de Alexandro Severo Christiano in Misc. Lipf. vol. IV. Attamen, licet haec omnia, quae protuli, vera habeantur, existimandum tamen non est, omnes Gnosticos fuisse vitae libidinosae et pessimae. Etsi enim ex illorum hypothesibus talia possint derivari, et plerisque etiam peccandi occasio inde fuerit nata, alii tamen aut secundum principia sua non vixerunt, quod rarum non tantum non est, sed per omnes sectas, etiam ipsos Catholicos, satis vulgatum, aut in aliud delapsi sunt extremum, adeo ut ab omni commercio cum *carne*, sede peccati, abstinuerint, ab ipso quoque matrimonio, ne per carnem contaminarentur. Clem. Alex. Strom. III: 1. diserte tradit, primos Gnosticismi architectos ejusmodi licentiam non admisisse, aut ratiocinia ad peccatum ducentia: observat quoque c. 5., haereses hac parte in duo abire extrema, ut doceant, vel ἀδιαφόρως ζῆν omnia esse *indifferen-*

differentia, vel *continentiam* esse servandam, ut sese mundi creatori opponant. Vid et Iren. adv. haeres. l. I. c. 28. Basilidem in specie nec vitiorum, aut inpudicitiae, nec magiae, fuisse patronum, demonstravit quoque Beausobr. Hist. Manich. t. II.

§. CLXXXI. Systemate Gnosticorum qualitercunque illustrato, Valentini, ejusque decessorum ac sequacium, aliqua restat tradenda notitia. *Valentinus*, ὀυκ ἐυτελὴς ἀνὴρ *non vulgaris vir* dictus Origeni contra Marcion., quin Hieron. ad Hos. X. *doctissimus*, unde fuerit oriundus, a nullo scriptorum fuisse expressum, tradit Epiph. haer. 31., sola vero auditione se percepisse, *Phrebonitem* fuisse, ex *ora* quadam AEgypti: sed ubi alii Pharbaebitem, ut Danaeus, alii, ut Massuet., Phtenotitem, alii, ut Crojus in specim. conjectur. Prosopitem, ab urbe Prosopo, legunt; posset etiam Atribitem, ex Epiph. loc. c. §. 7. Certius est, eum studiis operam dedisse Alexandriae, in specie Philosophiae, ut tunc inter Judaeos vigebat, cujus specimen est in Philone Judaeo, sed praeceptorem habuisse Theudadem aliquem, Pauli Apostoli familiarem, jactabant Valentiniani, referente Clem. Alex. Str. VII. circa fin., sed qua fide, et quis iste fuerit, incertum est. Quo tempore floruerit inter eruditos quidem disputatur, sed Irenaeo standum videtur, qui l. III. c. 4. tradit, eum sub Hygino, Episcopo Romano, venisse Romam, sub Pio crevisse, et usque ad Anicetum tempus prorogasse, adeoque tunc defunctum esse. Hyginus autem ab a. 122 ad 126. sedit, et Anicetus incepit a. 142. sub Antonino Pio. Vid. Pearson de primorum Pontif. Rom. successione Diss. II. Floruit itaque maxime sub Hadriano et Antonino Pio. Sparsit vero errores primum per AEgyptum, teste Epiphanio, ubi sec. IV*to* circa fin. ejus adseclae adhuc fuerunt. Sed Romae praecipuam haeresios sedem collocavit, unde, detectus et excommunicatus, discessit in Cyprum, ubi mortuus est, ut habet Epiph., silente Irenaeo, qui in genere, eum Romae ad Anicetum usque

mansisse, tradit. Refert quidem Tertull. adv. Valentin. l. IV. eum initio simulasse orthodoxum, dum ambiret Episcopatum, sed dein, cum hac spe excidisset, larvam deposuisse. Cui nemo fiderit, eo minus quod simile quid omnibus fere haereticis adfingi soleat. De scriptis ejus parum constat. Tert. l. c. memorat ejus *Sophiam*, et de *carne Christi*, l. I. ejus *Psalmos.* Ex homiliis ejus quaedam exstant fragmenta apud Clem. Alex., et dissertatio aliqua apud Origen. contra Marcion., quae fragmenta collegit Grab. in Spicil. sec. II. Ingens quidem aliquod fragmentum recenset Epiphan. l. c., sed non est ejus, ut evicit Pearson Vind. Ignat. p. II. c. 5. Refert quidem autor ultimorum cap. libri Tert. de Praescript. haeret. ipsum novum finxisse euangelium; sed falso, ut probavit Grabe l. l.

§. CLXXXII. Valentinus, licet ingenio in systemate condendo abusus fuerit, ab aliis tamen, qui ipsi praeluserunt, multa sumsit, uti omnes testantur Veteres. Primam ogdoada, secunda tetracty alias ordinata, eum a Vetustioribus derivasse Gnosticis, late probavit Pearson Vind. Ignat. p. II. c. 5. Valentinum antiquas Gnosticorum doctrinas in suum characterem transtulisse, diserte testatur Iren. l. I: 5. II: 18. quare a reliquis Gnosticis furti fuerunt accusati Valentiniani, eodem ibid. teste. Theodoret. alibi Haer. fab. l. I. dixit, *ex his omnibus haeresibus Valentinus accipiens materiam interminabiles fabulas composuit.* De antiquioribus, ut Simone, Menandro, et Cerintho, cum sec. I. egerim, hic proximos praelusores memorabo, sed praecipuos, *Saturninum* scilicet et *Basilidem*, quorum *ille* Antiochenus Menandri dogmata per Syriam, *hic* vero per AEgyptum sparsit, et in Persia quoque docuit, narrante Archelao apud Zacagnium in Collect. monum. Vet., ubi fragmentum aliquod ejus exstat de *duobus principiis.* Quo tempore floruerint, etsi adcurate definiri nequeat, illud certum est, eos jam Trajani tempore doctrinas disseminasse, sed sub Hadriano caput extulisse, publicis erectis scholis, et conditis Ec-

clesiis. Vid. Pears. l. c. cap. 7. Ipsi Gnostici apud Clem. Alex. Str. VII. fin., Glauciam fuisse Basilidis praeceptorem, et Petri Apost. interpretem, jactitarunt: ex quo summam tantum ejus antiquitatem colligi velim, nihil aliud. Tradit quidem Hieron. de Script. Eccles. ipsum Hadriani a. 17*mo* esse *mortuum*, sed, cum alia lectio habeat *moratum*, illud in medio relinquo. Ceterum Saturninus Patrem ostendit incognitum, qui fecit Angelos, Archangelos, virtutes et potestates, a septem vero Angelis mundum esse factum statuit, et hominem eorum esse facturam, ita tamen, ut virtus superior scintillam vitae emiserit, quae hominem erexit, articulavit, et vivere fecit. Sed Basilides subtilius philosophatus est, ac aeonas extendit, et digessit adcuratius, ita ut ex Patre sit Nus, inde Logos, dein ab eo Phronesis, unde Sophia, (cui cum *Prounicae* epitheton ab Ophitis, teste Irenaeo, fuerit datum, ad quod obhaeserunt Docti, illud obiter observo, videri ex superiore *Phronesis* natum, ut sit pro *Phronica* positum,) et Dynamis, et inde virtutes, principes, Angeli, a quibus primum coelum factum est cum aliis angelis, inde alios esse derivatos coelos, usque ad 365, una cum aliis Angelis: denique ab angelis, posteriori coelo praefectis, hunc inferiorem mundum esse conditum Iren. l. I. c. 24., qui praeterea addit, Nun, secundum Basilidem, in mundum a Patre missum, esse Christum, qui homines e potestate eorum, qui mundum fabricarunt, vindicaret, nec tamen eum, sed ejus loco Simonem Cyrenaeum esse crucifixum, sub specie Christi. Reliqua cum aliis habuit communia, nisi quod, referente Iren. l. c. et Clem Alex. Str. IV: 11. *μετεμψύχωσιν animarum transsmigrationem* admiserit. Liquet quoque ex fragmento ejus apud Clem. l. c., martyrium ex opinione ejus habendum pro poena peccati, sive actu, sive voluntate patrati, sive antequam in hoc corpus venit anima, sive postquam. Sed de Simone Cyrenaeo, loco Christi passo, dogma ipsi esse adfictum, et cum idem quod reliqui Gnostici de Chris-

to

to senſiſſe demonſtravit quoque Beauſobr. hiſt. Manich. tom. II. qui de Abraxas nomine, in gemmis Baſilidianis occurrente, etiam fuſe diſſerit, vocemque derivat ab ἁβρος et σαω, ita ut ſit *magnificus et pulcher ſervator*, emblema quoque *ſolis:* cujus naturae multae aliae ſunt imagines apud Chifſletium de hac materia, quae Gnoſticis male tribuuntur, et maximam partem ſunt AEgyptiorum Gentilium. Sed hac parte mihi rectius docuiſſe videtur Jablonski in Miſc. nov. Lipſ. vol. VII., nomen *abraxas*, ſive *abraſax*, ἀβρασαξ, utroque enim modo ſcribitur, eſſe purum putum artificiale, et nihil aliud dicere, ac numerum 365, litteris ejus numeralibus comprehenſum; cujus indicium quoque eſt in litteris τξε in Gemmis Baſilidianis; ſignificant autem *dies* anni 365, et Meſſiam repraeſentant *ſolem* juſtitiae, autorem *anni* gratiae, cum adluſione ad *unum* annum morae Chriſti in terra, ſecundum Gnoſticos. Coeli ergo 365 ſunt in ſyſtemate Baſilidis totidem *dies* anni, quibus praeſunt Angeli: quod Perſis quoque placuit. Ceterum de Syſtemate Baſilidis, praeter Beauſobr. l. c. conſulendus eſt Brucker. de nomine *Caulacau* in Muſ. Helvet. p. XXII., qui illud derivat ab Hebr. קו לקו Jeſ. XXVIII., et interpretatur *ſpem ſupra ſpem*, ac de *ſervatore mundi* intelligit. Ceterum filius ejus Iſidorus, fabuloſa Patris dicta cum aliquo additamento confirmavit, ut Theodoret. haer. fab. l. I. c. 4. inquit, et fragmenta quaedam ejus librorum exhibet Grabe in ſpicileg. Patrum ſec. II. Sed huic rei inmorari nec licet, nec neceſſe eſt.

§. CLXXXIII. Pergendum nunc foret ad Valentini diſcipulos, vel adſeclas, quorum praecipui memorantur Ptolemaeus, Secundus, Heracleon, Theodotus, Marcus, Colorbaſus, Bardeſanes, Florinus et Blaſtus, Ophitae, et Sethitae; ſed vix operae pretium videtur, de iis diſtincte diſſeruiſſe: poteſt quoque harum rerum cupidus neceſſaria haurire ex Buddeo de haereſ. Valentin., Vogtio in Bibl. Haereſiol. et aliis ſatis notis. Guſtum aliquem Gnoſticiſmi hujus ſec.

dedisse suffecerit. De Ophitis nonnulla protuli ad Cl. Vitringae F. dissertationem de *serpente veteratore* cap. I., quorum nondum poenitet, sed, quod tunc me fugit, addo, ea quae Origenes de illis, tanquam Jesu adversariis, tradit, ad Ophitas Judaeos pertinere, quorum opiniones Irenaeus et Origenes descripserunt, quique ab Ophitis Gnosticis Christianis probe sunt distinguendi. Illud addo, haereses illas per tria fere secula viguisse, ita tamen ut circa fin. sec. IVti Valentinianorum secta fere fuerit exstincta, teste Greg. Nazianz., et Theodoret. haer. fab. I: 16. qui tamen l. II. sua adhuc aetate aliquos superfuisse refert, quod et Epiphan. haer. XXXI. tradit. Supersunt itaque *Marcionitae*, quorum notitia tradenda est, qui, licet aeonum systema cum Valentinianis videantur tenuisse, ut Bullus def. fid. Nic. sect. III. probabile fecit, generales tamen Gnosticorum hypotheses maxime urserunt, simpliciore quoque usi methodo. Fuerunt autem praecipue sequentes. 1. Duos esse Deos (loquor stilo vulgari, licet proprie duo principia, non Deos summos, statuerint, ut recte quoque advertit Beausobr. hist. Manich. t. II., qui de systemate Marcionis legi meretur,) unum summum et bonum, alterum inferiorem et *malum*. Cerdon, magister Marcionis, Deum hunc posteriorem dixerat δικαιον *justum*, ut tradit Iren. l. I: 27. quae communis quoque fuit Gnosticorum opinio, ut ex fragmento Ptolemaei, apud Grab. l. c., luculenter patet, sed Marcion, ut verba Irenaei habent, *adampliavit Cerdonis doctrinam, inpudorate blasphemans eum, qui a lege et Prophetis adnunciatus est Deus, malorum factorem, bellorum concupiscentem* etc. Epiphan. haer. LII. quidem, et alii eum, secuti, ut Joh. Damascenus et alii, *tria* ipsi tribuunt principia, *bonum, justum et malum*. Sed erronee, ut Augustin. de haeres. jam advertit, origine forte inde nata, quod Syneros, aliquis discipulorum ejus, *tria* introduxerit principia, teste Rhodone apud Eus. H. E. V: 13.; Marcionem enim *duo* tantum statuisse, antiquiores constanter tradunt; uti Iren. l. c.

l. c., Just. M. ap. I. c. 35, 75. Tert. contra Marc. l. I. c. 2. etsi ex ejus opinione, per modum consectarii, plures Deos derivari posse, ut, praeter Deum summum et Creatorem, *materiam ac diabolum*, disputet c. 16.

§. CLXXXIV. 2. Hunc Deum malum esse creatorem mundi, ac legislatorem Judaeorum; creasse autem mundum ex praeexistente materia; teste Tert. l. c. Alium autem esse Deum summum, Patrem Christi, bonum et misericordem, alium vero creatorem ac legislatorem illum, ex effectis colligebat; inter quae in primis ursit peccata, et mala in mundo, et in Vet. oeconomia legali multa severitatis ac crudelitatis indicia; ex. gr. quod esu arboris scientiae interdixerit iste Deus, hominem expulerit paradiso: quas objectiones, ex historia paradisi et lapsus desumtas, repraesentat etiam Ambrosius in lib. de *Paradiso*, et suo more refutat: praeterea crudelitatem in severissimis exercuerit judiciis, nec non severitatem in minis, quibus leges sancivit, demonstraverit: leges condiderit a charitate alienas, ut de *dente pro dente* etc. et odio inimicorum: multis insuper infirmitatibus ac adfectibus obnoxium se probaverit, denique Vet. et Nov. Testamenta sibi invicem esse contraria. Unde natae sunt Marcionis *antitheses*, h. e. *contrariae oppositiones*, ut verba habent Tert. I: 19. contra Marc., *quae conantur discordiam cum lege committere, ut ex diversitate sententiarum utriusque Testamenti diversitatem quoque argumententur Deorum.* Vid. et l. IV. 1. Duplicem ergo 3. esse Messiam, vel Christum, *alterum* Judaeorum, magnum bellatorem, a Prophetis promissum; qui Judaeos in terram eorum introducet, *alterum* servatorem mundi, a Patre, vel Deo supremo, ad salutem praecipue Gentium missum. De quo vid. Tertull. adv. Marc. l. III. ubique, sed clarissime c. 21. *alter Judaicus*, inquiens, *Christus* dicitur, *populo soli ex dispersione redigendo destinatus a Creatore, alter vero omni humano generi liberando collatus a Deo optimo:* Vid. et l. IV. 6. Qua ratione eludere conatus est vim

demonstrationis e Vet. Test. petitae. 4. Cum vero Christus et Apostoli saepe ad Vet. Test. provocent, et inde veritates ac demonstrationes repetant, loca ea partim castravit, partim eos nimiae adcommodationis ad Judaeos egisse reos. Iren. l. c. et l. III: 12. Praeterea 5. euangelium Lucae vel solum, vel praecipue, reliquis non plane repudiatis, adsumsit, abusus eum in finem Gal. I: 7. ut notavit et refutavit Chrysost. ad Gal. Epistolas quoque Paulinas habuit solas pro genuinis scriptis, ut ex Iren. et Tert. constat, et Origenes quoque contra Marc. tradit. 6. Reliqua dogmata de carne Christi, resurrectione mortuorum, nuptiis, etc. communia cum Gnosticis aliis tenuit: ita ut hic morari non sit necesse. Illud notandum *a*. resurrectionem ipsis fuisse liberationem animae a corpore per mortem, quae animae quasi resuscitatio et vita erat, quippe per unionem cum corpore quasi *mortuae*. Epiph. l. c. *b*. Christum, ex opinione Marcionis, descensu suo ad inferos liberasse animas Caini, aliorumque inpiorum V. T., etiam Sodomaeorum, ipsi fidem habentium, sed Abelis, aliorumque justorum V. T. ibi relictas esse, quod putarint se a Deo suo, ut saepe in vita contigerat, tentari. Iren. l. c. 7. Denique ad ritus singulares Marcionitarum pertinet, eos non unum, sed duo aut tria concessisse, post lapsum in peccata, baptismata, alios quoque vice catechumenorum mortuorum fuisse lavacro tinctos, mulieribus quoque jus baptizandi fuisse. Vid. Tert., Epiph., et Joh. Damascenus, l. c.

§. CLXXXV. *Marcion*, ut de praecipuis agam autoribus, unde nomen traxerunt, fuit genere Ponticus, ut omnes tradunt Veteres, urbe Sinope oriundus, ut ex fama refert Epiphan. haer. XLII., unde *Ponticus* dicitur Tertull. l. I: 20. Ponticus *lupus a* Rhodone apud Eus. H. V: 13. adpellatur, ut et Ponticus *nauclerus*. Sic et Tert. c. 18. *Nos Marcionem nauclerum novimus*, *non regem*, *nec Inperatorem*; non acsi artem exercuisset nauticam, fuit enim, teste Epiph.,

Episcopi

Episcopi filius, sed quod inter nautas in urbe maritima fuerit natus; adlusione inepte facta ad nomen *Ponti*, et regionem et mare significans. De educatione vero et vita ejus parum constat. Narrat quidem Epiph., ipsum, continentiam professum, postea stuprasse virginem, et propterea fuisse a Patre communione Ecclesiae ejectum, nec, licet poenitentem, admissum, dein Romam se contulisse, nec ibi receptum, eaque occasione in communionem et haeresin Cerdonis incidisse: sed tota illa narratio, praeterquam quod unius Epiphanii testimonio, sublesto valde fundamento, nitatur, suspecta non tantum fit per Tertulliani silentium, sed falsi convincitur ex eo, quod Tertullianus ejus continentiam non semel laudet, eumque *castratorem* carnis nuncupet. Accedit, Apellem, ejus discipulum, a Tert. praescrip. haeret. 30. accusari tanquam *lapsum in foeminam*, et *desertorem continentiae Marcionis*. Ex quo simul liquet, ineptam esse quaestionem, num a Patre excommunicatus adpellaverit ad sedem Romanam: negat et refutat, licet factum agnoscat, Nat. Alex., sed defendit Roncaglia, novissimus Hist. Eccles. ejus editor. Illud verius, Marcionem in initio fuisse Catholicum, dein Romae commercio Cerdonis in ejus errores abstractum. Ita Tert. l. c. *constat illos*, Marcionem et Valentinum, *in Catholicae primum doctrinam credidisse apud Ecclesiam Romanensem*. Quod itaque Philastrius de haeres. c. 46. tradit, ipsum in Asia ante errores sparsisse, quam, post Hygini mortem, Romam venit, consistere nequit, licet postea potuerit id in Asia fecisse. Cum vero post Hygini obitum Romam adpulerit, teste Epiphanio, tempus, quo floruit, in obscuro non est. Vulgata opinio, a Massueto Proleg. ad Iren. quoque defensa, eum sub Antonino Pio demum emersisse, se tueri nequit, eo minus, quod sub Hadriano haud vulgares jam fecerit haec haeresis progressus, et Just. M. in *apol.* Antonino oblata l. c. illud clare indicet. Vid. Pearf. vind. Ignat. p. II. c. 7. et Dodwell. diss. Iren. III. Cum vero Hyginus, quo mortuo

Romam adiit Marcion, et Cerdoni se adplicuit, sedem Romanam ab a. 122 ad 126. tenuerit, eum a. 127 Romam venisse, et a. 128. haeresin adoptasse, sub initia Pii, Episcopi Romani, recte statuitur. Sed postea haeresin, in proprium characterem formatam, vulgasse censetur a. 134. De quo vid. Pearf. de P. P. R. successione Diss. II. et ibi Dodwellus. Quod vero Tert. l. c. tradit, ipsum sub vitae finem professum esse poenitentiam, et recipiendum fuisse, si, quos deceperat, Ecclesiae restitueret, morte vero fuisse praeventum; lubens suo loco relinquo.

§. CLXXXVI. Memorandi paucis restant praelusores, et discipuli Marcionis. *Cerdon*, magister ejus, Romam venit, sub Hygino Episcopo, ex Syria, unde oriundus erat, haeresin vero saepe abdicare visus, saepius relapsus, tandem in ea confirmatus, renunciavit communioni Ecclesiae. Iren. l. III: 4. et ex eo Eus. H. IV: 11. ac Epiph. haeres. XLI. Praecipuus vero ejus discipulus fuit *Apelles*, Syrus, unde Apelleiani, vel Apellitae dicti sunt. Ipse *lapsus in foeminam*, verba sunt Tert. praescript. haeret. c. 30. *desertor continentiae Marcionis, ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam discessit; ubi*, ut ibid. refert, *in aliam postea inpegit foeminam, nempe in Philumenam virginem, seu potius inmane prostibulum, cujus energemate* (signis et praestigiis) *circumventus, quas ab ea didicit, phaneroses scripsit.* Vid. et ibid. c. 6. Hic ipse tamen Apelles Rhodoni coaevo, viro Catholico, dicitur apud Eus. H. V: 43. τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος καὶ τῷ γήρᾳ *abstinentia et senectute clarus*: quod qua ratione cum Tert. conciliandum sit, nescio: legit quidem Vales. πολιᾷ, sed minus feliciter, cum illa vox huc non quadret, quare ex fama potius natam putaverim Tert. narrationem, nec veritati consonam; cum Rhodoni, autori aequali, potius credendum sit, et quivis rumores de haereticis avide captari soleant, sicut modo in ipso Marcione habuimus. Consentit nobis Beausobr. in Hist. Manich. t. II. Ceterum Apelles in duobus capitibus traditur a magistro

Marcione

Marcione dissensisse; quorum *unum* est, quod μίαν ἀρχὴν, *unum* confessus sit *principium*, teste Rhodone apud Eus., unum scilicet *Deum summum*, a quo alterum, scilicet malum, factum esse statuit *creatorem* mundi; ut habet Aug. de haeres. et Joh. Damascen. Sed illud haud multum a Marcione discrepabit, ut ex supra dictis patet. *Alterum* est, quod *solidum*, et non fictitium, corpus in Christo agnoverit, licet *innatum*, quippe ex aetherea, et elementari, materia, descensu e coelis, conpactum, et in eam adscensu resolutum, uti Aug., Philastr., Epiph., et alii referunt. Simile quid, sed generalius, innuit Tert. de *carne Christi* c. 6. et cont. Marc. II: 11. dicens, statui, *Christum circumtulisse carnem nullius tamen nativitatis, ut pote de elementis eam mutuatum.* Praeter Apellem memoratur aliquis Lucianus vel Lucanus, ab Origen. contra Cels. l. II. et aliis, qui per omnia Marcioni consensit, secundum J. Damascen., qui forte idem est, ac cujus meminit Tert. de *resurrectione carnis* c. 2. qui *nec carnem, nec animam, sed tertium quid resurrecturum statuit:* quo admisso, *Lucanus* et non *Lucianus* adpellatus fuit, cum ad nomen ejus alludens dicat Tert. *id est non homo; sed ursus forsitan, qua lucanus.* Sed hoc tanti non est. Ceterum Marcionitae tempore Epiphanii adhuc viguerunt, sed Theodoreti aetate numerus eorum erat exiguus: ut ex ipsis l. c. patet.

§. CLXXXVII. Misso Hermogene, contra quem scripsit librum Tert., nullius erroris reo, nisi quod *materiam* statuerit Deo *coaeternam*, ita tamen, ut Deus fuerit ejus dominus, et ex ea creaverit corpora ac animas, quia mali originem alias non potuit exponere, qui error hoc tempore tanti non fuit habitus, ad Gnosticos pergo *Practicos*, qui erroribus adjunxerunt pessimos mores, quo ab aliis Gnosticis distinguuntur. Quorum praecipui fuerunt *Carpocratiani*, qui et hypotheses tenuerunt directius ad vitam ducentes dissolutiorem, et iis convenienter vixisse traduntur. *Carpocrates*, Alexandrinus, et Basilidi, secundum Eus. H. IV: 7.,

aequalis, diversa non tantum cum Gnosticis statuit principia; sed Jesum dixit ex Maria et Josepho natum, hominem nudum, at virtute caeteris praecellentem, et a Christo, divino aeone, insessum, ac ductum, a baptismo ad mortem ejus usque; quod idem Gnostici aliqui, uti Ophitae, teste Irenaeo, statuerunt, excepta nativitate Jesu, quam ex virgine admiserunt. Flagitiosas insuper opiniones prae aliis fovit et propagavit, fide scilicet et *charitate* hominem servari, cetera esse indifferentia; imo hominem contra principes hujus mundi pugnare debere, explendo omne genus libidines, ut creatoris se opponat praeceptis. Quod eo usque extenderunt Carpocratiani, ut animam tam diu a corpore in corpus migrare dixerint debere, donec carnis libidines ad ultimum quadrantem usque fuerint expletae: tunc enim sese optime effugere mundi principes, si suum cuique per obscoenissimas libidines persolverint, verbis Christi Matt. V: 21., incredibili abusu, eo tractis. Unde calumnias, quas gentiles Christianis ingegerunt, repetierunt Veteres; uti Clemens Alex. Str. L. III. init. Euseb. H. IV: 7. alii. Praeter superstitiosos, et magicos, ritus varios, ipsis inputatur, quod imagines Christi, Pythagorae, Platonis, et aliorum, adoraverint, quodque discipulorum auriculas *cauterio* signaverint. Irenaeus l. I: 25. Epiphan., et alii. Adfirmat quoque ib. Irenaeus, haeresin ope Marcellinae cujusdam fuisse Romae propagatam sub Aniceto Episcopo. Filius denique ejus Epiphanes, ex uxore Alexandria, quae Cephalenia erat gente, natus, praeter turpissimas Patris opiniones, Gnosticorum quoque hypotheses strenue promovisse fertur, sed brevi, annos tantum 17. natus, mortuus. Quod vero Cephalenii divinos ipsis honores detulisse tradantur a Clem Alex. l. c. Templum et altaria exstruentes, sacrificia et libamina singulis noviluniis offerentes, suo lubens reliquerim loco, cum vix credibile illud videatur, et nomen ejus ἐπιφανὴς, illustris et *conspicuus Deus Epiphanes*, ansam rumoris dare potuerit. Ceterum fragmentum libri ejus de *justitia*, quam definivit κοινωνίαν

μετ'

μετ' ἰσότητος *communionem cum aequalitate*, exſtat apud Clem. Alex. l. c. Praeter Carpocratianos traditur, ex Valentini ſchola exortus, *Heracleon*, qui baptizatum in nullum amplius incidere reatum, quanta etiam patret peccata, docuit, in concilio Siciliae a. 125 damnatus, apud Baluz. in *nova* conc. collectione, cujus alibi non exſtat mentio. Sub Hadriano quoque orti narrantur Borboritae, vel Borboriani, Philaſtrio memorati de haereſ., a βορβόρος *coenum* ſic adpellati, qui concupiſcentiis litarunt, et judicium ſupremum negarunt: quorum mentionem quoque fecit Philoſtorg. H. E. l. III. c. 15.

§. LXXXVIII. Praeter haereſes Gnoſticorum, ſive Theoreticorum, ſive Practicorum, alia memoranda foret circa veram Chriſti divinitatem, ſed cum, ſub fine ſec. orta, deinceps ſec. ſequente motus dederit, eouſque ejus deſcriptionem differam, de Alogis, quo nomine in genere cenſentur notati, mentem explicuiſſe contentus. *Alogorum* nomen illis fuiſſe datum haereticis, qui τὸν λόγον *ſermonem*, a Johanne adnunciatum Deum, ante mundum exiſtentem, repudiarunt, adeoque Chriſtum non eſſe eum ſermonem, ſed hominem nudum ſtatuerunt, tradit Epiph. haer. LI. Cujus haereſios ἀπόσπασμα *avulſionem* Idem adpellat haer. LIV. Theodotum coriarium, Artemonis praeluſorem. Addit Epiph., hos Alogos propterea Johannis ſcripta rejeciſſe, cujus preſſerunt veſtigia Auguſtinus, Damaſcenus, autor Praedeſtinati, et alii. Verum cum Epiphanius ſe ejus epitheti profiteatur autorem, ex repudiatis Joh. ſcriptis eorum opinionem collegiſſe haud obſcure innuat, ſimul, Alogos illos orthodoxae fidei videri velle tenaces, referat, ſuſpecta facta eſt haec haereſis nonnullis Doctis, ut Tillemontio, Lampio in Proleg. ad Joh., aliis, ſed ejus defenſionem ſuſcepit Weſſelingius meus Probabil. c. 30. contra fictum Artemonium, *initii euangelii Joh. reſtituti* autorem, qui eos cum Montaniſtis confudit. Quod ad me adtinet. 1. Epiphanii opinionem quoque erroneam putaverim, non tantum quod ipſe Epiphanius *ex conjectura* tantum referat, eam ob cauſam

euangelium Joh. ab iis fpretum fuiffe, fed et quod *a.* orthodoxe fe de Chrifti divinitate fentire ipfi, tefte Epiph., dixerint *b.* hanc rationem, quare ea fcripta Johanni abjudicaverint, quam Epiph. memorat, ipfi non, ut ipfe teftatur, dederint, *c.* Artemonius et alii, qui Divinitatem Chrifto negarunt, Johannis fcripta admiferint, denique, *d.* Cerintho non potuiffent, uti fecerunt, tefte Epiphanio, ea fcripta vindicare, cum inter Cerinthum et Alogos haud magnum fuiffet tunc difcrimen. Alogi ifti videntur fuiffe critici, qui Apocalypfin Johanni abjudicarunt propter regnum millenarium, et euangelium, non tantum quod ejufdem autoris fit, fed et quod Spiritus S. dona prophetica, in illo euangelio promiffa, negarint in Ecclefia locum habere. Utique 1. certum eft, nonnullos antiquos, etiam Catholicos, Apocalypfin Johannis adfcripfiffe Cerintho propter regnum millenarium, uti refert Dionyfius Alex. apud Euf. H. VII: 25. Nec minus 2. conftat, Johannis euangelio dicam fcripfiffe nonnullos, qui dona Prophetica in Ecclefiam fuiffe effufa negabant; quod Iren. adv. haeref. l. III. c. 11. ipfis verbis adferit, *Alii vero*, haec ejus funt verba, *ut donum Spiritus fruftrentur, quod in noviffimis temporibus, fecundum placitum Patris, effufum eft in humanum genus, illam fpeciem non admittunt, quae eft fecundum Johannis euangelium, in qua paracletum fe miffurum Dominus promifit: fed fimul et euangelium et propheticum repellunt fpiritum.* Per *fpeciem*, *idem*, totum intelligi euangelium, recte jam advertit et demonftravit Artemonius l. c. p. II. c. 24. fed, quod Montaniftas hic depingi, poft alios, autumet, verum non videtur acu tetigiffe, cum illi euangelium non rejecerint, fpiritus quoque dona maxime urferint; uti conftat. Intelliguntur, me judice, iidem homines, qui ab Epiphanio adpellantur Alogi; nam eos dona Spiritus S. negaffe, ex Epiph. l. c., §. 35. haud obfcure elucefcit.

§. CLXXXIX. Supereft itaque tantum, ut quid mutationis adtulerint Ecclefiae haerefes, et qua ratione fefe hac

parte

parte gesserit, verbo exponam. Ecclesiam usque ad Trajani tempora mansisse *virginem*, haereticis latentibus, sed deinceps *vitiatam* esse, haeresibus publice prolatis, magnoque examine prorumpentibus, ex Hegesippo refert Eus. H. III: 32. IV: 2. quod et Ipse adfirmat l. III: 37. Haereticos sec. I. magis latenter egisse, et sec. II. erexisse capita, et publice se ostentasse, ex Ignatio, Irenaeo, et Clem. Alex. certum quidem est, et facile admitto; sed virgineum Ecclesiae statum sec. I., et minorem puritatem sec. II., inde non collegerim. Imo vero, quamdiu latitarunt in communione Ecclesiae, eique sunt accensiti, eam potius magis deturparunt, et haereses latenter propagarunt, quod etiam inminuti zeli est in Ecclesia indicium. Quae ejus conditio fuit post Pauli et Petri excessum: uti supra, suo loco, notavi. Cum autem pristinum zelum recipere incepit sec. II., sese quoque ab haereticis purgare, eos detegere, et communione sua expellere, adgressa est. Quo Epistolae Ignatianae multum contulerunt, quippe quae haereticorum fugam credentibus ubique inculcarunt. Quod ex ipsis Epistolis conspicuum, Eus. H. III: 36. suo confirmavit testimonio, Ignatium tradens *suis sermonibus, et cohortationibus, Ecclesias confirmasse, monuisse inprimis, ut sibi a pravis haereticorum opinionibus caverent: quae*, uti addit, *tunc primum in lucem emergere inceperant.* Sed et idem studium reliquos inflammavit doctores, ex. gr. Polycarpum, Irenaeum, Clementem Alex., Tertullianum, alios: estque hujus sec. Ecclesiae insignis, respectu status *interni*, character, Apoc. II. in Epist. ad Ephesios consignatus, quem Eus. ex Irenaeo H. l. IV: 14. confirmat: narrato enim casu, qui Polycarpo accidit cum Marcione, de quo in ejus vita monui, subjungit: *adeo religiose cavebant Apostoli, eorumque Discipuli, ne vel sermone tenus miscerentur cum ullo eorum, qui veritatem adulterabant.*

§. CXC. Haec licet ita se habeant, nitidam tamen Ecclesiae faciem aliquatenus fuisse obscuratam, negandum non est, maxime, cum gentilibus haud leve fuerit natum prae-

judicium contra Christianos, ex quibus homines prodire videbant, qui absurdas non tantum fovebant opiniones, et de Christianismo Philosophicam aliquam sectam faciebant, sed et turpissimam degebant vitam: unde etiam, ut supra observavi, calumniae, Christianis inpactae, natae sunt. Ipsae quoque dissensiones et lites, quas haeretici concitarunt, gentiles offendere, et a Christianismo absterrere aptae natae erant. Quod Celsus apud Origen. contra Cels. l. III. p. 117. quoque non neglexit notare. *Nam ab initio*, inquit, *cum pauci essent*, *consentiebant; postquam autem prae multitudine per varia loca dispersi sunt*, *iterum atque iterum scinduntur*, *et singuli suas partes habere volunt*. Multum praeterea negotii Ecclesiae doctoribus facessiverunt haeretici, ita ut in veritatibus indagandis, illustrandis, et Script. S. recte interpretanda, parcius et rarius, in haeresibus refutandis toti, fuerint occupati. Nec dubium est, quin haeretici, alii plus, alii minus, aliquos fecerint progressus, et multos deceperint. Sed, his non obstantibus, Ecclesia, puritatis suae tenax, statum fideliter est tuita, seseque ab haereticis publice separavit, eaque ratione et progressum eorum stitit, et calumniam Gentilium mascule abstersit.

SCHISMATA.

§. CXCI. Nec insignem Ecclesiae adtulerunt noxam Schismata, quae hoc seculo viguerunt, quippe *duo* tantum, quorum unum non fuit perfectum, alterum sub finem sec. praecipue ortum, licet pax aliquatenus fuerit perturbata: adeo ut Schismata ad characterem Ecclesiae constituendum concurrere nequeant. Schisma circa *diem*, quo pascha celebrandum erat, inter Asiaticas et reliquas maximam partem Ecclesias, in primis Occidentales et Romanam, exortum est tempore Victoris, Episcopi Romani, quando Policrates Asiaticas Ecclesias gubernabat. Asiaticae, ut ordine procedam, tenebant, diem festi paschalis, seu resurrectionis

nis Domini, quo jejunium ante paſchale, cujus ſupra, ſuo loco, dedi notitiam, finiebatur, celebrandi, legitimum eſſe, qui cum Judaeis in *decimam quartam* incidit lunam poſt aequinoctium vernum, ſive ſit dominicus dies, ſive alius qualiſcunque hebdomadis, ſed reliquae Eccleſiae, cum Romana conſentientes, non eo praeciſe die, ſed *dominico* ſequente, ſi vel dies iſte foret dominicus, id faciendum eſſe contendebant. Sunt, qui cenſent, Aſianos, qui cum Judaeis faciebant, XIV*ta* Luna, non reſurrectionis, ſed *paſſionis* Chriſti celebraſſe memoriam, ſimul agnum paſchalem cum Judaeis tunc comediſſe, habito epulo, adeoque jejunium ſolviſſe, et *triduo* ſemper die, poſt illam Lunam, ſive ſit dominicus, ſive non, reſurrectionis feſtum egiſſe: cum aliae Eccleſiae, nec habuerint epulum illud XIV*ta* luna, ſed nocte ante reſurrectionis diem ſolverint jejunium, habito epulo, nec reſurrectionis feſtum alio, quam dominico, die, poſt 14*tam* lunam, celebraverint: ſed in eorum ſententiam, licet probabilitatis ſpecie veſtitam, deſcendere non poſſum, cum ſolido non nitatur fundamento, nec cum Euſ. H. V: 24., aliiſque monumentis, conciliari poſſe videatur: de quo vid. Tillemont. part. I. Memorab. Eccleſ. t. III. in notis ad Victorem Papam, et de duplice *paſchatis* nominis uſu poſtea ad ſec. IV. monebo. Aſiani, Johannis in Euang. narrationem, male intellectam, ſecuti, Chriſtum putarunt anticipaſſe paſcha, et XIV*ta* luna, legitimo die paſchatis, reſurrexiſſe primo mane: ſed de quo plura dixiſſe hic locus non eſt.

§. CXCII. Diſſenſerunt autem ſecum invicem Eccleſiae Aſiaticae, et reliquae orbis Chriſtiani, praecipue Romana, exceptis vicinarum provinciarum Eccleſiis, quae cum Aſianis faciebant. Aſiaticae vero Eccleſiae intelligendae ſunt, quae dioeceſin Aſianam, vel Proconſularem, inplebant, quibus Polycrates Epheſinus praeerat: Romanae vero Eccleſiae adſurgebant reliquae orbis Chriſtiani, teſte Euſ. H. V: 24. quod ex conciliis Ponti, Palaeſtinae, et aliorum locorum

quoque colligi potest. Postea tamen Syriae, Mesopotamiae, et Ciliciae Ecclesiae ad Asianas adcesserunt, ut ex Athanasio de *Synodis* patet. Nunc tamen cum iis fecerunt vicinae Ecclesiae, Eus. ibid. teste. Utraque vero pars morem suum ab Apostolis, per continuam traditionem, repetiisse traditur. Utique Asianos a Philippo, Johanne, Polycarpo, aliisque, eum diem fuisse constanter observatum, contendisse, refert Eus. l. c., qui etiam l. V: 23. addit, reliquas Ecclesias pro suo more quoque praetexuisse traditionem; sed Irenaeus apud Eus. ib. c. 24. innuit, Anicetum, Episcopum Romanum, tempore Polycarpi Apostolicam non praetulisse originem, sed tantum consuetudinem *Seniorum ante se*. Cum itaque primum ibi memoret eorum Xystum Irenaeus, qui pascha, alio die ac Judaei solebant, celebrandum esse, statuerunt, fieri potest, ut is consuetudinem eam introduxerit, uti opinatur Pearson de success. P. P. R. Diss. II., quod suo loco relinquo. Utique ab eo tempore viguerunt dissensiones Ecclesiarum, salva tamen mutua pace. Romani quidem Ecclesiis sibi subjectis interdixerunt usu Asianorum, sed eos consuetudini eorum pacifice reliquerunt, ut refert Iren. in Ep. ad Victorem, apud Eus. l. c.; imo communionis Ecclesiasticae signa sibi invicem praestiterunt. Polycarpus, hujus et aliarum quaestionum causa, Romam tendens ad Anicetum, ut Euseb. H. E. IV: 14. et V: 24. refert ex Irenaeo, amice exceptus est et fraterne, ac dimissus, salvo utriusque dissensu, ut ibid. docetur. Victor deinceps primus est, qui inmoderatiore suo studio schismatis praebuit ansam. Refert quidem autor adpendicis libri Tert. de *Praescript. haeret.* disputationum, et motuum, occasionem dedisse Blastum et Florinum, presbyteros Romanos, Valentinianos, qui Judaicum ritum Romae conati sunt introducere, sed cum solus id tradat, nec probatae sit fidei, illud tutius seponitur. Victor vero, consensu aliarum Ecclesiarum, decretisque Synodorum, quae ea de quaestione habitae sunt in *Palaestina*, praesidibus Theophilo, Caesareae Palaestinae, et Narcisso, Hierosolymae,

folymae, Epifcopis, in *Ponto* praefide Palma, in *Galliis* praefide Irenaeo, in Ofroenae Provincia Mefopotamena etc. Romanum morem confirmantibus, non contentus, Afiaticas Ecclefias, quibus Polycrates Ephefinus, fenex venerandus, pius, et magnae autoritatis, praeerat, confuetudini fuae pacifice non paffus inhaerere, eas communione fua privavit, maxime cum fynodo coacta, praefide Polycrate, eam confirmaffent, ut habet Euf. H. V: 24., qui tum animum et fcopum Victoris, tum quid praeftiterit, diftincte refert. In animo habuit, efficere, ut Afiaticae Ecclefiae a *communi unione* abfcinderentur, quod Eufebio eft ἀποτέμνεσθαι τῆς κοινῆς ἑνώσεως, hoc *conatus* eft πειρᾶται dicit Euf., fed rem eo non potuit adducere, omnes licet intenderit nervos, *literis* enim *datis*, quae Euf. verba funt, *eas Ecclefias profcripfit, et ab unitate alienas pronunciavit.* Errat itaque Valef. ad Euf., dum excommunicationis fententiam non fuiffe latam, fed eam ferre conatum tantum Victorem, contendit, eo nixus fundamento, quod Iren. in ep. ad Victorem eum admoneat, *ne abfcindat Ecclefias*, et Phot. cod. 120. idem adfirmet, nec Ecclefiae fuerint in partes fciffae. Eufebii enim verba nimis funt clara, quae per Socrat H. V: 22. et Epiph. haer. 70. Audianorum, ubi pro Polycarpo legi debet Polycrates, confirmantur. *Deinde*, cum jam minatus fuerit Victor ante concilium Afianum, ut Polycrates apud Euf. l. c. refert, dicens *nihil moveor iis, quae nobis ad formidinem intentantur*, nihil utique plus feciffet, fi intra minas fe continuiffet, Irenaeus vero in Ep. ad Victorem eum tantum hortatur, ne in eo facto perfiftat, adeoque ne *efficere* conetur, ut Ecclefiae Afiaticae abfcindantur. Licet enim litterae excommunicatoriae jam vulgatae effent, res ipfa tamen nondum perfecta erat, quia *aliis Epifcopis* difplicebat: quare Victorem ad moderatiora ftudia conatus eft adducere Irenaeus, ne id amplius urgeat, et Ecclefiarum pacem interturbet. Victor itaque eas Ecclefias communione fua quidem privavit, fed cum reliquae Ecclefiae ei non adfurgerent, a *communi unione* eas abftra-

here non potuit, nec pax Ecclesiarum rupta est. Romanus enim Episcopus, quod et hinc elucescit, *potestate* nondum pollebat excommunicandi ab universa Ecclesia, tantum a sua poterat, sicut omnes poterant Episcopi. Schisma autem non fuisse ortum, sed pacem Ecclesiarum, non obstante hoc dissensu, conservatam, ipso Victore Irenaei monitis aures praebente, ex Firmiliano in epist. ad Cyprian. sec. III., quae est inter Cyprianicas ep. 75., manifestum est; dicit enim, *propter hoc ab Ecclesiae Catholicae pace, atque unitate discessum non esse.* Quod quoque Sozom. H. VII: 19. confirmat, modo pro Polycarpo ibi, ut modo de Epiphanio etiam notavi, legatur Polycrates. Accedit, ex Euf. l. c. quoque colligi posse, opera Irenaei, quem *εἰρηνοποιὸν pacificatorem* adpellat, pacem esse conservatam, quod quoque testatur Anatolius in lib. de paschate, a Bucherio edito. Can. Apost. 7*mus* celebrationem paschatis quidem cum Judaeis vetuit, sub excommunicationis poena, sed si hujus sit seculi, et non sequentis, aut IV*ti*, oportet Asiaticae Ecclesiae eum non adsumserint, cum morem suum ad sec. IV*tum* usque tenuerint, quando per Nicaenum concilium Ecclesiae in eundem morem unitae sunt, et Asiaticae quoque veteri consuetudini renunciarunt. De quo postea suo loco.

§. CXCIII. Alterum schisma, *Montanismi* causa suscitatum, illud nomen verius meretur, cum Ecclesiae scissae fuerint, et graviores ortae turbae. Notitia vero Montanismi ex nullo scriptore tutius et rectius quam Tertulliano, quippe Montanista, petitur. Scripta ejus, huc pertinentia, quae capita Montanismi tradunt, sunt, de *exhortatione castitatis*, *monogamia*, *fuga in persecutione*, *jejuniis et pudicitia.* Conferenda praeterea sunt, quae ex antiquis scriptoribus, Asterio urbano, autore aequali, Apollonio, qui 40 ann. post Montanum floruit, et aliis, habet Euf. H. V: 16—19. Addi quoque possunt, quae refert Hieron. ep. 54. ad Marcellum, autor Praedestinati, qui Soteris, Episcopi Romani, et Apollonii, Ephesini antistitis, scripta consuluit. Alios, sive

antiquiores,

antiquiores, sive recentiores, satis aliunde notos, praetereo. Dare conabor, ex genuinis monumentis, brevem Montanismi intellectum, certa ab incertis, seu falsis, distincturus. Sunt enim ipsi quoque vetusti autores caute, et cum judicio, legendi, qui eum oppugnarunt. Cum enim Montanistae Catholicos adpellarent *psychicos*, seu carnales, et spernerent, seseque super eos extollerent, et perfectiore agi spiritu crederent, in odium eorum inciderunt, adeo ut quoscunque rumores de Montanistis sparsos avide adripuerint. Ipse autor antiquus catholicus fatetur, apud Eus. l. c. famae, et non certae scientiae, nonnulla, quae de iis retulerunt, accepta esse ferenda, *Montanus et Maximilla*, inquit, *ut fama est, ab insano spiritu incitati, laqueo sibi gulam fregerunt.* Clarius adhuc, de exitu Theodoti Montanistae locutus, subjungit, *et id quidem ita factum esse narrant, sed quoniam ipsi non vidimus, nequaquam existimamus nos quidquam eorum certo cognoscere etc.* observat quoque autor *praedestinati*, Tertullianum in libro, qui nunc non exstat, nonnulla, ut falso objecta, refutasse.

§. CXCIV. Montanismus, ut ab eo describendo ordiar, vero suo conspectu, quod praemitto, non pro haeresi, sed secta, habendus est, cujus causa non tam in Catholicis, quam ipsis Montanistis, quaerenda videtur, cum hi illos tanquam *carnales*, et falsam constituentes Ecclesiam, damnaverint, quod rigidiorem non sectarentur disciplinam, et Montanum a Paracleto ductum, adeoque hunc in illo respuerint. Tertull. contra Prax. c. 1. ipsis verbis dicit: *et nos quidem postea agnitio Paracleti, atque defensio, disjunxit a Psychicis*, scilicet Catholicis in genere: sic et de *Pudicit.* c. 1. *Erit igitur et hic adversus psychicos titulus, adversus meae quoque sententiae retro penes illos societatem.* Utique circa dogma fidei Catholicae nullum dissenserunt, sed in praxi, conversatione vitae, ac moribus, severius ac austerius vitae genus sectati sunt Montanistae, sibique donum Propheticum vindicarunt: uti sequens docebit tractatio. Tert. de Jejun. c. 1. ipsis

adfirmat verbis, Catholicos Paracleto controversiam movere, *non quod alium Deum praedicent, Montanus, et Priscilla, et Maximilla, nec quod Christum Jesum solvant, nec quod aliquam fidei aut spei regulam evertant, sed quod plane doceant saepius jejunare quam nubere.* Quo respectu ipse de *velandis virginibus* c. 2. agnoscit, se cum Catholicis *unam* facere Ecclesiam, his notabilibus verbis: *una nobis et illis fides, unus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta; semel dixerim, una Ecclesia sumus.* Vid. etiam autor Praedestinati. Adtribuit quidem ipsis Hieron. l. c. Sabellianismum, *Trinitatem in unius personae angustias* cogendo; sed sine ulla ratione, et sine ullo Veterum testimonio, et contra Epiph. in Phrygastarum haeresi. Ansam forte praebuit, quod aliquis eorum in Sabellii errorem inciderit; sicut Theodoret. haer. fab. III: 2. discipulis Montani illud inputat; nescio quam vere. Falso quoque Bas. M. ep. 188. ad Amplilochium, Pepuzianos refert inter haereticos, quod in Spiritum S. blasphemi sint, Montanum et Priscillam adpellantes *Paracletum;* quod non fecerunt, nec etiam quod in *Patrem, Filium,* et *Montanum baptizaverint.*

§. CXCV. Sectata itaque est haec secta vitam severiorem, et disciplinam rigidiorem in rebus nonnullis externis, uti in *matrimonio, jejuniis, disciplina, et persecutionibus.* De quibus distincte differam. 1. Nuptias quidem non damnarunt, tanquam illicitas, licet *bonas* adpellare recusaverint, nisi restricte, ad majus vitandum malum; sed iteratas, seu secundas, pro *stupri* specie habuerunt. De quo vid. Tert. de *exhort. castit,* et de *Monogamia:* a qua opinione et adpellatione nonnulli Catholicorum antea quoque alieni non fuerunt; utique Athenag. *secundas nuptias* nomine *honesti adulterii* insignivit. 2. In *jejuniis* sese strictiori addixerunt observantiae, *a.* quod ea fecerint per *legem* latam necessaria. Sic Apollonius apud Eus. l. c. Montanum damnavit, tanquam qui *jejuniorum leges inposuit.* Ipse Tertull. de *Jejuniis* c. 10. diserte ait, Catholicos tenere, *hoc munus esse obeundum*

obeundum ex arbitrio, addit c. 2. *non ex lege praecepti*, eos jejunare, argumento, *praeceptum* viguisse inter Montanistas, *b*. quod jejunia multiplicaverint, et severius censuerint agenda. Tert. l. c. cap. 1. *Arguunt nos*, scilicet Catholici, inquit, *quod jejunia propria custodiamus*, *quod stationes plerumque in vesperam producamus*, *quod etiam Xerophagias observemus*, *siccantes cibum ab omni carne*, *et omni jurulentia*, *et vividioribus quibusque pomis*, *ne quid vinositatis vel edamus*, *vel potemus: lavacri quoque abstinentiam*, *congruentem arido victui*. Scilicet, ut haec rectius intelligantur, cum Catholici 1. stationes, seu semi-jejunia, solverent hora nona, Montanistae passim ad vesperam prorogabant, Tert. l. c. cap. 1. 10. 2. Illi nullum aliud publicum haberent ac antepaschale, de quo supra egi, Montanistae praeterea *duas hebdomadas xerophagiarum in anno* habebant, exceptis *Sabbatis*, *et diebus Dominicis*: Tert. ib. c. 15. Hieronymus vero, ubi, eos *tres in anno quadragesimas* facere, refert, quid sibi velit, nescio, nisi illud nonnullis Montanistis, sine ratione, inputaverit: certum enim est, ex Tert. ib. c. 14. Montanistas in jejunio paschali non discrepasse a Catholicis. Tradit quidem Sozomen. H. VII: 19. eos *duas* tantum hebdomadas ante pascha jejunare, sed, nisi de recentioribus Montanistis loquatur, sine fundamento. Denique 3. in modo jejunandi dissentiebant, quod non ab omni cibo, sed carne, vino, similibusque jurulentis et vinosis, tantum abstinuerint Montanistae: ut ex l. c. patet. Ceterum, quicquid divortii hic erat, illud Schismati faciendo non sufficiebat, cum non ex malo principio, acsi eas Dei creaturas censuerint abominabiles, quod ipsis adfingit Epiphan. l. c., a carne et vino abstinuerint, sed ad *exercendam sobrietatis et abstinentiae disciplinam*, ut inquit Tert. c. 13. qui cap. 15. inter Marcionitas, Encratitas, et Montanistas, hac parte diserte distinguit.

§. CXCVI. 3. Nimius *disciplinae* rigor non in eo, quod Hieron. tradit, fuit situs, quod *ad omne pene delictum Ecclesiae obserant fores*, sed graviorum ac *mortalium criminum*,

Vid. Tert. ibid. c
aut *levioribus delict*
majoribus, *et irremi*
nia Deo reservamus.
durius loqui. Cath
tentiam concedeban
obtinuerit disciplin
4. in persecutionibu
omnem fugam, etia
De quo Tert. pecul
sam esse omnem fug
dictum Matt. X., de
solos Apostolos, eum
sisteretur.

§. CXCVII. 5. Ul
racterizat, ad donum
in Montano ac foemi
tustus autor adpendic
c. 52. refert, illos sta
tum S., *paracletum no*
dixisse, *quam Christum*
ra, *sed etiam meliora e*

Tertull. in lucem protraham. Clariffimum *a.* eft ex Tert., Spiritum S. non effe Montanum ipfum, fed *tertiam* Trinitatis hypoftafin, fecundum Montaniftas; qui etiam orthodoxorum nomen alias retinere non potuiffent. Nec *b.* perfonaliter cum Montano fuiffe unitum cenfuerunt, fed, ita ut in Apoftolis fuit, *per operationem.* Autor adpendicis ad Tert. diferte, *Spiritum S. in Apoftolis, paracletum in Montano*, fuiffe. Denique *c.* Spiritum S. cenfuerunt per Montanum voluiffe Ecclefiam ad perfectiorem conditionem, et vitam, perducere, adeoque eum, ut olim Apoftolos, occupaffe, fublimiora ei infpiraffe praecepta, et futura quoque, ad doctrinae ejus confirmationem, revelaffe: Deum enim Ecclefiam per gradus confummare, primum per Mofen, ulterius per Chriftum et Apoftolos, abfque tamen, ut illi illud perfecerint, cum, quod nonnulla Judaeis concedere debuerint, poftea abolenda, tum, Chriftus omnia per fpiritum non revelaverit Apoftolis, ficut ipfe dixit, *fe multa habere dicenda, quae ferre non poffent*, Paulus quoque de fe fatetur *fe ex parte prophetare.* etc., illa autem Paracleto effe relicta, et ab ipfo per Montanum facta. Haec genuina fuit eorum opinio, uti ex Tert. de Monogam. c. 2. 14. de Pudicit. c. 1., nec non autore Praedeftinati, manifeftum eft. Quod ipfum ex Hieronymo, fi confequentiae, et in malam partem interpretationes, invidiae concitandae ergo excogitatae, auferantur, confirmatur, *Deum primum voluiffe*, inquit, *in Vet. Teft. per Mofen et Prophetas falvare mundum, fed, quia non potuerit explere, corpus fumfiffe de virgine, et in Chrifto, fub fpecie Filii, praedicantem, mortem obiiffe pro nobis, et quia per duos gradus mundum falvare nequiverit, ad extremum per Spiritum S.* etc. Quae, licet ex falfa hypothefi de Sabellianifmo Montaniftarum prolata, veram eorum mentem haud male interpretantur: quam ex Tert. faciam clariffimam. *Propterea Paracletum mifit Dominus*, inquit, *de velandis virginibus*, c. 1., *ut, quoniam humana mediocritas omnia fimul capere non poterat, paulatim dirigeretur, et ordina-*

retur, et ad perfectum perduceretur disciplina ab illo vicario Domini, Spiritu S. deinde, verbis Domini de Paracleto citatis, ita pergit; *quae est ergo Paracleti administratio, nisi haec, quod disciplina dirigitur, quod scripturae revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur:* dein paulo post, *Justitia primo fuit in rudimentis natura Deum metuens, dehinc per legem et Prophetas in infantiam, dehinc per euangelium efferbuit in juventutem, nunc per Paracletum componitur in maturitatem. d.* Addiderunt denique his omnibus donum *Propheticum*, et Montanum, Maximillam, Priscillam, alios, futura praecinere crediderunt: nec mirum. Cum enim extraordinaria Spiritus dona, licet rariora, nondum plane cessarint, ut credebatur, eaque ad novam disciplinam stabiliendam donari soleant, Montanus illud prophetandi sibi facile vindicare poterat, sive epilepticis obnoxius convulsionibus, sive somniis et imaginatione delusus, sive aliquid etiam ejus doni vere participare visus fuerit. Sed illud constare videtur, prophetias eorum non passim veras deprehensas, ut plurimum fictas: uti ex antiquis autoribus apud Euf. l. c. elucescit.

§. CXCVIII. Montanismo in vera sua luce collocato, alia, quae ab ipsis etiam veteribus adtribuuntur Montanistis, ex. gr. quod infantis sanguinem soliti fuerint miscere farinae, indeque panem conficere eucharisticum, mortuos baptizare, aliaque, tanquam vel ficta, vel incerta, ab ipso Hieronymo rejecta, et autore Praedestinati, lubens mitto, ac ad autores ejus praecipuos monstrandos pergo, Montanum puta, et duas foeminas Priscillam et Maximillam. *Montanus* ex Ardaba, Mysiae vico, oriundus sectae nomen dedit. Cum vero Mysia esset Phrygiae vicina, Montanistae adpellati sunt οἱ κατα Φρύγας *Cataphryges*; a Pepuza vero, ejusdem provinciae oppido, ubi praecipuam sedem Montanus, cum foeminis illis, fixit, *Pepuzianorum* nomen vel tulerunt, vel sibi, tanquam proprium, illi ejus adseclae vindicarunt, qui illud oppidum inhabitarunt, et propterea majores

jores sibi tribuerunt praerogativas. *Dicunt enim*, inquit autor Praedestinati, *hanc Pepuzam villam fuisse Montani, Priscae et Maximillae, et quia ibi coeperunt praedicare, et ibi vixerunt, ideo locum adpellari Hierusalem: quia habitatores loci sunt, ideo ceteris se esse meliores adscribunt.* Nec tamen distinctam fecerunt sectam Pepuziani, licet in haereticorum catalogo, passim separatum teneant locum. Quae vero de moribus, et morte, Montani refert autor antiquus apud Eus. H. V. 16. et Apollonius ibid. 18., cum ipse illud famae acceptum referat, merito mitto, adhuc magis, quod de Montano hominem faciat furiosum, inpudicum et facinorosum, pro inepto suo zelo, Cyrill. Hierosol. catech. XVI. Ceterum Montanus, secundum Eus. in Chron. sectam condere coepit a. 171., seu 11mo Marci Aurelii; quem veriorem esse calculum demonstravit Tillemont. in Memor. Eccles. tom. II. p. III. in not. etsi Pearson de success. P. P. R. diss. II. anno 157. Antonini Pii 19. adliget. Sectae promovendae duae inprimis incubuerunt foeminae Prisca, vel, Priscilla, et Maximilla, eodem spiritu Prophetico, ut putabatur, actae, quae maritos suos, postquam Montano se adsociaverant, deseruisse narrantur, et accusantur ab Apollonio apud Eus. l. c. Quarum unam forte in oculis habuit Tert. de Anima c. 9., cui, spiritum esse corporeum, fuisset revelatum: *est hodie soror apud nos*, inquit, *revelationum charismata sortita* etc., quia Apollonius testatur, post duas illas foeminas nullum, aut nullam, fuisse, cui propheticum contigit donum. Plura de ipsis non constant.

§. CXCIX. Occasionem sectae instituendae repetit autor antiquus apud Eus. l. c. ab ambitione Montani, qui, ut ipsius verba habent, *inmodica primi in Ecclesia loci captus cupiditate, etsi novitius erat in fide, primum aditum fecit spiritui adversario in se.* Quod temere non censuerim adsumendum, cum Veteribus in more sit, omnium fere haeresium origines inde derivare. Longe probabilius mihi videtur, corruptionem seculi, et disciplinae remissum vigorem, ansam prae-

buisse. Quod ex Tertull. haud obscure colligitur: ex. gr. de Jejun. c. 2. 17. *quis sanctior inter eos, nisi convivandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi calicibus instructior?* Patet quoque aliunde, Catholicos a severiore pietate, labente seculo, multum remisisse, de quo postea ad sec. sequens, licet verum quoque sit, Montanistas nimiam in rebus quoque minoris momenti sectatos fuisse austeritatem, ut ex modo dictis satis elucescit. Inter Montani adseclas, ut eorum mentionem injiciam, celebriores fuerunt, quorum nomina sunt conservata, Theodotus, Temison, Alexander, Alcibiades, et Miltiades, quorum autores antiqui apud Eus. l. c. meminerunt. Sectae praeterea memorantur, in quas fuerunt divisi, si Veteribus sit habenda fides. Aeschinis discipuli Sabellianismi insimulantur ab autore adpendicis Tert. de praescript. haeret., et in eo a Procli, vel Proculi, discipulis dissensisse dicuntur, licet utrique fuerint Montanistae. Sed aliae, quae apud Epiphan. exstant, sectae, e Montanismo natae, nominibus magis quam re ipsa fuerunt distinctae. Priscillianistae enim et Quintiliani, a foeminis Montanist. nomina retinuerunt: Pepuziani a nomine urbis, ut modo notavi. Artotyritae appellati sunt, quod panem et caseum in eucharistia ab Epiph. tradantur obtulisse; nescio an vere. Vid. autor Praedestinati. Praetereo Tascodrugos, ita dictos, quod inter orandum naso admoverint digitum, voce Phrygia, seu Galatica, composita ex *τάσκος digitus*, et *δρύγγος nares*. Vid. le Quin ad Damascen. de haeres. Hierom. prooem. ad lib. II. comment. ad Galat. habet *passalorineitas, ascodrobos et artotyritas*. Primum nomen est ex πασσαλος et ῥιν, ῥινος.

PROPAGATIO CHRISTIANISMI.

§. CC. Hactenus in florente et pacifica Ecclesiae conditione contemplanda cum fuerim, statu ejus accidentali. relate ad ipsam Ecclesiam, explicito, eundem statum, respec-

tu orbis infidelis, ad quem *propagatio* per orbem, et *pax civilis* vel *perſecutio* pertinet, enarrare adgredior. Nullum fere tempus fuit, ut a *propagatione* ordiar, quo Chriſtianiſmus in orbe, in primis Romano, majores fecit, modo legitimo et Chriſtiano, progreſſus, periodo a Trajano ad Decium, ſeu medium ſeculi. III., adeo ut caſus Eccleſiae characteriſticus in eo ſit ponendus: ſicut ſit in *ſigillo primo* Apoc. VI. *Secutis temporibus*, inquit Lactant. mort. Perſec. c. 3. de Trajani et ſequent. loquens temporibus, *quibus multi ac boni principes clavum regimenque tenuerunt, nullos inimicorum impetus paſſa, manus ſuas in Orientem Occidentemque porrexit, ut jam nullus eſſet terrarum angulus, tam remotus, quo non religio Dei penetraſſet, nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non ſuſcepto Dei cultu ad juſtitiae opera miteſceret.* Concinunt verba Euſ. H. IV: 2, 7. ibi legenda. Ingentem praeterea numerum Chriſtianorum per orbem Romanum uno ore celebrarunt, et extulerunt, hujus ſec. et ſeq. ſcriptores Eccleſiaſtici. Quorum loca citaſſe ſuffecerit. Juſt. M. in apologiae, vulgo II., inſcriptione, et ib. p. 62., cont. Tryph. p. 345. Iren. adv. haereſ. I: 10. Tertull. adv. Judaeos c. 7. ad Nationes I: 1. ad Scapulam c. 2. ubi Chriſtiani *pars pene major civitatis cujuſque* dicuntur, et c. 5. denique de Anima c. 49. *nulla jam gens Dei extranea eſt, inquit, in omnem terram, et in in terminos orbis, euangelio coruſcante.* Vid. et Origenes cont. Celſ. l. I. p. 21, 68. III. p. 117. hom. IV. in Ezech. nec non Euſ. de Commodi tempore H. V: 21. Quae, et quorum ſimilia, quae praetereo, teſtimonia etſi ſtupendum fuiſſe Chriſtianorum numerum, eosque per orbis omnes fere regiones ſparſos, clare evincant, eo tamen intelligenda nolim ſenſu, acſi ubique, in remotiſſimis in primis regionibus, numeroſae jam exſtiterint et florentes Eccleſiae, nec gentes ſuperfuiſſent hac luce carentes: quippe quod veritati non foret conſonum, et Veterum quoque teſtimoniis ipſis contradiceret. *Multos non ſolum barbararum, ſed et noſtrarum gentium Chriſtianiſmi verbum nondum audiviſſe*, teſta-

Addit ibid. V: 21. Eus., plures opibus ac genere eminentes fuisse Romae sub Commodo conversos. Mentionem quoque alicujus Julii Senatoris, sub Commodo martyrio adfecti, facit Martyrologium Romanum, quod ex Lampridio cap. 7. aliquid roboris acquirit, cum Julium Senatorem a Commodo occisum narrat. Videtur quoque Evodius, Caracallae τροφευς *educator* dictus Dioni, sub Septimio Severo Christianae religioni addictus fuisse, teste Tert. ad Scapul c. 4. Denique in Britannia post medium seculi baptizatus quidem refertur Lucius Rex, cum conjuge et tota gente, Eleuthero, Episc. Rom., eo ablegante monachos: sed autores adeo secum discrepant, ut nihil de eo adfirmari possit. Vid. Usser. Antiq. Brit. c. 3. Silent quoque Veteres, et primus, qui illud tradidit, est Beda: suspectum magis facit, quod Eleutherus eo ablegasset Monachos, qui adhuc nulli fuerunt, nec antiqui Britanni Ecclesiae Romanae obnoxii.

PERSECUTIONES.

§. CCII. In persecutionibus, quas a Romanis passi sunt, hoc et seq. seculo, Christiani, characteristicus Ecclesiae casus ponendus foret, si vulgata obtineat opinio, de inmensa non tantum martyrum copia, sed in primis tot publicis persesecutionibus, a Nerone ad Diocletianum usque; quae autoritate Eusebii, Sulpicii Severi, aliorumque, ad *denarium* referuntur numerum. Prima ponitur sub Nerone, secunda sub Domitiano, tertia Trajano, quarta sub Hadriano, secundum Sulp. Sev. l. II. sed ex aliorum relatione, sub Antonino Pio, et Marco Aurelio, qui eam Hadriani pro praecedentis adpendice habent, vel praetermittunt, ut Eus. in Chron. quinta sub Marco Aurelio, secundum Sulp. Sev., sed alios sub Severo: sexta sub Severo secundum Sulp., sed alios sub Maximino: septima sub Decio ex opinione Sulp. quoque, qui eam Maximini, tanquam nullius momenti, omittit: octava sub Valeriano; nona sub Aureliano, secundum Eus.

in Chron., ſed cujus nullam fecit mentionem Sulp., qui nonam adtribuit Diocletiano: decima denique, ſecundum Euſ., ſub Diocletiano. Unde patet, inter autores illos haud ſpernendum eſſe diſcrimen. 1. Hadrianum facit perſecutorem Sulp., ſed abſolvit Euſ. 2. Maximino adſcribit perſecutionem Euſ., ſed, eum *nonnullarum tantum Eccleſiarum clericos* vexaſſe, narrat Sulp. 3. qui etiam Aureliani perſecutionis non meminit, quam Euſ. pro nona habet. 4. Denique *novem* tantum recenſet Sulp., ſed *decem* Euſ. In partes quoque ſcinduntur Recentiores. H. Dodwellus praecipuas illas perſecutiones non tantum fictas, ſed et paucos fuiſſe martyres, demonſtrare conatus eſt, in erudita diſſertat. Cyprianica undecima de *paucitate martyrum:* cui ſeſe ſtrenue oppoſuit Theodor. Ruinartus in praef. ad *acta martyrum ſinceriora;* qui veterum ſententiae, quae adhuc vulgata eſt, patrocinium praebuit. Alios citaſſe autores nihil adtinet; quippe ſatis notos: quare ad meam proferendam ſententiam me adcingo; quae huc redit, ſeu duabus comprehenditur theſibus.

§. CCIII. *Prior* eſt, paucos fuiſſe uſque ad Conſtantinum martyres tantum abeſſe, ut ne quidem de periodo hujus et ſeq. ſeculi uſque ad Decium, ſeu medium ſequentis ſec., illud verum putem, cum, quod continuis plebis, ſaepe etiam Praeſidum, vexationibus fuerint obnoxii Chriſtiani, tum Veterum teſtimonia de multitudine martyrum nimis ſint copioſa et certa, quam ut fides iis negari poſſit, aut debeat. 1. Chriſtianos fuiſſe a plebe continuo infeſtatos, non tantum arguit, quod ne Inperatorum quidem edictis compeſci potuerit, et tot apologiae ad Inperatores inde ortae fuerint, ſed Veteres uno id teſtati ſint ore. Sub Marco Aurelio publica quaſi graſſabantur latrocinia, quibus ſycophantae, et bonorum cupidi, φανερῶς palam et inpune, noctes atque dies, latrocinati ſunt, ut queritur Melito Sardenſis apud Euſ. H. IV: 26. *Nec ulli magis depoſtulatores Chriſtianorum,* inquit Tert. Apolog. c. 35. *quam vulgus:* rurſus c. 37.

c. 37. *quoties etiam, praeteritis vobis, suo jure nos inimicum vulgus invadit lapidibus et incendiis?* Quarum querelarum nullus est apud Patres finis. Praesides quoque et Praefectos provinciarum, sive plebis clamoribus incitatos, sive pecunia corruptos, et avaritia accensos, furori plebis manus praebuisse, ac in Christianos irruisse, res est testatissima. *Possumus*, inquit Tert. ad Scap. c. 3. *aeque et exitus quorundam Praesidum Tibi proponere, qui in fine vitae suae recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos*: quorum aliqui recensentur. Sic et c. 4. *nam et nunc a Praeside Legionis, et a Praeside Mauritaniae, vexatur hoc nomen.* Athenag. in legat., haud procul ab initio, *Inperatores permittere*, diserte dicit, *Christianos a plebe exagitari, et adfligi.* Accedit, ipsa Inperatorum rescripta passim fuisse ambigua, aut nimis generalia, uti, ex. gr., illud Trajani ad Plinium ep. 97. l. X. quod habet, *Christianos conquirendos non esse, si deferantur et arguantur, puniendos*, quo plebis inpetus non retunditur, sed vexationes publica autoritate munitae tantum inpediuntur. Vid. et Eus. H. III: 33. quare Tert. Apol. c. 2. *sententiam adpellat necessitate confusam, quae negat conquirendos, ut innocentes, et mandat puniri, ut nocentes.* Hadriani quoque responsum ad Fundanum, Procons. Asiae, apud Eus. H. IV: 26. et in Chron. fert, *Christianos non sine objectu criminum condemnandos:* quo arctius quidem constringitur vexatio, sed penitus non aufertur, quia nulla statuitur poena delatoribus, et quaevis crimina per calumniam iis objici potuerunt. Antoninus Pius crimina illa arctioribus conclusit limitibus, in *rescripto* suo ad Rectores Provinciarum apud Eus. H. IV: 13. cujus etiam meminit c. 26., cum vetuit, Christianos *ulla adficere injuria, nisi forte contra statum Inperii Romani quid moliri viderentur.* Marcus denique Aurelius poenam statuit iis infligendam, qui *Christianis falsa inpingunt crimina*, et eo nomine vexant, apud Eus. H. IV: 13.

§. CCIV. *Posterior* habet, Veterum testimonia paucitati

martyrum eſſe contraria: quorum aliqua in medium adducam. Iren. adv. haer. IV: 33. *Eccleſiam omni loco multitudinem martyrum in omni tempore praemittere ad Patrem*, diſerte teſtatur, Theophilus ad Autol. l. III. *Chriſtianos ad ſua tempora*, ſeu ſec. II*itium*, *ſemper perſecutiones* paſſos, diſerte refert. Euſ. H. V: 1. *myriadas* martyrum per univerſum orbem ſub Antonino Vero exſtitiſſe narrat; nimis hyperbolice, non nego, attamen paucitati martyrum contrarium. Vid. et l. III: 33. de Trajani tempore. De quo mox plura. Sed, quid fiet tunc Origenis verbis cont. Celſ. l. III: p. 116., quibus dicit, *paucos et facile numerabiles* ad ſua uſque tempora exſtitiſſe martyres? Veterum effata de innumerabili martyrum copia nimis eſſe hyperbolica, licet clare evincant, paucitati tamen martyrum non patrocinantur, cum non *abſolute*, ſed *relative* loquatur, relate ſcilicet ad inmenſam, et longe majorem, Chriſtianorum copiam, quae per orbem ſupererat, ita ut, comparatione inſtituta, pauci et facile numerabiles dici queant martyrio, proprie ſic dicto, coronati: longe etiam pauciores, quam vulgo putatur, modo inter vexationes, et caedes promiſcuas, ac quaſi ſeditioſas, et inter martyria, eo nomine digna, diſtinguatur.

§. CCV. Cum itaque, ut ex dictis elucеſcit, ſat magna ſanguinis Chriſtiani copia fuerit fuſa, illi quoque continuis fuerint infeſtati vexationibus, inter caſus periodi illuſtriores locum habere perſecutiones, non negaverim, eo minus, quod earum ratio ſit, in Eccleſiae interna, ſeu morali, conditione definienda, habenda: eminet enim inter virtutes Eccleſiae, praeter ſtudium veritatis defendendae, ac propagandae, *patientia*, quae virtus cum eo ſtudio eſt copulata, uti ex Epiſt. Apocalyptica *ſecunda* ad Smyrnenſes patet. Attamen in *perſecutionibus* characterem periodi, uſque ad Decium, non cenſuerim eſſe conſtituendum. Quae altera noſtra *theſis* eſt, quam demonſtrare adgredior. 1. Ingens vulgatae ſententiae de tot perſecutionibus creatur praejudicium,

dicium, et noſtrae de charactere periodi in iis non collocando robur addit, quod Veteres uno velut ore teſtentur, Eccleſias a Trajano ad Decium uſque gaviſas eſſe *pace.* Quam in rem notabilia ſunt Lactantii Mort. Perſec. c. 3. verba, quibus adfirmat, *Eccleſiam poſt Domitianum, uſque ad Decium, nullos inimicorum inpetus paſſam, manus ſuas in Orientem Occidentemque porrexiſſe.* Tertull. de coron. mil. c. 2. dicens, *Muſſitant tam bonam et longam pacem periclitari*, Eccleſiam eo uſque ad Severum, quando ſcripſit, gaviſam eſſe, haud obſcure, indicat. Origen. quoque cont. Celſ. l. III. p. 120. *perſecutionis metum jam longo tempore ceſſaſſe*, tradit: ſicut et Cyprianus de Lapſis *longae* quoque *pacis* ante Decium meminit, ſimul innuens, Decianam perſecutionem, tanquam rem inauditam, occurriſſe Chriſtianis. Refert quoque Firmilianus ep. ad Cyprian. inter Cyprianicas 75., perſecutionem a Maximino paulo ante Decianam, *poſt longam retro aetatis pacem repente obortam* eſſe.

§. CCVI. 2. Accedit, nullos recenſeri perſecutores inter Inperatores Romanos, praeter Neronem et Domitianum, per totam hanc periodum. Lactant. l. c. ipſis verbis adſerit, dicens: *ſecutis temporibus*, ſcilicet a Domitiano ad Decium, *quibus multi ac boni principes Romani Inperii clavum regimenque tenuerunt, nullos inimicorum inpetus paſſam* eſſe Eccleſiam. Sic et Tertull. in Apolog. c. 5. *caeterum*, inquit, *de tot exinde*, ſcilicet a Domitiano, *principibus ad hodiernum*, nempe Severum, ſub quo ſcripſit, *divinum humanumque ſapientibus, edite aliquem debellatorem Chriſtianorum*, ſeu publicum perſecutorem. Omnes itaque intermedii Inperatores ab hac macula luculenter purgantur, et vulgo ſic dictae perſecutiones refutantur. 3. Haud leve pondus addit, quod reſcripta memorentur Inperatorum in favorem Chriſtianorum, ipſorum eorum, qui in Perſecutorum catalogo locum tenent, uti Trajani apud Plin. l. c. Hadriani apud Euſ. H. IV: 26. et in Chron. Antonini Pii apud eundem H. IV: 13. 26. Marci Aurelii ib. c. 13. Reſtant Severus et Maximinus,

hac populum placaret, Ignatium tradidit puniendum publice.

§. CCIX. Nec aliud ferendum eſt judicium de Tiberiani, Palaeſtinae primae praefecti, Epiſtola ad Trajanum, apud Malalam l. c., in qua, ſe caede Galilaeorum, *ſecundum Trajani mandata occiſorum*, defatigatum eſſe tradit. Spuriam enim eſſe epiſtolam adeo conſtat, ut ne Ruinart. ei fidere fuerit auſus. Vid. Dodwel. l. c. §. 23. Sed quid de Bithynia, ſub Plinii junioris Proconſulatu, dicemus? quod certiſſimum pro ea perſecutione teſtimonium adpellat Ruinart. Licet, Chriſtianos, cum eorum religio eſſet odioſa, a vexationibus non fuiſſe tutos, varios quoque, ad Praeſides delatos, morte aliiſve poenis mulctatos, non negaverim, perſecutionem publicam, minus a Trajano concitatam, viguiſſe neutiquam ſtatuendum eſt. 1. Plinius enim, quid agendum ſit neſcius, conſuluit Trajanum; quod, ſi publico edicto decreta fuiſſet perſecutio, neceſſe non habuiſſet. 2. Nullius edicti contra Chriſtianos publicati mentio fit, tantum ſpecialis illius, quo *heteriae*, *conventicula*, prohibita erant. 3. Ipſe Trajanus negat *conquirendos*, in reſponſo ſuo, nec ullius edicti contra eos meminit: permiſit quoque tantum eos puniri, ſi *convincantur;* propter ſeditionem ſcilicet plebis, ut modo notavi, alias oriundam. Nec multos 4. fuiſſe occiſos inde liquet, quod *periclitantium*, non vero *occiſorum* numero ſe abſterritum dicat Plinius. Ceterum dicta forte illuſtrari poterunt ex ſimili caſu, qui in Aſia Proconſ. eodem forte tempore contigit, digno utique, qui memoretur. De Arrio Antonino, avo materno Antonini Pii, Aſiae Proconſ., in haec verba loquitur Tert. ad Scapul. c. 5. *Arrius Antoninus in Aſia cum perſequeretur inſtanter, omnes illius civitatis Chriſtiani ante tribunalia ejus ſe manu facta obtulerunt: cum ille, paucis duci juſſis, reliquis ait, ô miſeri! ſi mori velitis, habetis praecipitia et laqueos.* De perſecutione denique ſub Attico, Praeſide Syriae, concitata dicam neceſſe non eſt, cum ea Simeonem Cleopae, Epiſcopum Hieroſol.,

tantum

tantum abſtulerit, nec aliam ob rationem, quam quod Domini Jeſu cognatus e ſtirpe Davidis eſſet ſuperſtes, quae adfectati inperii habebatur ſuſpecta: accedit, ipſum non fuiſſe *conquiſitum*, ſed a Judaeis adnunciatum Euſ. H. III: 32. Accidit illud in init. Trajani, ut probabile fecit Pearſon in Oper. Poſthum. Ex diſputatis, ut concludam, ni fallor, eluceſcit, Chriſtianos, non obſtantibus vexationibus particularibus, et nonnullorum martyriis, perſecutionem ſub Trajano, eo nomine dignam, non eſſe paſſos, ſed rectius dici poſſe, reſpectu publicarum perſecutionum, gaviſos eſſe *pace*.

§. CCX. Hadrianum, licet Sulp. Sev. faciat perſecutorem, nullus Veterum hac macula notavit, Euſ. vero H. IV: 7. Eccleſias in pace fuiſſe, ceſſantibus perſecutionibus, haud obſcure indicat. Tradit enim, Satanam, haereticos ſuſcitando, alia via Eccleſiam eſſe adgreſſum, ſed nec multum profeciſſe, cum, Chriſtianos ab illis criminibus, quorum rei habebantur, eſſe alienos, facile pateret. Addit, cum viri egregii Chriſtianam religionem ab illa macula ſtrenue vindicarent, factum eſſe, ut vexationes Chriſtianorum, quae continuis plebis clamoribus de novo per illos rumores concitarentur, edicto Hadriani fuerint repreſſae. Scripſerat enim Serenus Granicus, Aſiae Proconſ., ad Hadrianum, iniquum ſe judicare, Chriſtianos ſolis vulgi clamoribus occidi. Reſcripſit Inperator ad ſucceſſorem Fundanum, a. 126., Hadriani 16*mo*, quo decennalia ejus celebrabantur, juſſitque, ut vulgi clamoribus aut petitionibus non traderentur, ſed ſecundum ſolennes judicii proceſſus cum iis ageretur, ita ut non, niſi coram Judice eos criminum publicorum, praeter religionem, eſſe reos, demonſtretur, puniantur. Exſtat illud edictum apud Juſt. M. apol. II. fin. Graeco textu ex Euſ. H. IV. 9., Juſt. enim Latine ſubjunxerat, quae Latina verſio periit. Ex quo edicto recte colligitur, 1. nullum Hadriani emanaſſe edictum contra Chriſtianos: praeterquam enim, quod tunc de novo non debuiſſet conſuli Inperator a Praefectis Provincialibus, Edicti mentio fuiſſet facta, quippe quod re-

vocari debuisset, vexationes non ex aliquo edicto, sed populi clamoribus fuisse ortas, clare indicatur. 2. Nullam viguisse insectationem aliam, ac quam vulgi clamores solennibus diebus concitare solebant, quibus non tam ob nudam religionem, quam ficta crimina, incestus ex. gr., infanticidii etc., ad necem postulabantur Christiani. Vetat enim Imperator, Christianos *petitionibus et solis clamoribus* condemnari, et in judicio jubet examinari, verane an falsa sint, quae ipsis inpingebantur, ut calumniatoribus male agendi omnis eripiatur ansa. Quod si persecutionem Christianae religionis nomine subiissent publicam, calumniarum et clamorum locus non fuisset, nec iis opus; cum Christianos esse suffecisset ad mortem. Deinde cum, *postulationibus* plebis Christianos tradi, prohibeatur, solennibus praecipue diebus, tumultu plebis, vexationes passim fuisse excitatas, clare significatur. *Petitiones* enim audiunt adclamationes, a populo in theatris fieri solitae; quales erant contra Christianos frequentes, et tumultuariae, non ergo solennes et publicae persecutiones. Accedit 3. Quadratum et Aristidem apologias suas Hadriano, non *sedandae*, sed *praeveniendae*, persecutionis ergo, obtulisse, ut diserte tradit Eus. H. IV: 3. *quod quidam malevoli homines vexare conarentur nostros*, dicens. Quo Hadriani etiam tendit Edictum. Jubet enim, eos *juridice* tantum esse condemnandos, et non ob clamores, *ne calumniatoribus ansa male agendi suppeditetur*. Ex quo recte colligitur, non tam religionis causa eos fuisse hoc tempore vexatos, quam criminum, iis inpactorum: quod ex ipso edicto corroboratur, cum habeat, neminem Christianorum damnari, nisi coram judice fuerit convictus *criminis*; per quod nudam religionis confessionem non intelligi, sed quodvis aliud commissum, lege puniendum, hae evincere videntur rationes *a*. quia *probari* vult crimen coram Judice, tale itaque, quod negabant a se patratum Christiani *b*. convictos puniri vult *pro gravitate delicti*, alia itaque delicta, ac religionis confessio, intelliguntur. *c*. Crimina

na quoque, a *calumniatoribus* inpacta, indigitantur. *d.* Certum quoque est, Just. M. ita intellexisse, cum hujus edicti jure se postulare declarat posse, *ut κρίσεις judicia* fiant: quales processus criminales locum habebant: quod epistola Sereni ad Inperatorem apud Eus. IV: 8. clare confirmat. Denique *e.* de criminibus *κατὰ τοὺς νόμους* per leges vetitis loquitur Hadrianus; quae phrasis in alia magis quadrat delicta.

§. CCXI. Nulla itaque cum fuerit sub Hadriano persecutio, Hieronymus ep. ad oratorem Romanum, nomine Magnum, oportet vel erraverit, vel minus adcurate locutus fuerit, ubi dixit, *Quadrati excellens ingenium persecutionem gravissimam sedasse.* Nec ullus Veterum ita locutus est, ipse Sulp. Sev., qui solus ejus meminit, simpliciter dicit, *quarta sub Hadriano persecutio numeratur, quam tamen post exerceri prohibuit.* Videtur quoque Sulp. ex bello Hadriani cum Judaeis id collegisse, ut ex praecedente textu liquet; adeo ut Christianos, Judaeis saepe accensitos, una cum illis fuisse vexatos, putaverit sine fundamento; et Orosio H. VII: 8. contrarium testante. Adseverare tamen non ausim, licet nulla viguerit persecutio, nullos fuisse martyrio coronatos, maxime cum ex Sereni litteris ad Hadrianum, quibus iniquum esse dicit, Christianos ob solos clamores, sine criminis demonstratione, occidi, aliquos illud fatum subiisse probabile fiat, sicut multis saepe contigisse ex historia constat, ut per vulgi clamores fuerint necati. Addi posset, Just. M., tempore Hadriani conversum, testari in apol. I. *se constantia Christianorum, mortes adeuntium intrepide, ad fidem amplectendam fuisse permotum*; si pacis tempore hanc eorum constantiam, saepe alias praestitam, laudare censeri non posset: quare Just. M. effatum non urserim, maxime, cum nullius martyris sub Hadriano fuerit conservata memoria. Mitto quoque quae de Hadriano, tanquam fautore Christianorum, narrantur, in specie, quae Lamprid. de Templis, ab ipso sine imaginibus Christo constructis,

 refert,

refert, quae omnino ficta sunt. Vid. Casaub. ad Lamprid. Tradit quoque Spartian. in Hadriano, *ipsum sacra Romana diligentissime curasse, peregrina contemsisse.*

§. CCXII. Antonino Pio inperante plures, quam antea, grassatas esse persecutiones, particulares et populares, censet quidem Dodwell., sed sublesto, et falso, fundamento, quod martyres, ab ipso producti, non sub Antonino, ut putavit, sed Marco Aurelio passi sint, de quo mox. Licet ejusmodi vexationes hoc tempore non defuerint, publicam tamen sub Antonino nullam fuisse, hae rationes facile evincunt. 1. Sulp. Sev. post Hadrianum, Antonino inperante, *pacem Ecclesiis fuisse* diserte adfirmat. 2. Rescriptum ejus ad Praefectos Provinciarum ipsis verbis habet, *Christianos nulla in re vexandos esse, nisi forte contra statum inperii Romani moliri* viderentur. Qua omnes qualescunque persecutiones, solius religionis causa, proscribuntur. Ipsum edictum quidem non superest: erravit enim Eus. H. IV: 13. quum Marci edictum Antonino inscribit, ut recte a Valesio ad Eus. demonstratum est, quicquid nonnulli contra disputaverint: de quo plura dixisse nihil adtinet. Sed in Marci rescripto mentio fit Antonini, et summa traditur. *Plurimos Provinciarum Rectores*, inquit Marcus, *Divo patri suo Antonino de Christianis scripsisse, quid cum iis agendum sit? rescripsisse Pium, illos nulla in re vexandos esse, nisi forte contra statum inperii Romani moliri viderentur.* Cujus ejusdem Antonini edicti, in favorem Christianorum, meminit Melito Sard. in Apologia ad Marcum, apud Eus. H. IV: 26. quo *tumultus concitare contra Christianos* vetatur: datum illud etiam dicitur ad *omnes civitates*, in specie ad Larissaeos, Thessalonic., Athenienf., et universos Graecos. 3. Nihil denique in medium prolatum est, quo publica demonstratur persecutio. Colligit quidem illud Ruinart. ex conclusione apologiae Just. M. ad Antoninum Pium, sed sine solida ratione. Non enim, quid fecerit Inperator, sed quid deberet, exprimit Just., dicens: *si religio Christiana*

veritati

veritati vobis videatur consentanea, in pretio eam habete: sin nugae videntur, spernite. Sed contra eos, qui nihil iniqui admittunt, supplicium capitis ne statuite: qua in iniquitate si perduraverint, ipsis judicium Dei minatur. Unde adparet, Justinum in officio praescribendo versari, sed persecutionem, actu exercitam, non inputare, tantum ab ea instituenda absterrere. Deinde, cum Provinciarum Praesides saepe vexarent Christianos, vel plebis tumultuarias infestationes non inhiberent, *Inperatoribus*, si Edictis non reprimant, ipsae illae vexationes poterant inputari a Justino in apologia. 4. Addatur postremo, nullius martyris memoriam fuisse conservatam, et Antoninum fuisse ipsum *natura clementissimum, nihilque temporibus suis asperum fecisse*, teste Spartiano in Anton. c. 2.

§. CCXIII. De Marci Aurelii tempore refert Eus. H. V: 1. *in nonnullis terrarum partibus violentiorem contra Christianos commotam esse persecutionem, ex incursione tumultuaria plebis singularum civitatum.* Addit, *myriadas* fuisse martyrum, non ex certa fide, sed ex iis, quae in Gallia contigerunt, id colligens, uti ipse c. 1 et 2. adserit, quare fidem non meretur, cum in omnibus provinciis aeque violentam fuisse persecutionem necesse non tantum non sit statuere, sed severiorem in Gallia fuisse historia doceat. Rescriptum enim Inperatoris 1. in Gallia eam fovit, sed in Asiam directum repressit. Cujus diversitatis ratio inde repetenda videtur, quod crimina epulorum Thyesteorum, et incestorum concubituum, confessionibus servorum nonnullorum Christianorum, ipsis extortis, confirmata, vim addiderint Gallicanae persecutioni, uti ex Epistola Lugdunensium et Viennensium, apud Eus. H. V: 1., patet, sed in Asia terrae motus, Christianorum causa, a Diis iratis orti, ut putabatur, plebis furorem accenderunt, ut ex rescripto Marci *ad commune* Asiae, apud Eus. IV: 13. clarum est. Marcus, quem *nonnunquam contra manifestos gravium criminum reos, inexorabilem fuisse*, refert Capitolinus, Praesidum et Magistratuum scriptis, quibus

Christianos in Gallia gravium criminum reos sese ex testibus deprehendisse, adfirmabant, fidem adhibens, in eorum vexationes consensit, ita tamen, ut si sese Christianos esse negarent, puniendi ob ea crimina non sint. Hunc utique in modum loquuntur Lugdun. et Vienn. in Ep. citata, *misisse Caesarem, illos quidem gladio, vel fuste, esse occidendos, si vero quidam negarint, eos esse absolvendos.* Sed longe aliud exstat Marci rescriptum ad *Commune Asiae*, apud Eus. H. IV: 13. quo Christianos diserte vetat vexandos, poena etiam iis inposita, qui eos injuste detulerint. Nec ad *commune* tantum Asiae, sed et alios multos se rescripsisse testatur. Memorat quidem Melito Sard. in apol. ad Marcum apud Eus. H. IV: 26. *τὰ δόγματα καὶ διατάγματα decreta et edicta* contra Christianos, quibus plebs ardentius fuit incitata, sed non Imperatoris, verum Magistratuum singularum urbium, vel praefectorum provincialium, quae *διατάγματα* solebant adpellari, intelligit, uti ex sequent. non tantum patet, ubi se dubitare inquit, num Inperatoris autoritate prodierint, sed ex Marci rescripto, modo laudato, elucet. 2. Praeterea et illud evincit, minus atroces aliis in Provinciis fuisse vexationes, quod paucissimi non solum memorentur martyres, sed in bonorum spoliationibus, similibusque calamitatibus, maximam partem sitae fuerint vexationes. Utique Athenag. in initio *legationis* suae, persecutiones praecipue collocat *ἐν τῷ ἐλαύνεσθαι, φέρεσθαι καὶ διώκεσθαι exagitari, rapi, et fugari.* Sic et §. 5. dicit, *si cum Diagora Atheo sentiremus, merito nobis tum inpietatis crimen, tum exagitationis poena, inputaretur.* Licet inficias non iverim, hostes, eorum vitae insidiatos, sese nonnullorum sanguine polluisse: orat enim Inperatores, ut efficiant, *quo ab hujusmodi jugulari desinamus calumniatoribus:* addit, illos non bona tantum, sed et corpora ac animas petere. Ipse Inperator apud Eus. IV: 13. dicit, gentiles persequi Christianos *usque ad mortem.* Melito quoque Sard. in Apol. apud Eus. l. c. inquit, Sycophantas, et aliena adpetentes, occasionem ex

edictis

edictis nactos, *palam latrocinari*, noctes atque dies spoliantes innoxios, oratque, ne deferant Inperatores se in *hujusmodi publico latrocinio.*

§. CCXIV. Licet itaque non negem, persecutionem viguisse sub Marco per Gallias, Graeciam, et Asiam, variosque, praecipue in Galliis, factos esse Martyres, inter quos fuerunt Polycarpus, Justinus Martyr, alii, publicam esse persecutionem grassatam neutiquam existimaverim. Scriptores enim 1. aequales nullius non tantum *edicti* meminerunt, sed et nullum fuisse, diserte testati sunt. Quod Melito Sard. l. c., etsi dubitanter locutus, haud obscure significat: *si haec tuo jussu fiant*, inquit, *recte atque ordine facta sunto; si vero non, petimus ne nos vexari sinas.* Melito, nisi praesuppofuisset ejusmodi edicta ab Inperatore non emanasse, *recte ac ordine fieri* non dixisset, quo tacite insinuatum itaque voluit, ab Inperatore non potuisse proficisci, cum ab ipso nil nisi justum exspectetur. Athenag. quoque Inperatoribus nihil aliud inputat, ac quod Christianis non prospiciant, libertatem et securitatem non procurent efficaciter, sed eos sinerent vexari. Tantum ad Gallos Inperatoris memoratur aliquod missum rescriptum, quo Christianos permittit occidi, sed peculiari de ratione, quam modo exposui, et arte extortum Inperatori. Edictum itaque non fuit contra Christianos, qua tales, sed qua sceleratos, quales in Galliis esse ex Praesidum scriptis credebat. 2. Persecutio non Inperatoris edicto, sed incursionibus popularibus, originem suam debet: ut diserte Eus. H. V. in prooemio, ubi eam ἐξ ἐπιθέσεως τῶν κατὰ πόλεις δήμων esse ortam tradit. Quod Inperator in edicto apud Eus. etiam clare significat, *gentiles contra Christianos tumultuari* dicens. Accedit, 3. rescriptum Inperatoris non nisi sub finem vitae emanasse, cum persecutio Gallicana, in ann. ejus 17*mum*, aer. V. 177., inciderit, ut ex Eus. l. c. constat, cujus loci fidem recte contra Dodwell. et alios defendit Pagi ad Baron. Ex quo simul elucescit, reliquas persecutiones in Graecia et Asia, quippe anteriores,

antevertiſſe Inperatoris edictum. Euſ. quidem in Chron. perſecutionem adligat anno Marci *ſeptimo*, ſed non, acſi Gallicana tunc inceperit, verum quod vexationes Chriſtianorum tunc initium habuerint. Scripſit enim Melito Sard. apologiam ante annum ejus 15*tum*, ut recte Pearſon Vind. Ignat. p. II. c. 13. et Athenagoras legationem ante ann. ejus 17., ut ſuo loco ſupra diſputatum eſt. Denique 4. edictum Marci ad *commune* Aſiae, in favorem Chriſtianorum, de animo ejus a perſecutione alieno clare ſatis teſtatur: ex quo et illud colligere licet, contrarium reſcriptum contra Chriſtianos Gallicanos, poſtea publicatum, ſingularem habuiſſe, unde ortum fuit, cauſam, et ad Gallicanos tantum pertinuiſſe: quod ipſum reſcriptum, haud procul. a morte publicatum, Chriſtianis parum nocuit: ſub Commodo enim res Chriſtianorum in tranquilliore fuerunt ſtatu, pace fruente Eccleſia per *univerſum orbem*, Euſ. H. V: 21.

§. CCXV. Studio narrationem omiſi, licet ad cauſam noſtram multum facere poſſet, de *legione fulminatrice*, ex Chriſtianis conſtante, in exercitu Marci in bello cum Marcomannis, cujus precibus aqua fuiſſet a Deo inpetrata, et exercitus ab interitu liberatus: quod ipſe Marcus agnoviſſet. Veritatem enim ejus praeſtare non auſim, cum nimis graves obſtent rationes ex. gr. 1. quod Chriſtiani, etſi in quaeſtione, liceatne Chriſtiano bellare? ſibi non conſtent, nunc damnantes, nunc concedentes, de quo legi merentur Petavius Diſſ. Eccl. l. II. c. 2. Wetſten. ad Origen. contra Marcion., et Moylius ac Kingius in Diſput. de *miraculo legionis fulminatricis*, ne alios citem, tanta copia, ut legionem conſtituant, cenſeri nullo modo poſſint in exercitu Marci fuiſſe, 2. Legio fulminatrix fuerit Romanis jam ante non tantum nota, adeoque ab hoc caſu non denominata, ſed et Aſiatica, qua hoc tempore non fuit uſus Inperator. 3. Marcus ipſe ad magicas artes, et ſuperſtitionem, ſeſe tunc contulerit, et inde repetierit ſalutem, ſimul derivarit, cum Romanis. 4. Accedit, Inperatorem minus honorifice de

Chriſtianis

Christianis judicare fuisse solitum, ut ex opere ejus l. XI. c. 3. et aliunde liquet. Qui de veritate seu falsitate narrationis plenius instrui cupit, adeat mutuas disputationes Moylii et Kingii, ordine digestas a Moshemio ad calcem Dissert. *ad sanctiores disciplinas pertinentium*, ut et Jablonski in Misc. nov. Lips. vol. VIII.

§. CCXVI. Sub Septimio Severo atrociorem fuisse persecutionem, quam huc usque contigerat, clara evincunt testimonia, Eusebii non tantum, qui H. l. VI: 1. eam per *omnes ubique locorum Ecclesias grassatam* esse, et innumerabiles dedisse martyres, non sine hyperbole, adfirmat, sed et aequalium autorum, ut Origenis, in primis Tertulliani in Apolog. ad Scapulam, in Scorpiace, ubi c. 9. adserit, *suo tempore praecipue inpleri, quod Dominus Apostolis dixit, tradet frater fratrem, et Pater filium, in mortem*; denique *in cohortatione ad martyrium*. Quid? quod Judas, hujus quoque temporis scriptor, hinc colligit, *Antichristi adventum instare*, adeo conturbaverat Christianorum animos persecutio, ut habet Eus. H. VI: 7. Quod atrocitatis non tantum, sed et *novitatis*, persecutionis haud leve est indicium: antea enim *pace* gavisae erant Ecclesiae, teste Tert. de *coron. milit.* nec ulla fuisset ratio id, quod Judas censuit, opinandi, si tot, quot vulgo statuuntur, fuissent persecutiones publicae. Viguit quidem praecipue Alexandriae, de quo mox, sed reliquae regiones, in quibus florebant Ecclesiae, non fuerunt inmunes, ut AEgyptus, Africa, ipsa quoque Syria: de quo ex Tert. et aliis constat. Duravit vero non *duos* tantum annos, quod contendit Dodwell., sed longe plures, ut ex iis, quae de Origene refert Eus. H. VI: 1. etc. nec non Praesidum Africae numero durante persecutione, apud Tert. ad Scapul., qui *sex* memoravit, patet. Incepit vero ann. Severi X*mo*, aer. V. 202. et ad mortem ejus continuavit, licet majore minoreve gradu, seu a. 211. Vid. Ruinart. l. c. et Pagi ad Baron.

§. CCXVII. Haec licet concedam vera esse, ne sic ta-


men vulgatae opinioni, quae *publicam* facit persecutionem, accesserim, nec Severum ipsum persecutoribus accensuerim, ob has rationes. 1. Post Domitianum persecutiones primum renovasse Decium, Lactant. et alii, ut supra observavi, clare testantur. 2. Ipse Tertull. Severum ab hoc crimine haud obscure absolvit, non eo quidem in loco, quem urget Dodwell., in Apol. c. 5., ubi leges contra Christianos, nullum Hadrianum, nullum Vespasianum, nullum Pium, nullum *Severum* inpressisse adserit, cum *Verum*, ut alii Cod. habent, et jam observatum est, legi debeat; sed quod *a. solos impios, injustos, turpes, vanos Inperatores eas leges exsequi solere*, ibid. adfirmet, quippe quod non dixisset, si *Severum* habuisset persecutorem. *b.* Eodem in loco, cum dicat, *de tot exinde* (a Domitiano) *Principibus ad hodiernum, divinum humanumque sapientibus, neminem edi posse debellatorem Christianorum*, Severum utique, quem per *hodiernum* intelligit, bonis adnumerari solitum, eo ipso persecutorum catalogo clare eximit. *c.* Imo in lib. ad Scapulam c. 4. Severum fuisse *Christianorum memorem, Christianos defendisse, et populo furenti in os restitisse*, adfirmat: manifesto indicio, Severum eos non fuisse odio persecutum, nec debellare in animo habuisse. 3. Denique ex Spartiano liquet, quid ansam dederit persecutioni, et quo fini fuerit instituta. Inperator, cum e Syria Alexandriam tendebat, *Palaestinis plura jura* dicitur *fundasse, praeterea Judaeos fieri sub gravi poena vetuisse: idem etiam de Christianis sanxit*, addit Spartian. Judaicum itaque bellum, modo profligatum, eum in Judaeos accendit, Christiani vero, cum Judaeis saepe permisceri soliti, videntur Inperatori suspicaci a nonnullis delati, si augerentur, in idem facinus facile ruituri: quare eos multiplicari noluit. Unde, ni fallor, elucescit, Inperatorem eos in animo non habuisse persequendo delere, sed tantum, quominus in nimium excrescant numerum, inpedire. Quod ipsum plebi, etiam Praesidibus provinciarnm, bonorum cupidis, ansam praebuit eos vexandi. Quod ex eo etiam aliquid acquirit roboris, quod praecipua

persecutionis

perſecutionis vis incubuerit Alexandriae, ubi Origenes in faciendis proſelytis totus erat, et Chriſtianiſmum valde propagabat, teſte Euſ. l. c. Degebat et ibi Plautianus, vir magnae autoritatis, ſed ſaevus et avarus, qui teſte Dione l. LXXV. *morte adficiebat magnum numerum clarorum, et honore ſibi parium, virorum. Adpetebat omnia, flagitabat ab omnibus omnia, capiebat omnia, nec vel provinciam ullam, vel ullum oppidum inviolatum relinquebat.*


§. CCXVIII. Poſt Severi mortem, ut perſecutionum hiſtoriam uſque ad Decium, quando periodus publicarum perſecutionum incepit, perducam, profunda fuit uſque ad Maximinum pax. Quod enim ex libro Tertull. ad Scapul. colligitur, ſub Caracalla nondum ceſſaſſe vexationem, illud falſa, de libro iſto tunc ſcripto, nititur hypotheſi. Caracalla vero, *lacte Chriſtiano educatus*, ut Tert. ib. c. 4. ait, patronus et fautor fuit Chriſtianorum, non perſecutor. Defendit quoque eos Heliogobalus, ut ex Lampridio patet, Alexandrum denique Severum iis valde faviſſe, res eſt teſtatiſſima. Maximinus itaque Thrax pro *Sexto* habetur perſecutore ab Euſ., et aliis eum ſecutis. Cum autem is ab a. 235. ad 238. praefuerit, diu non potuit duraſſe perſecutio, licet cum Dodwello ad *unum* non reſtrinxerim annum; cum Euſ. H. VI: 28., ad finem inperii ejus duraſſe inſinuare videatur, quod Ruffinus diſerte tradit; ſed illud certum eſt, perſecutionem ſolos feriiſſe Clericos, teſte Euſ., nec omnium, ſed nonnullarum tantum, Eccleſiarum, ut Sulp. Sev. tradit, qui eam vexationem, *tanquam nullius momenti*, propterea omiſit. Extra Italiam quoque ſeſe non porrexiſſe, recte advertit et demonſtravit Dodwell., ubi Alexandri Severi familiae degebant faventiores. Memorat quidem aliquam vexationem in Cappadocia Firmilian. in epiſt. ad Cyprianum, quae eſt inter Cyprian. 75. Sed eam aliam eſſe, ac quae Maximinum habuit autorem, jam obſervavit Dodwellus. Localis enim 1. fuit perſecutio, intra Cappadociam et Pontum, cum ea Maximini in Italia fuerit. 2. Di-

versae quoque causae sunt. Ea enim Maximini, partim crudeli ejus indoli, qua in omnes saeviit, partim odio in Alexandri Severi domum, Christianis plenam, et Clericis Italiae valde aestimatam, quare in eos maxime irruit, ut modo notavi, tribuitur, uti ex Eus. constat: sed gravissimus in Cappadocia terrae motus causam vexationis Christianorum praebuit, ut ex Firmiliano l. c. patet. 3. Persecutio, Firmiliano memorata, fideles in genere, sed Maximini feriit Clericos solos. Sub Maximino itaque in Italia, Cappadocia, et Ponto, fuit aliqua persecutio, sed prior tantum autoritate Inperatoris munita, posterior e plebis expostulationibus orta, et Praesidis potentia armata, neutra vero magni momenti; cum *prior* Clericos tantum nonnullos vexavit, *posterior* fugam magis, quam mortem, produxit, ex Ep. Firmiliani colligi potest.



SECULUM TERTIUM.

SCRIPTORES.

§. I. Rimum ordine temporis locum inter Scriptores Graecos jure tenet *Theophilus Antiochenus*, qui sub Septimio Severo floruit, et post ann. 203. scripsit. Vulgata quidem habet opinio, quae ab Eus. H. IV: 24. emanavit, eum esse Theophilum illum Antiochenum Episcopum, qui ab ann. 177., Marci Aurelii 16., sedit ad ejus mortem, et scripsisse sub Commodo post ann. 182. Sed ab eo esse distinguendum, ac sub Severo viguisse, et scripsisse, inde mihi probabile fit, quod *cum* persecutionis tempore scripserit, ut ex libris ejus patet, quae nulla fuit a Marco ad Severum, et sub Commodo etiam alta pax, Eus. V: 21. *tum* Severianae indicium sese in eo prodat, quod ea dicatur praecipue in proselytas, et Philosophicae *ἀσκήσεως exercitationis* studiosos incidisse. Vid. l. III. ad Autol. sub fin., Vid. Dodwell. additam. ad Pearson. Success. P. P. R. Diss. I. c. 2. Accedit, eum scripsisse post Chryserotem, Marci Aurelii libertum, quem citat et sequitur, quare catalogum Inperatorum Romanorum ultra Marcum non contexuit l. III. §. 26, 27. Mortuus autem Libertus iste demum est non ante ann. 180. Equidem non ignoro, quid huic opinioni a Viris Eruditis Cave, Wolfio in praef.

 edit.

edit. ſuae, aliiſque, objectum ſit, ſed ei refutandae mihi non videtur ſufficere: de quo pluribus diſputare non licet. Ex multis Theophili ſcriptis aetatem tantum tulerunt tres ejus libri ad Autolycum, eruditum virum, ſimul amiciſſimum, etſi adhuc Gentilem. Adpellantur ab Euſ. H. IV: 24. *στοιχειώδη συγγράμματα inſtitutionem* fidei continentes, cui titulo convenit inſcriptio cod. Pariſ., a Sirmondo alibi laudati, *de fide Chriſtianorum.* Sed *librum de Temporibus* vocat Lactant. Inſtit. l. I. fin., quia multa Chronologica ibi reperiuntur. Noſtros enim Theophili libros in oculis habuiſſe Lactantium, etſi nonnulli dubitant, vel negant, verba, quae Lactant. citat, et nunc exſtant, ſatis demonſtrant. Inter varias editiones, ab aliis recenſitas, hujus operis eminet Cl. Wolfii noviſſima.

§. II. *Origenis*, quo nemo hoc ſeculo fuit illuſtrior, vitam, fata, dogmata, et ſcripta cum fuſe deſcripſerit Huetius in Origen., et quoad labores, fata, et ſcripta, Tillemont. *memor. Eccleſ.* cum eo conferendus, paucioribus defungar. Natus ann. 185. ſecundum Euſ. H. VI: 2. Familiam, Patre Leonide martyrio coronato, et mortuo, annos licet 16 tantum natus, ad egeſtatem redactam, ſuſtentavit, fideles per aedes inſtituendo. Quod ut ſine ulla tentatione aut ſuſpicione faceret, ſe eviravit ipſe, ſive ferro, ſive medicamento quodam, vim genitalium exſtinguendo, ut probabile fecit Huetius, modo eunuchiſmus ejus verus ſit, et non ex fama, aut loco Matt. XIX. de *Eunuchis regni coelorum* male intellecto, et Origeni, propter caſtitatem, regni coelorum promovendi cauſa ſervatam, litteraliter adplicito, natus, vel ex invidia ei, ut poſtea factum eſt, objectus: de quo hic nihil adtinet diſputaſſe. Ipſe utique comment. ad Matth. XIX. eunuchiſmum propter regnum coelorum diſputat non litteraliter, ſed ſpiritualiter, eſſe capiendum, eo etiam ſcopo, ne quis inde anſam arripiat ſe eunuchizandi, uti nonnullos feciſſe tradit. Sed et ipſe fatetur, ſe olim Chriſtum, Dei verbum, ſecundum carnem, et litteram noviſſe,

nunc

nunc non amplius, adeoque se nunc non probare litteralem illum sensum. Nec tamen innuit se propterea castrasse. Annos dein 18. natus partes in privato docendi auditorio, ipsi demandatas, suscepit. Sed in Palaestina, quam metu Caracallae petierat, cum publice, etsi laicus, in Ecclesia, ejus permissu, doceret, Demetrius, Episcopus Alexandr. illud inprobavit, duo vero ejus amici, Alexander Hierosolym., et Theoctistus Caesareens. Episcopi, defenderunt. Eus. H. VI: 19. Quo ipso tempore Romam pervenisse videtur, quam Ecclesiam, propter antiquitatem, ut propius cognosceret, petiisse traditur Eus. VI: 13. ubi vid. Vales. qui illud sub Caracalla esse factum demonstrat. Alexandriam redux, laboribus Catecheticis resumtis, a Mammaea, Alexandri Severi matre, quae, filium ad bellum Persicum comitata, Antiochiae versabatur, evocatus est, ut ad se veniret, et in religione Christiana ab eo confirmaretur. Quod honorem quidem, sed et invidiam, ei conciliavit. Dein in Achajam, ut haereticis obviam iret, testibus Hieronymo ac Ruffino, arcessitus, et per Palaestinam transiens, *Presbyteratus* honore, qui idem fere erat ac *Doctoratus*, publica mactatus autoritate, in Demetrii offensionem incidit, ac reprehensionem, qui crimen *eviratationis* ipsi objecit, et, synodo coacta, eum damnavit, ac munere deposuit: cui decreto totus orbis, excepta Palaestina, Arabia, Phoenicia, et Achaja, consensit: ut tradit Hieronym. Secessit itaque Caesaream, paulo ante mortem Demetrii, Eus. VI: 26. et magno cum adplausu docuit: unde in Arabiam evocatus contra Beryllum, Sabellianum, eum ad saniorem redegit mentem: de quo postea. Tandem sub Decio conjectus est in carcerem, nec tamen ultimo adfectus supplicio: cujus causam Graeci recentiores a lapsu ejus, quo thus adolevisset, temere, silentibus veteribus, repetierunt. Mortem ejus adligat Eus. anno, quo Decius est occisus, sed alibi videtur anno Galli 3*tio* adsignare. Vid. Vales. ad Eus. VII: 1. Superfuisse, Decio mortuo, litterae quoque ab ipso scrip-

tae, testantur, sed de mortis genere, aut martyrio, nihil constat.

§. III. Origenes, ab exantlatis laboribus in docendo et scribendo, *Adamantius* cognominatus, ut putatur, cui aliud epitheton χαλκέντερος, quo ornatus est, non male respondet, licet Eus. H. VI: 14., proprium quoque ejus nomen fuisse, innuere videatur, ab alio, qui paulo post sub Gallieno vixit, probe distinguendus, ut Vales. ad Eus. VI:. 29. et Pearson. Vind. Ignat. p. II. c. 1. jam observarunt, infinitos fere libros, seu tractatus potius, conscripsit, *sex librorum millia* memorat Epiph. haer. 64. Quorum praecipuos digito quasi monstrabo, qui nobis hic usum maxime praebent: quare, ingentis operae et utilitatis alias opus, Tetrapla, Hexapla, Octapla adpellatum, quo textum Hebraeum et Versiones Graecas, tunc existentes, continua serie concinnavit, et secum contulit, praetermitto; Hody de Gr. et antiquis vers., ac Montefalconium, qui Hexapla, quantum potuit, collegit et edidit, citasse contentus. Sunt autem maximam partem Commentarii, vel Homiliae, vel scholia in Script. S., quorum alia Latine tantum prostant, edita a Merlino, dein Erasmo, alia Graece ab Huetio, cum eruditis prolegomenis, quae *Origeniana* dicuntur, quibus vitam, doctrinam, scripta, et fata Origenis fuse enarravit, sed alios quoque scripsit libros, verbo recensendos. Eminent inter illos, et primum merentur locum, libri ejus adversus Celsum, Epicureum, ut vulgo putatur, sed qui in hac disputatione omnes fere adoptavit personas: scripsit hos libros ad religionem Christianam defendendam contra Celsi objectiones, summa cum cura, et judicio, jam sexagenario major, ann. 247. debentque omnium teri manibus. Primus cum notis seorsim edidit Haeschelius, dein G. Spencerus, et multis observationibus ditavit, qui etiam adjunxit Origenis *Philocalia*, sive selecta ex variis ejus scriptis, ad varias Script. S., et doctrinae Christianae, partes illustrandas, collecta a Gregorio Nazianzeno, et Basilio M., unde multa ad opiniones

opiniones Origenis cognoſcendas peti poſſunt. Exſtat praeterea *ejus* liber *περὶ εὐχῆς de precatione*, editus, una cum paraphraſi in *Orationem Dominicam*, Oxoniae, dein a Wetſtenio Baſileae, quo in libro de precum natura, efficacia, et aliis ad eas pertinentibus, fuſius de voce *ἐπιούσιος*, diſſerit. Emiſit quoque Wetſtenius in lucem Origenis *προτρεπτικὸν Sermonem exhortatorium* ad martyrium, ſcriptum tempore perſecutionis Maximini: cui editioni adjunxit ejus Epiſtolam ad Julium Africanum, de *hiſtoria* Suſannae, et dialogum contra Marcionitas de *recta in Deum fide*; quem tamen eum non habere autorem, quod contendit Wetſten., adcurate probavit Huet. in Origen. Scriptus utique eſt libellus ſec. IV*to*, cum inſtaurationis Eccleſiae a Conſtant. M. fiat mentio, ſive a Maximo, ut innuere videtur Euſ. Praep. Euang. l. VII. c. 2. ſive ab aliquo, dicto *Adamantio*, ejus ſec., de quo vid. *admonitio* novae edit. operum Origen. tom. 1. Supereſt quoque libellus, ſub titulo fragmenti *Philoſophumenon*, eſt enim fragmentum majoris operis contra univerſas haereſes: edidit noviſſime Wolfius: ſed dubium non eſt, quin ſpurium ſit, cum in prooemio ſeſe Epiſcopum et cuſtodem Eccleſiae demonſtret autor: ſitne Epiphanius, qui tale opus conſcripſit, quod vult Huet., ſive alius, non liquet. Tandem de libris ejus *περὶ ἀρχῶν de principiis* verbo dicendum reſtat. Explicuit illis in libris Chriſtianae religionis ac Philoſophiae elementa, eoque nomine ſunt utiliſſimi, quod Origenis ſingulares opiniones ex iis hauriri aliquatenus poſſint, quod tutius fieret, ſi Graece extarent, vel verſio Lat. exactior eſſet ac fidelior. Ruffinus enim, qui verſionem adornavit, in praef. teſtatur Ipſe, ſe multa reſecuiſſe, quae Trinitatis Majeſtatem inminuere videbantur, multa etiam inmutaſſe, peſſimo exemplo. Ceterum noviſſima omnium Origenis operum editio 4. vol. in Fol. eſt Monachi S. Mauri, C. de la Rue, Viri eruditi, qui de ejus methodo myſtica et allegorica Script. S. interpretandi utilia multa monuit in Praef. tom. II.

§. IV. Tenere autem solet Origenes methodum Script. S. interpretandae, *triplici* sensu, *Litterali*, *morali*, *et Spirituali*, hocque duplice, *uno* ad Ecclesiam in terra, *altero* ad oeconomiam coelestem, pertinente. *Litteralis* respectu magna cum utilitate consuli potest. Scripturae utique, justa adhibita critici, a vitiis purgandae incubuit, et in litterali, secundum Grammaticae regulas, sensu indagando egregiam navavit operam, viamque praeivit sequentibus Interpretibus, sensus litteralis studiosis, ut Eusebio, Deodoro Tarsensi, Theodoro Mopsuesteno, Chrysostomo, et aliis. De quo egregie exposuit Cl. Ernesti in *opusculis Criticis*, quae nuper ad manus pervenerunt. Quod vero ad hypotheses ejus adtinet, sive Theologicas, sive in specie, et praecipue, Philosophicas, de iis alii, satis noti, abunde disseruerunt, suis locis de iis quoque agam, quantum scopo sufficit. Veteres de Origene dixerunt, teste Cassiodor. divin. Instit. c. 1. *ubi bene, ibi nemo melius, ubi male, nemo pejus.* Adhaesit autem *Ammonii Saccae*, clarissimi hac parte viri, qui Platonis et Aristotelis placita secum conciliare instituit, novamque condidit sectam, Philosophiae, quam cum Christianis dogmatibus conciliare studuit, ita tamen, ut inter *Popularem* et *Philosophicam* Theologiam distinxerit, unde etiam est, quod saepe diversa tradat, et lectores suspensos teneat. Fuerunt autem hypotheses ejus Philosophicae, vel Philosoph.-Theologicae, praecipue sequentes; ut eas digito quasi hic adtingam. 1. Unum esse Deum, ab omni materia remotissimum, duas vero Supremas ejus emanationes, Filium et Spiritum S.: de quo postea. 2. Omnia ex Deo ab aeterno esse orta, et in aeternum duratura, sed per varias systematis mundi revolutiones, quae oriuntur et intereunt. 3. Animas omnes a Deo ante mundum esse creatas, etiam *Christi* animam, cum Filio Dei ante mundum hunc formatum unitam, et dein suo tempore incarnatam etc. 4. Praeditas esse animas libero arbitrio, quo prout bene vel male usae fuerunt, secundum singularum merita,

cum

cum diverfis uniuntur corporibus, magis minufve craffis et incommodis. 5. Ipfa quoque corpora coeleftia ac terreftria omnia cum tali aliqua effe conjuncta anima, a qua reguntur. 6. Animas porro, per Chriftum et Spiritum S., ope liberi arbitrii recte adhibiti, purgatas beatitatem confequi, alias in alia inmitti corpora, donec purgentur. Denique 7. omnes purgatas ad felicitatem tandem admitti. 8. Quibus omnibus addatur, Origenem cenfuiffe, nominibus Dei et Angelorum vim aliquam adeffe ad repellendos daemonas; uti obfervavit Beaufobr. Hift. Manich. t. II. Vid. Origen. contra Celf. l. I. p. 7. et in Jofuam.

§. V. *Julius Africanus*, probe a Gentili ejus nominis, *Cefto* dicto, autore libri κεςῶν de *medicinalibus* et *amatoriis*, diftinguendus, uti obfervavit Valef. ad Euf. H. IV: 31., fcripfit opus Chronologicum ab orbe condito ad ann. aer. V. 221. quod fummae foret utilitatis, fi integrum fupereffet. Tranftulit quidem illud in Chronicon fuum Eufebius, fed et hoc periit, nifi quod ab Hieronymo in linguam Lat. verfum fit, et varie interpolatum. Compofuit tantum ex Africano, et Eufebio, fuam Chronographiam Syncellus fec. VIII. ex qua, ut et Faftis Siculis etc. Scaliger concinnavit Chronicon Graecum, quod exftat in *thefauro temporum* ejus, fed fine diftincta memoratione eorum, quae ex Africano, Eufebio, aut Syncello fumfit, quod adcuratius peregit J. Goar in Syncelli editione. Ceterum fragmenta quaedam J. Africani confervata funt hic illic: uti videre eft apud Cave in hift. Litt. Epiftolae vero ejus ad Ariftidem proftat alicujus pretii fragmentum, de modo genealogias Chrifti Matt. I. Luc. III. conciliandi, apud Euf. H. I: 7. Edidit quoque Wetftenius, cum aliquibus Origenis opufculis, ejus Epiftolam ad Origenem, qua hiftoriam Sufannae effe falfam evincit.

§. VI. *Hyppolitus*, Irenaei difcipulus, et Origenis familiaris, *Portus Romani*, in Arabia, ut Moyne, in Prolegom. ad *Varia* facra, conjecit, Epifcopus, floruit circa ann.

220. multorum scriptorum autor, quorum extat catalogus in dextro latere statuae marmoreae, superiore seculo Romae repertae, haud procul ab aede Laurentii, extra urbis muros, quae canonem ejus paschalem ἑκκαιδεκαετηρίδα, ab Alexandri ann. I*mo* incipientem, exhibet. Quod pretiosum monumentum a variis editum est, novissime a Fabricio, in Hippolyti opusculorum, quae supersunt, editione. Ubi comparet *demonstratio* de Antichristo, et adversus Judaeos, fragmenta operis contra haereses, Apostolica traditio περὶ χαρισμάτων de donis, fragmenta commentariorum et homiliarum in varia Script. S. loca. Addita sunt scripta Hippolyti Thebani, sec. X. scriptoris, cui Basnage, ad Canis. antiq. lect. tom. III. quoque tribuit tractatum de *duodecim* Apostolis, nomen Hippolyti praeferentem. Floruit etiam hoc seculo *Methodius*, Olympi Lyciae, et postea Tyri, Episcopus, secundum Hieronymum martyrio adfectus sub Diocletiano, *veritatis acerrimus defensor* dictus Epiph. haer. 64. Origenis quoque ingens adversarius, sed et postea admirator, teste *dialogo*, quem *xenonem* inscripsit, ut refert Socrat. H. E. l. VI. c. 13. qui multa scripsit, quorum fragmenta habet Photius cod. 234. Sed omnia, quae supersunt, opuscula edidit Combefisius, ubi exstant tractatus de Resurrectione, de creatis, et libero arbitrio, *convivium virginum* etc., quod ultimum fuisse suo tempore interpolatum ab Arianis, tradit Photius, cujus tamen vix ullum nunc exstat vestigium. Vid. de Ipso Leo Allatius in diatriba de Methodiis.

§. VII. *Gregorius Neo-caesariensis*, etiam Theodorus dictus, *Episcoporum nostra aetate celeberrimus* Eus. H. VI: 30. Apostolis et Prophetis accensendus Basil. M. de Spiritu S. c. 29. opera Origenis ad Christianam fidem conversus, et institutus, mirabili modo Episcopus Neo-caesariensis in Ponto factus, et incredibili Gentilium conversione, ac miraculorum, in primis prophetiae, dono, clarus traditur. Cum enim 17 tantum ibi reperisset Christianos, universum populum, urbanum et rusticum, ad fidem adduxit amplectendam, teste

Basilio

Basilio l. c. Innumera ejus celebrantur miracula et prophetiae, quare Thaumaturgus, *mirabilium patrator*, eximie dictus est, et ab ipsis veritatis hostibus *alter Moses.* Interfuit synodo Antiochenae contra Paulum Samosatenum, et brevi post mortuus, a. 265. Qui plura de Ipso desiderat, adeat e Veteribus Gregorium Nyssenum, qui vitam ejus enarravit, et Basilium M. de Spiritu S. c. 29. et Epist. ad Neocaesariens Clericos 204., ubi de singulari vitae ejus instituto quaedam tradit: inter alia, quod *capite inoperto*, secundum 1 Cor. XI., solitus fuit orare, et nunquam *jurare.* Ceterum quae de miraculis narrantur, per omnia vix fidem merentur, nec eorum meminit Eusebius, fuerunt quoque Veteres, in ejusmodi narratiunculis admittendis, nimis faciles. Ex operibus ejus, quae genuina habentur, exstant, *confessio fidei*, *oratio* panegyrica, seu charisteria, ad Origenem, cui pro fideli institutione gratias in ea agit, unde etiam nonnulla ad vitam ejus pertinentia peti possunt, *metaphrasis* ad Ecclesiast. Salomonis, denique Epistola *Canonica*, ad corrigenda delicta, occasione incursationis Gothorum in Pontum, et Asiae provincias, commissa: quae seorsim Gr. et Lat., una cum scholiis Balsamonis, reperitur in *Pandectis Canonum* Beveregii. Omnia vero ejus opera edita sunt a Vossio, et dein Parisiis. Sed *Confessionem*, modo memoratam, Gregorio a Catholicis, forte ipso Gregorio Nysseno, esse adfictam, ut Arianis, qui ad Gregorium provocabant, obviam iretur, haud male disputat Vir Doctus in Biblioth. German. t. XVI. Fuit utique Eusebio ignota, ut et Hieronymo, ac aliis, et ridiculis est vestita circumstantiis de divina ejus origine apud Greg. Nyssen. Vid. etiam Saligius in Eutychianismo ante Eutychen cap. 16.

§. VIII. Inter Latinos tres illustres scriptores nostram in primis merentur adtentionem, Minutius Felix, Cyprianus, et Novatianus: quorum duorum hic, sed postremi postea, in historia Schismatis Novatiani, notitiam tradam. Fuisse *Minutium* Afrum, ex stilo non tantum, sed et ex eo col-

ligitur, quod Frontonem Afrum, tanquam *ſuum*, laudaverit. Romae tamen egiſſe ipſum Cauſidicum, teſtatur Hieron. de ſcript. Eccleſ., et in Ep. ad Magnum oratorem; praeeunte Lactantio, qui Inſtit. l. V. c. 1. eum teſtatur, *non ignobilem inter cauſidicos loci:* niſi quis cum docto viro in Parergis Gotting. legendum velit non *loci*, ſed *Eccleſiae*, et de cauſidicis Eccleſiae capiendum: quod verum non putem. Quando floruerit, minus videtur liquidum. Cum vero laudet Frontonem, ut ſuae aetatis virum, ſi is fuerit idem ac Rhetor, Marci Antonini Philoſophi praeceptor, cujus meminit Capitolinus, ad initium hujus ſeculi, ut multis videtur, referri poterit. De quo quicquid ſit, nomen ſuum reddidit celeberrimum per libellum, qui *Octavius* inſcribitur, in quo ſeſe Chriſtianae religionis ſtrenuum ſimul eloquentem praeſtitit defenſorem, ſaepius, cum variorum notis, editum, primum a Junio et Balduino, dein ſaepe, et illuſtratum ab Urſino, Wowerio, Heraldo, Elmenhorſtio, Ouzelio et Burmanno, uti nemini non notum eſt. Loquuntur autem in dialogo Caecilius Natalis, Gentilis, et Octavius Januarius, Chriſtianus, ille obtrectator, hic defenſor, Chriſtianiſmi, et Judex ſedet ipſe Minutius. Eſt autem quantivis pretii libellus, qui omnium teritur, ut meretur, manibus.

§. IX. *Cyprianus*, cujus vitam ex veteribus deſcripſit diaconus ejus Pontius, annales contexuit adcuratiſſimos Pearſon, ex quibus hiſtoriam ejus egregie compoſuit J. Clericus in Bibl. Univ. t. XII., probe diſtinguendus a Cypriano Antiocheno, quocum a Gregor. Nazianz. orat. 18., ubi ejus meminit, confuſus fuit, ut autor vitae Cypriani, in noviſſ. edit. Baluzii, recte advertit, primum fuit Rhetor Gentilis, dein, per Caecilium Presbyterum converſus, mox Presbyter, et Epiſcopus Carthaginis factus, poſt voluntarium receſſum ſub Decio, dein exilium ſub Valeriano, et anno ſeq. inde retractus, martyrii coronam gladio nactus eſt. Vir fuit pius, continentiae laude poſt converſionem clarus, operibus charitatis, in bonis ſuis pauperibus dandis, et terribili

ribili peste saeviente omnibus ope ferenda, abundans, sed disciplinae Ecclesiasticae non tantum, verum regiminis quoque Episcopalis strenuus, quin nimius, promotor: litibus cum ipso Stephano, Episcopo Romano, de baptismo haereticorum, exercitus, et vexatus: denique multis libris, seu tractatibus et Epistolis, quae eloquentiam spirant, adhuc celeberrimus. Quae opera varie sunt edita, optime omnium Oxon., et novissime cum notis Baluzii Parisiis. Annalium autem ejus, et operum, non abs re fuerit brevem dedisse conspectum. Ann. 246., Praesente et Albino Coss., ad fidem Christianam adductus est per Caecilium, cujus propterea nomen adoptavit, et continentiam professus est, cum uxorem non constet duxisse. Pontii enim verba, ex quibus aliqui id colligunt, de Jobo sunt capienda, ut jam observavit Pagi ad Baron. Scripsit autem, adhuc Catechumenus, ad Donatum de *religionis Christianae* praestantia. Anno seq. 247. tractatum conscripsit de *Idolorum* vanitate, ut conversionem suam defenderet, et sub finem anni factus est Presbyter. Anno autem 248. libros Testimoniorum exaravit, et Episcopus est creatus, adhuc neophytus et novellus, singulari exemplo: dicit enim Ep. 56. ad Cornelium, a. 252. data, *se plebi suae in* Episcopatu jam *quadriennio probatum*. Quo eodem anno de *habitu virginum* scripto disseruit, ut animum, continentiae et disciplinae studiosum, explicaret: Dein a. 249. exaravit *quatuor* primas Epistolas in edit. Oxon. Anno autem 250., in principio Decianae persecutionis, secessit, sese furori *prudentissime*, *ac divina admonitione*, ut autor vitae ejus dicit, subducens. Quo tempore 29. epistolas sequentes in edit. Oxon. scripsit, et nonnullas accepit, simul fundamenta sunt jacta controversiae de *lapsis admittendis*.

§. X. Ann. 251. ad Ecclesiam suam, post pascha, redux, concilium Carthaginiense, frequenter actum et prorogatum, celebravit, in quo Cornelii, Episcopi Romani, electio est adprobata, et Novatiano negata communio: Felicissimo quo-

que, cum quinque presbyteris, nuper ab Ecclesia profugis, excommunicato. Decretum insuper est, Lapsis non esse denegandam quidem admissionem, contra *Novatianum*, nec tamen temere concedendam, contra Felicissimum: quod decretum eodem anno in concilio Romano per Cornelium est confirmatum: epistolae hoc anno scriptae sunt, ante reditum, 41—43. et post eum, 44—53. sub finem quoque liber *de Lapsis*, paulo post Decii mortem, pace jam plenissime reddita Ecclesiis, teste libri initio: denique etiam liber de *unitate Ecclesiae*. Porro ann. 252. alterum sub Cypriano habitum est concilium Carthagin., in quo superius de lapsis decretum mitigatum est. Cum enim antea statutum esset, lapsos debere poenitentiam agere plenam, periculo tantum mortis urgente, pacem, sub ictu mortis, iis esse dandam, nunc, propter novam instantem persecutionem, *veros* resipiscentes visum fuit citius esse recipiendos; uti ep. 57. traditur. Quo anno Fortunatus, unus quinque illorum presbyterorum, qui ab Ecclesia se separaverant, *pseudoepiscopus* a schismaticis fuit creatus, et persecutio Galli incepit: qua occasione librum de *exhortatione martyrii* publicavit, et mox, lue et fame saeviente, eum ad *Demetrianum* sub initio persecutionis, post illum *de oratione Dominica*, et ante eum de *mortalitate*; ut Pontius in ejus vita indicat. Pertinent quoque ad hunc annum Epistolae 54—61. Novum dein concilium a. 253. habitum est Carthag., post pacem a Valeriano restitutam, ut de rebus Eccles., persecutione finita, disponeretur communi consilio, et Epistolae 62—65. missae sunt. Deinde a. 254. Epistolae 66—68. exaratae, et liber de *opere et eleemosyna* lucem vidit: quando a. 255. erupit quaestio de *rebaptizandis haereticis*, et prima Synodus super hac quaestione acta est, damnatusque haereticorum baptismus; epistolae quoque scriptae sunt 69—71. Denique a. 256. librum de *patientia* confecit, cum motus propterea inciperent, aliudque coegit ex Episcopis Africae et Numidiae concilium de ea *controversia*, eodemque

eodemque anno celeberrimum illud, ac ultimum, cujus acta apud Cyprianum exſtant, ſcriptis quoque Epiſtolis 72—75. Quando a. 257. in exilium miſſus eſt Curubin, in Provincia Zeugitana, jurisdictionis Proconſularis, et ſcripſit Epiſt. 76—79. Unde a. 258. retractus gladio martyrium ſubiit, ſcriptis adhuc Epiſt. 80 et 81. Manſit Cyprianus in magno ſemper honore, et natalis ejus menſis celebratus eſt Septembr., feſto in ejus memoriam inſtituto, quod *Cypriana* vocant, duae etiam Eccleſiae ipſi dedicatae ſunt. Procop. rer. Vandal. l. I. et Victor. Cum vero ab eo tempore tempeſtas *typhonica* ingruere ſoleat, hinc apud Carthagin., utique vulgus, obtinuit, ut ea fuerit *Cypriana* vocata. Vid. Caſaub. ad Capitol. in Gordiano.

DOCTRINA.

§. XI. Confeſſio fidei, qualis hoc ſec. obtinuit, recte petitur ex ſymbolis, Canonibus Synodalibus, ac Scriptis Patrum. Symbola, quibus Catechumeni ad ſacra admittebantur, et Catholici ab haereticis diſtinguebantur, dubium non eſt, quin et hoc, uti jam ſuperiore ſec., locum tenuerint. Novatianus quoque de Trinitate c. 1. *regulam veritatis* memoravit, quae credere jubet in Deum *Patrem*, *Filium et Spiritum S.*, quos articulos ibi fuſe exponit et demonſtrat. Synodus Antiochena diſerte teſtatur, apud Euſ. H. VII: 30. Paulum Samoſatenum ἀπὸ τοῦ κανόνος *a regula diſceſſiſſe*. Generalia vero capita fidei recenſet Origen. contra Celſ. l. I. in init.; reperiuntur quoque Symbola, ut adpellantur, quae omnes fere articulos fidei continent, unde clare ſatis de fide Eccleſiae hujus temporis conſtat. Cyprianus in Ep. 69. ad Magnum, articulos de Deo Patre, Filio, Spiritu S., remiſſione peccatorum, vita aeterna, per ſanctam Eccleſiam, exhibet, Vid. et Ep. 70. Gregorii Thaumat. confeſſione, quae fidem Trinitatis contra Samoſatenianos et Sabellianos repraeſentat, miſſa, tanquam dubiae fidei, et

plane Nicaena, qua de re supra exposui, nec non symbolo in Const. Apost. l. VII. c. 41. in quo omnes articuli, licet aliis subinde verbis, excepto de *descensu Christi ad inferos*, et *communione sanctorum*, suo quoque relicto loco, quippe non hujus seculi, adtentionem nostram merentur in primis celebriorum Ecclesiarum Symbola, Hierosolymitanum, Romanum, Aquilejense, Caesareense, et Alexandrinum. *Hierosolymitanum* exstat apud Cyrill. Hierosol. cateches. VI. etc. quod Bullus pro vetere orientali habet, in *judicio Catholico etc.* *Alexandrinum*, quod Arius, orthodoxiam praetendens, obtulit Constantino M. apud Socrat. H. I: 26. et Sozomen. H. II: 27. sitne Alexandrinae Ecclesiae, an Arii, licet non constet, *Caesareensi* tamen plane convenit, quod Euseb. in synodo Nicaena recitavit, quodque a decessoribus suis accepisse, ac in Ecclesia Caesareensi esse receptum, testatur, adeo ut dubio careat. Exstat apud Socrat. H. l. II. c. 8. Occidentalis Ecclesiae symbola nota sunt, *Romanum et Aquilejense*, quorum *illud* ab hodierno, quippe e tribus aliis conflato, diversum, et *vetus*, luci est expositum ab Usserio de symbolis, Graece ac Latine, in quo articuli *descensus ad inferos*, *communionis sanctorum*, *et vitae aeternae* desiderantur; teste Ruffino quoque in *expositione symboli Apostolici*, ad calcem operum Cypriani; *hoc* vero, seu alterum, Aquilejense, illud ipsum est, quod Ruffinus explicuit l. c. in quo illud singulare est, quod *descensum* Christi ad *inferos* habeat: cujus in nullo alio hujus aetatis symbolo exstat vestigium. Reperitur ejus mentio expressa in symbolo Arianorum, apud Athanas. tom. I. p. II. p. 747. edit. nov. ut et apud Socrat. H. II: 37., ubi additur, Christum in inferis disposuisse, quae ibi agenda erant, et inferorum janitores, eum conspicatos, tremuisse; iterum in alia fidei regula ibid. cap. 41., ubi distincte memoratur *sepultura et descensus* ad inferos. Sed et in relatione Thaddaei ad Abgarum, regulum Edessenum, quoque occurrit, apud Euseb. H. I: 13. ubi Christus dicitur a Judaeis multa passus,

crucifixus,

crucifixus, *et ad inferos descendisse.* Denique *Antiochenae* Ecclesiae symbolum aliquod repraesentat Cassianus de Incarnat. l. VI. sed, cujus sit antiquitatis, non liquet. Praeter symbola in censum veniunt 1. Conciliorum decreta et canones, quorum praecipua sunt, quae Carthagini et Antiochiae celebrata sunt, *ibi* de rebaptizandis haereticis, *hic* contra Paulum Samosatenum: de quibus postea. 2. Scriptores, quorum ad manus nostras pervenerunt scripta; de quibus supra disserui: sed quibus addo Dionysium Alexandrinum, cujus Epistolarum ad Episcopum Romanum, et contra Paulum Samosaten., fragmenta aliqua supersunt apud Athanasium: de quo postea.

§. XII. Primum caput, ut praecipua fidei dogmata in lucem proferam, cujus ratio hic est habenda, pertinet ad fidei Christianae *principia*, seu canonicos libros, et traditiones. *Canonis* Script. S. respectu fides Ecclesiae mansit eadem, quae sec. praecedente. Eosdem quidem libros agnoverunt, quos Protestantes, sed inter eos *dubiae* fidei, quorum alii ab his repudiantur, uti Apochryphi V. T. dicti, et nonnulli Ecclesiastici N. T., ex. gr. Epist. Clementis, alii vero, tanquam indubiae fidei, recipiuntur, uti Epist. ad Hebr., et aliae Epist. Catholicae, cum Apocalypsi. Canon itaque nondum fuit plenus, et perfectus. De quo ex Eus., et Origene quoque apud Eus., constat, H. l. III: 25. et VI: 25. Quod idem aliunde patet. 1. Ultimo can. Apostolico inter libros, Clericis et Laicis venerabiles, et sanctos, habendos, comparent tres Maccab., qui tamen in Johannis Antiocheni collectione, ut ibi observavit Bevereg., desiderantur, *extra eos* porro commendantur liber Sirachi, qui ergo ad eum *canonem* Script. non refertur, praeterea duae Epistolae Clementis, sed Apocalypsis Joh. omittitur. 2. Antiqua *stichometria*, a Cotelerio primum edita in *judicio* de Epistola Barnabae in Patr. Apost., dubiae fidei libros, nobis Apocryphos, cum canonicis, sine ulla distinctione, connectit. 3. In Cod. MSS. epistolae Clementis, Alexandria

 Constantinopolin

Constantinopolin per Cyrillum Lucarin translato, et dono postea dato Carolo regi Britanniae, ante 1200. annos, ut putatur, exarato, ex antiquiore codice descripto, catalogus librorum Script. S. reperitur, a Beveregio editus in Vindiciis Canon. Apost. l. II. c. 9. et Grabii Prolegom. ad LXX Interpret., in quo idem plane obtinet. 4. Cyprianus denique nonnullos eorum librorum tanquam *divinam* citat *Script.*, uti 1. Maccab. in ep. ad Cornelium 55. nec non *testimon.* l. III. ubi *sapientia* Salomonis eodem nomine quoque citatur; *Ecclesiasticus* etiam in eadem Ep. ad Cornelium, ubi dicit: *locutus est Dominus per Prophetam, dicens*, quum verba Ecclesiast. sequuntur: sic et de libro Baruchi: *per Jeremiam quoque haec eadem Spiritus S. suggerit, et docet, dicens.* Vid. et de Oratione Dominica. Ex quibus omnibus, ni fallor, elucescit, canonem Script. S. nondum perfecte fuisse absolutum, et a reliquis libris separatum, imo Ecclesiasticos libros ei fuisse adjunctos, ita ut ab aliis fuerint adsumti, ab aliis minoris autoritatis habiti, communiter pro *dubiae* fidei. Constans quidem fuit Veterum sententia, libros eos ad canonem Hebraeum, a Judaeis traditum, non pertinere, sed, cum in Graec. ac Lat. Bibliis comparerent, in Ecclesia Christiana tales, quales dixi, fuerunt habiti. Sic Origenes apud Eus. H. l. VI. c. 25., recensito canone Hebraeo, subjungit ἔξω δὲ τούτων *extra horum censum sunt Maccabaica* h. e. extra canonem Hebraeum, qui tamen libri in Ecclesia Christiana recepti sunt, ut disertis refert verbis Augustin. contra *secundam Gaudentii Epistolam* lib. II. c. 23. *quos non Judaei, sed Ecclesia pro canonicis*, voce latius sumta, *habet, propter quorundam martyrum passiones vehementes, atque mirabiles:* loquitur de libris Maccabaeorum.

§. XIII. De *traditionibus* licet idem quoque, quod antea, senserint communiter, ut ex Origene, et aliis, ipso quoque Cypriano, ut mox patebit, satis constat, Cyprianus tamen, quod omnem meretur animadversionem, eas longe minoris, quam fieri solebat, fecit: quod in lucem proferendum est.

Epist.

Epist. 63. ad Caecilium, loco ad Gal. I. citato, ita pergit: *cum ergo neque ipse Apostolus, neque Angelus de coelo adnunciare possit aliter ac docere, praeterquam quod semel Christus docuit, et Apostoli ejus adnunciarunt: miror satis, unde hoc usurpatum sit, ut, contra euangelicam et Apostolicam disciplinam, quibusdam in locis aqua offeratur in Dominico calice:* rursus, *quorundam consuetudinem sequi non vult Christianos, sed obaudire, et facere, quod Christus fecit, et quod faciendum esse mandavit. Quare, si Christus solus audiendus est, non debemus adtendere, quod alius ante nos faciendum esse putaverit* etc. *neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem*, sic ibid. saepe. Cum vero ibid. *dominicam* adpellat *traditionem*, dubium non est, quin *scriptam* intelligat, quod etiam ex tota serie orationis manifestum est. Praeterea in Ep. ad *Jubajanum* 73. *proinde frustra quidam*, inquit, *qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo major sit veritate, aut non id sit in Spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a Spiritu S. revelatum.* Denique nihil clarius eo, quod Epist. 74. ad Pompejum, mox in principio, reperitur. Cum Stephanus, Episc. Romanus, pro sua sententia de *haereticis rebaptizandis* citasset traditionem, regerit Cyprianus: *unde est ista traditio? utrumne de Dominica et euangelica autoritate, an de Apostolorum mandatis atque Epistolis veniens? ea enim facienda esse, quae scripta sunt, Deus testatur.* etc. occurrunt quoque ibid. haec notabilia verba: *consuetudo sine veritate vetustas erroris est.* Postremo, ne plura ex Cypriano, in re clara, adferam, ep. 75. ubi argumentum, a traditione petitum, refutat, inter alia dicit, *quis tam vanus sit, ut veritati consuetudinem praeferat.* Desino in verbis Leboti a Vaga, in concilio Carthagin. sub Cypriano; *in euangelio Dominus, ego sum, inquit, veritas, non dixit, ego sum consuetudo; itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati.*

§. XIV. Veniamus ad aliud caput fidei Christianae de *Trinitate*, et inquiramus quid de Filio et Spiritu S. crediderint,

rint. De Origene posset hac parte prolixa institui *dispu*tatio, cum Veteres sec. IV et V. hac de re contenderint ipsi, dum alii orthodoxiam ejus defenderint, alii vero, eum Arianis praetulisse facem, arguerint. Quae disquisitio nobis facta est difficilior, quia Graeca et Latina ejus scripta haud parum discrepare videntur. Latina, quae Ruffinum habent Interpretem, sunt varie immutata et castigata, cum ipse Ruffinus fateatur, se ea, quae Trinitati minus erant consona, abstulisse: quare iis minus fidere licet. Graeca autem si consulamus, omnibus locis secum sine praejudicio collatis, sententiam Origenis eandem fuisse, ac Veterum nonnullorum sec. II*do*, haud difficulter patebit, esse nimirum Filium et Spiritum S. ejusdem naturae, quae in Patre est, participes, sed, ut radii solis sunt sole inferiores, ita et Filium esse Patre minorem, eoque sensu Filii essentiam esse a Patre distinctam, ac dependentem. Possem hanc de Origene sententiam pluribus demonstrare, si prolixiori esse liceret, aut Huet. in Origenian. l. II. c. 2. illud non satis fuisset exsecutus. Adeundus itaque Ipse est, sed cum ipso conferendus Bullus in defens. fidei Nic. sect. II. c. 9. et III. c. 3. qui orthodoxiam ejus tueri conatus est. Sed vera est, quam exposui, sententia, uti quoque observavit ac demonstravit Pearson Vind. Ignat. p. I. c. 7.

§. XV. Theophilus eodem fere modo sententiam expressit, quo sec. II. Justinus M. et Tatianus; sed primus est, quantum novi, qui voce τριάδος *Trinitatis* usus est, l. II. §. 23. ad Autolycum, quam inter Lat. adhibuit Tertull. contra Prax. c. 3. per quam intelligit Theophilus *Deum*, *sermonem ejus* et *sapientiam*. Distinguit autem τὸν λόγον *sermonem* in ἐνδιάθετον *insitum*, ac προφόρικον *prolatum*; ita ut *ille* in Dei visceribus sit, *in corde Dei* ab omni aeternitate, *mens et prudentia* ejus, quem *consiliarium* habuit, quatenus ratione et prudentia sua dispofuit omnia; sermo vero *prolatus* sit idem quidem sermo naturalis, quoad essentiam, sed qui antea non nisi in mente Dei habuit existentiam, nunc

vero

vero propriam habet ὕπαρξιν *fubfiftentiam* 1. Sermonem *prolatum* ejufdem effe effentiae, ac *infitum* fermonem, fecundum Theophilum, quod Bullus defenf. fid. Nic. fect. III. contra Petavium jam demonftravit, inde patet *a*. quod eundem fermonem *infitum* Deus dicatur genuiffe, l. c. p. 118. et 172. ed. Wolf. *b*. *Sermo*, qui in Prophetis eft locutus, adpellatur fermo Dei, qui *femper in ipfo inerat* p. 120. *c*. per *generationem* fermonis negat Patrem effe *ratione* privatum, p. 172., ratio itaque Patris *naturalis* eft prolata. 2. Sermonem prolatum habere propriam *fubfiftentiam* ftatuit. Licet enim Filio et Spiritui S. inter proprietates et actiones Dei emanantes locum det l. I. p. 16., alibi tamen diferte indicat, fe ab adtributis diftinguere, et propriam iis adtribuere exiftentiam. *a*. Sermonem prolatum dicit ὑπουργὸν *adminiftrum* Patris in rerum creatione, quod diftinctam arguit fubfiftentiam. *b*. Per productionem fermonis Patrem non effe *ratione* evacuatum declarat p. 172., quod, ut in Tatiano obfervavi, diftinctam indicat exiftentiam. *c*. Cum Pater univerforum non poffit includi loco, nec adparere hominibus, dicit p. 172. fermonem, adfumta Patris perfona, Adamo fe manifeftaffe in Paradifo. Quod ratiocinium, ficut diftinctam evincit exiftentiam, ita et, quod 3. obfervandum, Filium, licet effentiae Patris participem, totam tamen eam perfecte non poffidere, fed Patre effe inferiorem: de quo fupra in Juft. M. jam expofui. Superioritatem Patris etiam arguit, quod *a*. Filium dicat ὑπουργον *adminiftrum* Patris *b*. cum reliquas res *fermo* produxerit, *homo* legatur ab ipfo Deo creatus p. 158., ut excellentiam hominis prae aliis creaturis demonftret. Ceterum de *Spiritu S.* nihil habet peculiare, nifi quod Τριάδος Trinitatis nomine eum comprehendat, et Filium cum *fapientia fua* effe a Patre emiffum, tradat, argumento, eum de fpiritu idem ac de Filio cogitaffe.

§. XVI. Eandem in mentem plane confpirat Hippolytus, cujus fententia ex libro ejus *contra Noetum* clare et tuto

peti potest. Tres esse distinctas hypostases, contra *Noetum*, qui unam tantum admittebat, pro diverso conspectu et operatione, Patrem, Filium, et Spiritum S., demonstrat; sed, quoad absolutam aeternitatem, et perfectam aequalitatem, harum substantiarum, statuit 1. Filium Dei esse ab aeterno ipsam Patris *rationem* essentialem §. 10, 2. eam ante mundum conditum esse *generatam*, eaque ratione accepisse substantialem ὑπαρξιν ibid. *eorum, quae facta sunt*, dicens, *ducem, consiliarium et operarium generabat verbum, lumen ex lumine generans*; plane ut Just. M. mentem exposuit. 3. Filium itaque Dei esse *verum cum Patre Deum*, et ejus essentiae participem. *Hic qui est super omnia Deus*, inquit §. 6., *genitus est, et factus homo, Deus est in secula.* Adpellat mox §. 7. Filium *imaginem Patris, ei similem.* Pater quoque et Filius dicuntur *unus virtute et potentia*, rursus §. 8. *quantum ad virtutem pertinet, unus est Deus*, et §. 11. *cum alium dico, non duos Deos dico, sed tanquam lumen ex lumine, aquam ex fonte, aut radium a sole:* ubi Filius etiam dicitur *solus ex Patre genitus.* Alia mitto, quae Grabius quoque adfert, oper. Hippol. vol. II. p. 53. 5. Esse tamen Filium Patre inferiorem, habere quidem essentiam ex Patre eandem, at distinctam et similem, non diversam, omnino statuit. Sic §. 11. *una enim virtus ex toto, totum vero Pater, ex quo virtus verbum:* quod etiam similitudines, modo memoratae, indicant. Sic §. 6. *omnipotens, a Patre constitutus est Christus:* rursus, *Christus tenet omnium dominatum, ipsius autem dominatum tenet Pater, ut in omnibus unus Deus reperiatur, cui omnia subjecta sunt cum Christo, cui omnia Pater subjecit, praeter se ipsum.* Sic §. 7. unitatem in potentia, virtute, adfectione consensionis, concordiae, constituit: vid. et §. 8. rursus §. 16. *unus est Deus, qui mandat, Pater, qui obedit, Filius, qui docet scientiam, Spiritus S., Pater qui est super omnia, Filius per omnia, Spiritus in omnibus.* Denique 5. *generationem* Filii statuit duplicem, *alteram* secundum spiritum, ante mundum conditum nemini notam, *alteram* secundum carnem

ex

ex virgine §. 16. quam posteriorem quoque rationem esse dicit, *quare Filius* denominatur, quippe tunc τέλειος υἱὸς *perfectus filius factus* §.4. *nec enim verbum*, inquit §. 15., *per se et sine carne perfectus Filius erat* etc., ut itaque *omnis vis* ejus adpellationis exstaret, *unigenitum Patris in carne debere manifestari, et a patre ex virgine generari*, tradit.

§. XVII. Fides Gregorii Neo-Caesareensis, qui Taumaturgus adpellari solet, non tam ex *confessione* ejus, quam ex egregio loco in Orat. ad Origenem p. 53. petenda est, cum sit dubiae fidei, si non falso ei adscripta, ut supra observavi; utique ejus conclusio, quae Trinitatis luculentam habet adsertionem, autorem prodit alium, post synodum Nicaenam, ut cuique peritiori, adtente legenti, sponte sua patebit, licet argumentum, quod vox τριάς pro Trinitate exhibet, non nimis urgerem: rarior quidem adhuc fuit, sed non insolita: primus, ut modo dixi, ea usus videtur Theophilus inter Graecos, sicut Tert. cont. Prax. c. 3. *Trinitatis:* dein apud Origen. ad Matt. p. 401. quoque occurrit, ἡ ἀρχικὴ τριάς, et apud Dionys. Roman. sub Valeriano et Gallieno saepius; ut ex *fragmento* apud Athanas. de *decretis Syn. Nic.* liquet. Sententia vero Gregorii huc fere redit. 1. Filium esse verum Deum, ejusdem divinitatis cum Patre participem a. *Deum nuncupat ex Deo* in Confessione, *et Deum verbum* in Oratione b. eum *in Patre* esse dicit, *et cum ipso* ἀτεχνῶς *naturaliter*, seu simpliciter, et vi, *conjunctum* οὐκ ἀπεξενωμένον αὐτοῦ *ab ipso non alienum*, *unum cum Patre*, *et per quem Pater se ipsum tantum non circumambit;* in orat. Sed 2. Filium statuit *ex Patre* esse, et eo respectu ipso inferiorem *a.* Pater adpellatur in *orat. fons omnium bonorum et universorum Pater:* sicut et in Confess. *qui super omnia est*, *et in omnibus*, Filius vero ὁ διὰ πάντων *per omnia.* *b.* Pater dicitur ὁ ποιησάμενος *qui fecit ipsum secum*, *et per ipsum se* μονονουχὶ *fere circumambire* in orat. panegyr. *c.* Accedit, Arianos ad eum, tanquam suae sententiae addictum, provocasse, ut Basil. epist. ad Neo-Caesar. tradit, qui tamen addit, eos ad Divinitatem traxisse,

quae ipse de *humanitate* dixerat. Evagr. H. E. III: 31. addit, eos scripta Gregorii corrupisse, et nonnulla falso ei inscripsisse. Quae suo loco relicta velim. Illud ipse Basil. l. c. haud obscure indicat, Gregorium subinde nimis fortiter Patris *superioritatem* expressisse. 3. Denique, quod ad *Spiritum S.* adtinet, in Confess. adfirmat, eum *ex Deo*, scilicet Patre, τὴν ὕπαρξιν *subsistentiam* habere, et *per Filium adparere* hominibus: quod prope abest ab opinione Graecorum de spiritu *ex Patre solo*, et non *ex Patre Filioque*.

§. XVIII. Duos Dionysios, alterum Romanum, alterum Alexandrinum, Episcopos, conjungo, ut in Veterum sententia enarranda pergam, quia utriusque fides ex utriusque historia clarius elucescit. Alexandrinus, e gentilibus ortus, ad Christianismum conversus, et Origenis discipulus, primum presbyter, et scholae Catecheticae praefectus, denique Alexandrinus Episcopus a. 247. sedit ad a. 265., Romanus vero sedem ab a. 259 ad 269. tenuit. Petenda autem est utriusque fides ex fragmentis ab Athanasio conservatis, ut et ex historia accusationis Alexandrini apud Romanum. Addit quidem Bullus in defens. fid. Nic. sect. II. c. 11. epistolam Dionysii Alex. contra Paulum Samosaten., rogatu Synodi Antiochenae scriptam: quae in Bibl. Patr. exstat. Sed eam esse spuriam alii jam observarunt, ab Eutychiano scriptam in Diss. contra Artemon. ad Rom. IX: 5. notavi; quod deinceps vidi a le Quin Diss. II. ad J. Damascen. quoque observatum esse, ac demonstratum. Exstant vero Dionysiorum fragmenta apud Athanas. in Epist. de *Synodi Nic. decretis*. Exhibet etiam aliquod fragmentum Alexandrini Basil. M. de *Spiritu S.* cap. ult. Dionysius Romanus sese non tantum Sabellianis opposuit, sed et iis, qui τρεῖς θεοὺς *tres Deos* videbantur aliquo modo statuere, quatenus sanctam unitatem dividebant in *tres* hypostases ξένας, ἀλλήλων παντάπασιν κεχωρισμένας *alienas, et a se invicem omnimodo sejunctas*; simul et eos reprehendit, qui Filium dicunt ποίημα ἕν τι τῶν ὄντως γενομένων *factum, unum quid eorum, quae vere et proprie*

facta

facta sunt, quique, Filii aeternitatem negantes, dicebant, *tempus fuisse, quo Filius non erat:* vindicat quoque dictum Prov. VIII. Dominus ἔκτισε με *condidit me.* Statuit itaque Filium esse *Patri coaeternum*, ut ejus λόγον, σοφίαν καὶ δύναμιν *sermonem, sapientiam, et potentiam*: deinde Filium esse in Patre, et Spiritum S. in utroque, adeoque non esse *tres*, sed *unam* θεότητα *divinitatem.* Nec tamen Patri omnem ademit praerogativam, repudiat enim diserte τρεῖς ἀρχὰς *tria principia*, Patrem τὸν τῶν ὅλων θεὸν *universorum illum Deum* adfirmat, et triada adserit συγκεφαλαιοῦσθαι καὶ συνάγεσθαι *consummari et coalescere* εἰς ἕνα ὥσπερ εἰς κορυφήν τινα *in unum, tanquam in verticem et principium*, τὸν τῶν ὅλων θεὸν παντοκράτορα *Deum universorum omnipotentem, qui est Deus Pater.*

§. XIX. Dionysius vero Alexandrinus in Epist. ad Ammonium et Euphranoam contra Sabellianos, in AEgypto et Pentapoli sese multiplicantes, visus fuit nonnullis, ut sese Sabellianis fortiter opponeret, in aliud delapsus extremum, adeo ut *distinctionem* non tantum personarum, sed et *essentiae* diversitatem, statuere censitus fuerit. Quare apud Dionysium Romanum accusatus, acsi Filium dixisset ποίημα *creaturam*, et Patre posteriorem, prolixam conscripsit apologiam, in qua se luculenter defendit, seseque humanitatis tantum respectu iis vocibus esse usum, ut alium esse mittentem, alium vero missum, probaret, diserte testatur, ut et eandem naturam divinam tribus adscribere personis. Quae omnia ex Athanasio l. c. constant. Cum vero in hac historia primum occurrat vox ὁμοούσιος, quae seq. sec. tot concitavit motus, de ejus antiquitate, et sensu ex mente Dionysii, non abs re fuerit paucis disseruisse.

§. XX. Cum Euseb. Caesareens., qui sese huic voci in initio opposuit in Synodo Nicaena, diserte in Epist. ad Caesar. apud Socrat. H. l. I. c. 8. fateatur, quosdam Veterum *disertos et illustres* Episcopos hac voce de Filii divinitate fuisse usos, dubium non est, quin ejus usus jam ante eam Synodum obtinuerit apud nonnullos. Sufficit enim hanc in

rem Eusebii testimonium; quare ejus autoritate illud *quoque* adseruit Theodoretus H. l. I. c. 13. Sed a quo tempore, et quibus autoribus, in vulgus emanaverit, difficilior est quaestio. Probabile mihi omnino videtur, vocem illam huic seculo suos debere natales inter orthodoxos, cum antea Gnosticis primum, dein Sabellianis, sed alio longe sensu, fuerit in usu. 1. Dionysius Alex. in ep. ad Dionys. Roman. apud Athanas. l. c. et de *synodis Armin. ac Seleuc. se hoc nomen nec invenisse*, scilicet alibi, *nec legisse in sacris litteris*, et propterea non adhibuisse, diserte testatur. 2. Synodus Antiochena, a. 265. habita, hanc vocem repudiavit; ut ex Athan. l. c. Basilio M. ep. 52. ad Canonicas, Hilario de Synodis, Eulogio sec. V. apud Phot. in Bibl. cod. 230. manifestum est, claro indicio, eam non fuisse tunc recepti usus, cum ceteroquin non tantum non rejecisset, sed defendisset potius contra Paulum Samosat., et orthodoxum vindicasset sensum. Ex quo, ut illud obiter observem, inter alia patet, quid de confessione, quae sub Patrum Synodi Antiochenae nomine in Actis syn. Ephesinae p. III. exstat, judicandum sit, cum ibi vox ὁμοούσιος proram fere et puppim faciat. 3. In nulla fidei confessione, licet plures hoc sec., ut ex superioribus liquet, fuerint, vox reperitur. Ne autem ad id obhaerescat quis, quod Dionys. Alex. sese necesse habuerit excusare, quod hanc praetermiserit vocem, probe adverti velim, accusationem originem suam debuisse Sabellianis, contra quos scripserat Dionysius. Qui, ut se ulciscerentur, eum reddere voluerunt suspectum haeresios, quae Divinitatem Christi negat; peperit utique Sabellianorum refutatio hanc accusationem. Videtur autem Sabellianis ea vox usitata, tanquam quae, secundum significationem, quam habuit, hypothesi eorum apte respondebat. Patet enim ex objectionibus, voci in syn. Nicaena factis, receptum ejus fuisse significatum, quo res, quae *partitione, divisione, aut emissione*, seu effluxu, ex alia sunt ortae, denotat. Quam ob rationem Gnosticis maxime in usu fuit,

ubi

ubi de *aeonibus*, seu supremae mentis effluviis, ac emanationibus, loquuntur: ut ex Irenaeo constat: quam eandem de Filio Dei soverunt opinionem, ut suo loco dicam, Sabelliani. Quo etiam respexit Alexander, Ep. Alexandrinus, in Epist. apud Theodoret. H. E. I: 4. ubi, Filii generationem ex Patre, et unionem cum eo, expliciturus, inquit, *non secundum corporum similitudines*, ταῖς τομαῖς ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀπορροίαις *sectionibus*, *aut discretis emissionibus*, *sicut Sabellio et Valentino visum est.* Sabelliani itaque, cum Orthodoxis disputantes, negatam ejusdem essentiae Filii ac Patris communionem, adeoque veram Filii divinitatem, iis inpegerunt, eo, quod hanc vocem respuerent, quae divinitatem eandem emphatice censebatur exprimere. Dionysius se ea non fuisse usum voce fatetur, sed rem ipsam, orthodoxiae convenienter, clare expressisse demonstrat: credere quoque Christum ὁμοούσιον Patri, in eadem Epist. testatur. Qua ratione vox Sabellii tempore, objectionum eorum occasione, videtur vulgatioris coepisse usus esse. Sed, cum Paulus Samosatenus, divinitatis Filii adversarius, Sabellianismum objiceret Orthodoxis, et ex hac ipsa voce, Sabellianis propria, iisque unice congrua, quae tunc inter Orthodoxos increbruerat: Patres Antiocheni, re accuratius pensitata, vocem, tanquam pro sensu, quem tunc habebat, incommodam, respuerunt. Nec obscure ex ipso Athanas. l. c. p. 919. colligitur, Pauli ratiocinium repudiatae vocis causam fuisse, non quidem ea ratione, qua rem intellexit Athanasius, sed qua ex temporum illorum historia exposui. Vocem eam, non recte examinatam et intellectam, fuisse rejectam ab Antiochena Synodo, propter Paulum Samos. ipse tradit Athanas. in fragmento apud Montefalcon. in collat. nov. Patrum p. 20. Illud recte ab Athanas. est observatum, eo facilius vocem a synodo illa fuisse eliminatam, quod tanta non erat tunc necessitas, vocem a Sabelliana interpretatione vindicandi, quanta tempore Arianorum fuit.

§. XXI. 5. Dicta confirmabo verbis Origenis, quibus ob

hanc ipsam rationem negat, Filium dici posse, aut debere *ἐκ τῆς οὐσίας ex Patris essentia exiisse:* quo ipso, Origeni vocem ὁμοούσιον non fuisse usitatam, evincitur. Exstat locus in Comm. ad Joh. p. 306.— ubi nonnullos carpit, qui dictum Domini *exivi a Deo* de generatione aeterna ex Patre exponebant, ea de ratione, quod statuere tum debeant Filium ἐκ τῆς οὐσίας *ex essentia* Patris esse natum, ὡς μειουμένου *tanquam inminuti, et carentis substantia Filii, quam ante habebat.* Ex quo non putaverim colligendum, Filium secundum Origenem, non posse dici *natum ex essentia Patris*, sed tantum, ita ex essentia natum, ut *ex ea exierit* negat, quia Patris substantia tunc fuisset, ut opinabatur *imminuta.* Cum vero ὁμοούσιος ejusmodi effluvium hoc tempore denotaverit apud Sabellianos, illa vox censeri debet Origeni minus probata. Occurrit quidem in excerptis Origenis apud Pamphilum in *apologia* ejus, sed cum versio tantum supersit Ruffini, cujus fidelitas hac parte suspecta est, ut supra in Origene notavi, hinc peti nequit argumentum minus adhuc ex *dialogo contra Marcion.*, ubi etiam exstat vox, quia spurium est opus.

§. XXII. 6. Subjungo denique Veterum testimonia, quibus vocem eam, tempore concilii Nicaeni, fuisse novam testati sunt, non acsi penitus fuisset antea ignota, aut nunquam exstaret apud Orthodoxos, sed quod rarissimus fuerit ejus usus, nec publica recepta autoritate, imo ab Antiochena synodo repudiata, ita ut Nicaeni Patres *novam* introduxisse vocem dici possint. Sic August. in Joh. tract. 97 *adversus inpietatem Arianorum haereticorum novum nomen condiderunt.* Vid. et l. III. contra Maximin. c. 14. Fulgent. Rusp. resp. ad objection. Arianorum, ut et Vigilius Tapsens. in dialogo, quo Athanasium, et Arium, introducit disputantes. Roboris quid addunt gravissimae de hac voce lites in synodo Nicaena, quae, si vulgatioris fuisset antea usus, facilius fuissent sopitae. Quod si quis denique quaerat, quo sensu vocem intellexerit Dionysius, verbo respondeo

deo, eum hac voce simpliciter negasse, Filium esse ξένον τῆς οὐσίας *alienum ab essentia Patris*, ut ex Athanasio manifestum est, contra, tantum adfirmare, eum eandem Patris essentiam participare, ut *fluvium eandem aquam ac fontem, et plantam ac radicem, lumen esse de lumine*: quae similitudines ubique recurrunt. Mentem vero dilucide exposuit apud Athanas. l. c. p. 561., ubi dicit, uti legendum ex nova editione patet: *ita et nos* εἰς τὴν τριάδα τὴν Μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον *in Triadem dilatamus monadam*, unitatem, *indivisam*; *et Triadem* rursus ἀμείωτον εἰς τὴν Μονάδα συγκεφαλαιούμεθα *inmutatam in unitatem consummamus*.

§. XXIII. Eadem ratione mentem declaravit Theognostus, Origenis discipulus, teste Photio, et Athanasio tanquam *vir admirabilis, et disertus*, laudatus: qui a Photio male fuit accusatus, tanquam qui Filium statuerit *creaturam*, ut ex Athanasio, de *Decretis Synod. Nic.* patet, qui eum praeclare defendit, verbis ejus prolatis, quibus diserte dicit, *Filii essentiam non esse extrinsecus inventam, neque* ἐκ μὴ ὄντων *e non entibus introductam, sed ex Patris essentia, tanquam lucis effulgescentiam, aquae vaporem*. Adpellatur etiam mox ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, οὐ μερισμὸν ὑπομείναντος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας *effluvium Patris essentiae sine divisione essentiae Patris*. Quae modo dicta, de Origenis sententia, illustrant. Hic ipse tamen ὁμοούσιον non usurpavit. Alia, quae Arianismo favere videntur, *disputando* tantum produxit, non acsi ipse ita sentiret, secundum Athanasii sententiam. Distinctionem vero Patris et Filii iisdem illustravit similitudinibus. Reliqui quoque Patres in eandem conspirarunt mentem. Sex Episcopi, in Epist. ad Paulum Samosat., stante synodo Antiochena scripta, diserte testantur, Filium esse *sapientiam, et sermonem, et potentiam Dei, ante secula existentem* οὐ προγνώσει ἀλλὰ οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει *non praescientia, sed essentia, et subsistentia Deum, filium Dei*. Exstat in Bibl. Patr. t. II. rursus ibid. *In universa Ecclesia, quae sub coelo est, creditur Deus esse*, ὁ κενώσας ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ εἶναι ἴσα θεῷ *qui se ipsum evacua-*

vit aequalitate Dei etc. De Pierio autem, presbytero Alexandrino, testatur Phot. cod. 119. eum de Filio, sensu orthodoxo, dixisse quidem δύο οὐσίας, καὶ φύσεις δύο *duas essentias et naturas*, sed e textus cohaerentia clarum esse, ipsum ὑποστάσεις *substantias* intellexisse; potius subsistentias, quae suas proprias habent, licet non diversas, naturas: sicut Alexander, Episcopus Alexandrinus, ut suo loco sec. seq. videbimus, mentem expressit. Addit, Spiritum S., secundum ipsum, esse *Patre et Filio*, quoad *gloriam*, inferiorem. Quod, qua ratione intellexerit, cum plura de ipso non habeantur, adfirmari nequit.

§. XXIV. Methodius in *convivio Decem virginum* p. 70. et 79. edit. Combefis. *in Auctario novissimo* etc. *Deum* declarat esse, et *ante secula existere*, ut et p. 101., sed p. 80. esse eum dicit μετὰ τὸν Θεὸν *post Deum*, et p. 101. Patre minorem. Attamen absolutam ejus *aeternitatem* egregie adfirmat p. 112., cum ad Ps. II: 7. declarat, Patrem ibi adfirmare, *Filium Dei* esse ἀορίστως καὶ ἀχρόνως *indefinite et sine tempore*, simul *esse*, *et non factum esse Filium*. Sed ex libro ejus de *Creatis* ibid. p. 344. quid de unitate essentiae, et distinctione *personali*, senserit, luculenter elucescit. Patrem et Filium dicit δύο *duas* esse δυνάμεις ποιητικὰς *potentias effectrices*, unam Patrem, e nihilo solo nutu ἀντιεργοῦσαν *ex se operantem quae velit*; alteram Filium, ad *prioris imitationem jam facta ornantem et disponentem*; quae Ipsi porro adpellatur παντοδύναμος καὶ κραταιὰ χεὶρ τοῦ πατρὸς *omnipotens et valida manus Patris*. Unde recte colligitur, Filium ab ipso statui *potentiam*, a Patre distincte subsistentem, eoque, originis respectu, inferiorem, ac posteriorem, licet omnipotentem. Cui alius locus, p. 345. robur addit, ubi Joh. I: 1. exponens, in *primo* membro per ἀρχὴν *principium* intelligit *Patrem*, in *quo est*, et *ex quo* sermo ἀνεβλάστησεν *progerminavit*: in *secundo* vero membro repetit, *in principio erat sermo apud Deum*, et de *principatu* Dei interpretatur, quem apud Patrem habebat Sermo ante mundum: τὸ ἐξουσιαστικὸν τοῦ λόγου vocat, et per

per ἀρχὴν intelligit ἐξουσίαν *potestatem*: quum subjungit, Filium esse omnium rerum creatarum ἀρχὴν, quatenus per Ipsum omne δημιουργεῖται *ordinatur:* dicitur porro ἡ ἀρχὴ *principium* μετά τὴν ἰδίαν ἄναρχον ἀρχὴν τὸν πατέρα *post proprium principo carens principium Patrem.* Ex dictis quoque elucescit, Methodii doctrinam in omnibus ejus libris, qui exstant, cohaerere, adeoque *convivium* ejus inmerito censeri a Photio interpolatum ab Arianis, utique quale nunc superest.

§. XXV. Supersunt Symbola fidei, ex quibus Ecclesiae fides rectius dijudicatur, quorum supra memini. In Hierosolymitano Pater adpellatur Deus παντοκράτωρ *omnipotens omnium creator*, Filius dicitur ἐκ τοῦ πατρός *ex Patre* (simpliciter et non ἐκ τῆς οὐσιάς *ex essentia* Patris) *natus ante omnia secula*, θεὸς ἀληθινὸς *Deus verus*, *per quem omnia facta sunt*, *spiritus* vero *sanctus* simpliciter vocatur *paracletus*, *qui per prophetas locutus est.* In Symbolo Alexandrino, ab Ario in medium producto, tantum habetur, *Filium ex Patre ante secula natum* esse τὸν λόγον *sermonem;* nulla quoque οὐσιάς *essentiae* facta mentione. In Caesariensi symbolo *Filius* dicitur *Deus ex Deo*, *lumen ex lumine*, *vita ex vita etc. ante omnia secula* ἐκ τοῦ θεοῦ πατρός *ex Deo Patre natus:* de Spiritu S. dicitur *credimus in unum Spiritum S.* Denique in symbolo Romano antiquo simpliciter dicitur *Credo in Deum Patrem Omnipotentem*, *et in Christum Jesum*, *Filium ejus unigenitum*, *Dominum nostrum* etc. *et in spiritu Sancto.* etc. Sic et in symbolo Aquilejensi. Restat symbolum, quod Luciani martyris, in persecutione Diocletianea coronati, nomen praefert apud Athanas. Oper. t. I. p. 892. et Socrat. H. l. II: 10. Protulerunt quidem illud in syn. Nicaena Ariani, sed sub Luciani nomine, ut tradit Sozomen. l. III: 5. Cui etiam videtur vindicandum: de quo vid. Bullus l. c. cap. 13. et Schelstrat. Diss. III. Hoc autem in symbolo Pater quidem *universorum Demiurgus et factor* dicitur, sed et Filius *ante secula natus ex Patre*, (mentione οὐσίας *essentiae* quoque praetermissa) *Deus ex Deo*, *totus ex toto*, *solus ex solo*,

perfectus ex perfecto. Praeterea traditur, Filium esse ἄτρεπτόν τε καί ἀναλλοίωτον τῆς θεότητος, ὀυσίας τε καὶ βουλῆς, καί δυνάμεως καί δόξης τοῦ πατρὸς ἀπαράλλακτον εἰκόνα *invariabilem et inmutabilem, divinitatis, essentiae, et consilii, potentiae et gloriae, Patris perfecte similem imaginem.* Denique subjungitur, nomina Patris, Filii, et Spiritus S. οὐχ ἁπλῶς οὐδ' ἀργῶς *nec simpliciter, nec otiose*, sed ἀκριβῶς *accurate* significare τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τῶν ὀνομαζομένων ὑπόστασιν τε καὶ τάξιν καὶ δόξαν *propriam cujusque nominatorum hypostasin, ordinem, et gloriam.* Unde patet, subordinationem in Trinitate statui, non respectu *naturae*, sed *originis*: additur, esse τῇ μὲν ὑποστάσει τρία, τῇ δὲ συμφωνίᾳ ἓν *subsistentia tria, sed concentu unum*, scilicet concentu naturali, ex ipsa natura fluente, ita ut sit perfectus consensus *naturae, voluntatis, et potentiae*; uti modo erat dictum.

§. XXVI. Inter Latinos praecipui, qui hic in censum veniunt, quorumque doctrina restat exponenda, sunt Cyprianus et Novatianus; sed qui Christum tam saepe Deum adpellant, etiam ex professo ejus veram demonstrant divinitatem, ut in testimoniis citandis operam non necesse sit ponere. Inspici meretur Lib. II*tius* Testimoniorum Cypriani, cap. 5— 10. ubi ex plurimis V. et N. T. locis divinitatem Christi probat, varia quoque loca, quae de summo Deo sine controversia agunt, Christo adplicat. Addo insignem locum ex Epist. 73. ad Jubaïan. de *rebaptizandis haereticis*, ubi Spiritus aeque ac Filii eandem divinitatem ac Patris luculenter exprimit. *Si Templum Dei*, inquit, *factus est*, scilicet ab haereticis baptizatus, *quaero cujus Dei? si Creatoris, non potuit, quia in eum non credidit: si Christi, nec hujus potuit fieri Templum, quia negat Deum Christum, si Spiritus S., cum tres unum sint, quomodo potuit?* etc. Sic de *Unitate Ecclesiae; dicit Dominus, ego et Pater unum sumus, et iterum de Patre, et Filio, et Spiritu S. scriptum est, et hi tres unum sunt.* Denique Nemesianus in concilio Carthagin. sub Cypriano: *quod natum est, de spiritu spiritus est, quia Deus spiritus est, et de Deo natus est*: ubi, ut id obiter obser-

obfervem, *Spiritum* non dicit *de Deo natum*, uti nonnulli acceperunt, fed *eum*, qui Spiritus eft, de Spiritu natus, adfirmat de Deo quoque effe natum, quia Spiritus eft *Deus:* dicit autem non *natum*, fed *natus*, quia modo eum dixerat *Spiritum.* Eodem modo inftituit Novatianus in libr. *de regula fidei*, de quo poft, ubi pluribus cap. divinitatem Chrifti ex V. et N. T. egregie demonftrat, nec tamen *Spiritum S.* aut Deum adpellat, aut ejus divinitatem expreffe ei vindicat; tantum c. 29. *Spiritus S. divinam* memorat *aeternitatem:* quae fingularis eft phrafis, et plus involvit, quam rei creatae competit. Minorem tamen Chrifto effe dicit c. 24.

§ XXVII. Hi ipfi tamen autores Patrem inter et Filium ita diftinxerunt, quoad modum fubfiftendi, ut Pater fit Filio major: quod paucis Cyprianus Ep. cit. ad Jubaïan. et in lib. de Patientia in fin expreffit, dicens *Pater Deus praecepit Filium fuum adorari;* qui de Spiritu. S., tanquam minore Chrifto, Ep. 74. ad Pompejum quoque loquitur: fed pluribus et clarius Novatianus. Sic cap. 23. ex profeffo contra eos difputat, qui Patrem et Filium confundebant, quos *divinitatem* Chrifti feciffe *nimiam* adfirmat, dicitque, eos *ultra modum extendere honores Chrifti*, qui eum *Deum Patrem* putant, et mox, *eos effrenatius et effufius in Chrifto divinitatem confiteri.* Praeterea c. 26. eum adpellat *fecundam perfonam poft Patrem:* quo et dictum Chrifti refert, *Pater me major eft:* rurfus c. 22. Filium, ubi *fe et Patrem nominat*, dicit, *fe a paterna auctoritate decernere, non tantummodo de fono nominis, fed etiam de ordine difpofitae poteftatis: unum*, ibid. quoque dicit, *Patrem et Filium per concordiam, amorem et dilectionem:* fed quae unionis adtributa, tanquam ex ejufdem effentiae unione fluentia, confideranda funt: communionem enim ejufdem effentiae ftatuiffe Novatianum, univerfus ejus liber teftatur, mox etiam fubjungit, *et quoniam ex Patre eft, quicquid ille eft* (fic enim legendum, pro *illud*, vid. et c. 23.) *Filius eft, manente tamen diftinctione* etc. Statuit itaque, Filium originis refpectu effe Patre in-

 ferio-

feriorem, et a Patre ſubſtantiae ratione diſtinctum: quam diſtinctionem fortiter expreſſit, ſed commode exponi debet. Sic c. 31. mentem dilucide expoſuit, Filium ſcilicet originis reſpectu eſſe Patre *poſteriorem et inferiorem; cum ex Patre*, *quia voluit*, ſcilicet naturaliter, *natus ſit*, *nam ſemper fuit.* Duos ergo Deos *innatos* negat, et eo ſenſu *aequales*, duoque *principia* abſoluta. Unde, *unum* manere Deum, concludit, quatenus *a ſolo Deo Patre vis divinitatis emiſſa*, *etiam in Filium tradita*, *et directa per ſubſtantiae*, ſeu eſſentiae, *communionem*, *rurſus ad Patrem revolvitur.* Sic enim locus, in quo ordo verborum erat turbatus, legendus eſt, ſi voces illae, *per ſubſtantiae communionem*, ſint ſervandae. Subjunxit denique, *Patrem eſſe omnium Deum et principium*, *quoque ipſius Filii ſui*, *quem Dominum genuit; Filium autem caeterorum omnium Deum.*

§. XXVIII. De *ſatiſſactione*, *et gratia juſtificante*, altero Chriſtianiſmi dogmate magni momenti, quid ſenſerunt hoc ſec., vix diſtincte et accurate definiri poteſt, cum generalioribus uti ſoleant phraſibus, uti antea: adeo ut, hujus doctrinae reſpectu, res in eodem manſerit ſtatu. Praeter Origenem et Cyprianum vix aliquem laudare poſſum, qui mentem ſuam explicuit. De Origenis ſententia quidem diſputatur, cum ſibi minus videatur conſtare, ſed non deſunt loca, quae Chriſti ſatiſſactioni teſtimonium praebent. Ill. Grotius in adpendice libri de hac materia nonnulla jam citavit, ibi legenda, ſed addo longe luculentius e lib. V. in Ep. ad Roman. fin. his verbis: *tantam eſſe vim crucis Chriſti*, *et mortis hujus*, *quam in ſeculorum fine ſuſcepit*, inquit, *adſerimus*, *ut ad ſanitatem et remedium non tantum praeſentis et futuri*, *ſed etiam praeteritorum ſeculorum*, *et non ſolum humano huic noſtro ordini*, *ſed etiam coeleſtibus virtutibus*, *ordinibuſque ſufficiat* etc. Qui locus et eo nomine eſt animadverſione digniſſimus, quod veram ejus opinionem de crucifixione Chriſti, in ſalutem Angelorum, et aſtrorum animatorum, in aeternum repetenda, luci exponat. Sunt, qui, Chriſtum

poſt

torum flamma sopitur: et quia semel in baptismo remissa peccatorum datur, adsidua et jugis operatio, baptismi instar imitata, Dei rursus indulgentiam largitur. Sed ex hoc loco nihil colligi potest, quod sententiae propositae in speciem videtur favere, ac quod inter peccata ante et post baptismum fiat distinctio, quorum haec eleemosynis aliisque operibus ablui dicuntur. Interea hic 1. nihil de *culpae* et *poenae* discrimine, nihil de poenarum tantum temporalium satisfactione, occurrit, contra ablui dicuntur et condonari ipsa *peccata*, et non tantum poenae temporales; deinde peccata per eleemosynas ita deleri adfirmat, ut antea per sanguinem Christi, adeoque omnem reatum: quod totus textus diserte docet. 2. Praeterea nihil hic de merito condigni reperitur, acsi poenitentiae opera delerent poenas ex rigore justitiae, et Deo secundum jus et justitiam satisfacerent. Pietati, e contra, divinae, indulgentiae, et misericordiae illud tribuitur, quod peccata per opera charitatis expungantur. Distat itaque haud parum Cyprianus a Catholico-Romanorum hodierna doctrina, scilicet populari.

§. XXXI. Illud quoque ipsum, quod doctrinae eorum favere videtur, praeter speciem nihil habet. 1. Ex *abluendi* verbo nihil aliud erui potest, ac peccata non nisi ad poenitentiae opera remitti, nec, quod poenitentia vel eleemosyna ejus causa sit quasi meritoria, sed conditionalis tantum: ut ex toto elucescit libro. Veteres autem eo intellexisse sensu voces *satisfactionis*, *redemtionis*, ac verba *mereri*, delere, aboleri, ablui, compensari etc. clare satis demonstravit Dallaeus de *poenis et satisfactionibus* l. VII: 2. Quid itaque sibi vult Cyprianus, ubi peccata *ante et post* primam resipiscentiam ita distinguit, ut *illa* Christi sanguine et sanctificatione, *haec* eleemosynis, aliisque charitatis operibus, ablui dicit? Expedire illud non potuit Dallaeus l. c. et Cyprianum perstringit, quia mentem ejus non recte percepit. Ea enim non est, peccata, ante baptismum commissa, sola Christi morte expiari, reliqua nostris operibus;

quae restrictio non tantum nusquam apud Cyprianum occurrit, sed potius ejus contrarium, ut ex locis citatis liquet: nec illud hic dicit, sed redemtionis Christi adplicationem diversimode fieri docet, scilicet ad peccata antecedentia per fidem tantum et *baptismum*, ad reliqua, post baptismum commissa, per opera poenitentiae, eleemosynam puta, jejunia, aliaque poenitentiae signa. Cum itaque adserit, *peccata, ante contracta*, Christi *sanguine* et *sanctificatione purgari*, non intelligit *meritum* Christi in genere, sed per *baptismum* adplicari solitum, imo ipsum *baptismum*, quo *aqua*, h. e. Christi *sanguine*, sanctificantur credentes. Conf. etiam quae ep. 52. ad Antonianum habentur p. 72. Dallaeus, haec verba citans, semper pro *sanctificatione* habet *satisfactione*; inprudenti errore, cum nulla sit varians lectio; unde est quod in verum loci sensum penetrare non potuerit. *Baptismum* vero intelligi, ex iis quoque patet, quae mox subjungit, *quia sicut lavacro aquae salutaris gehennae ignis exstinguitur, ita* etc. Ex quo certum mihi videtur, locum de *adplicatione* meriti Christi capiendum esse, cum *baptismus* nullo alio sensu peccata dici queat *abluere*, vel ipsis Catholico Romanis confitentibus. Illud itaque in Cypriano, et aliis Patribus, culpandum est, quod, sicut *baptismo* nimiam virtutem, ita et eleemosynis, aliisque charitatis operibus, nimium adtribuerint. Quod de baptismo ex sequente tractatione clarum fiet, de charitatis vero operibus ex hoc ipso Cypriani libro elucescit. Videntur Veteres illis operibus illud tribuisse, ut ad Dei clementiam excitandam aliquid contulerint, et momenti quid addiderint, non ex merito de condigno, aut rigore justitiae, sed ex sola Dei benignitate, qua illis operibus aliquid tribui voluit. Quae genuina eorum fuit opinio. De quo postea suo loco, ubi de *Disciplina Ecclesiast.*

§. XXXII. Eodem modo alia quoque explicanda sunt loca, quibus Deo *satisfieri* dicitur per poenitentiae et charitatis opera, uti a Dallaeo satis est evictum. Proferam unum alte-

alterumve tantum locum, quo *martyrio et Martyribus* praerogativa expungendi peccata conceditur. Cyprian. ep. 8. ad *Martyr. et Confess.* dicit, *sanguine martyrum sopiri flammas, et ignes, gehennae, glorioso cruore:* et mox; *pretiosa haec mors est, quae emit inmortalitatem pretio sui sanguinis, quae accepit coronam de consummatione virtutis.* Ex quibus, si vel ea premantur, nihil aliud colligitur, quam, sicut inter *pretium et mercem*, ita inter pietatis et charitatis demonstrationem ac praemium, *proportionem* observari, ita ut, qui multum laboravit, majore coronetur praemio: quo clare tendit, quod, eos *coronam accipere* dicit *de consummatione virtutis.* Ad vivum itaque non sunt resecandae phrases, cum stilus sit hyperbolicus, et Christi meritis alias, contra Veterum mentem, aperte contradiceretur: addit utique Cyprianus, *Christum, qui pro nobis mortem semel vicit, semper vincere in nobis.* Nec insolita est isto sensu *pretii* notio, cum ipsa catechumeni poenitentia ejusmodi adpellatur *pretium* a Tertull., et *charitas* ab aliis, uti notum est: eo autem nomine venit, quia a nobis aliquid praestandum est, antequam consequamur praemium, non quia *aequale* est, et meritum ex condigno. Interea negari nequit, Veteres hic modum non tenuisse, nimium quoque operibus charitatis, in specie *martyrio*, adscripsisse, ansamque praebuisse opinionis de *meritis*, proprie dictis, quae postea invaluit.

§. XXXIII. Utique eos de Martyrum meritis jam nimis magnifice locutos esse, et opinatos, aliunde quoque patet. 1. Martyrium cum baptismo conpararunt, quin praetulerunt: supplere dixerunt baptismi vicem, vel, si quis jam baptizatus sit, ejus baptismum consummare, et veniam peccatorum, post admissorum, conferre; sed eo, quo modo dixi, sensu. Tertull. de bapt. c. 16. *hic est baptismus, qui lavacrum et non acceptum repraesentat, et perditum reddit.* Vid. et de martyrii baptismo praeferendo lavacro aquae, et eo efficaciore, Origen. Hom. VII. in *librum Judicum*; ut et de modis remissionis peccatorum per baptismum, martyrium,

eleemosynam, caritatem, poenitentiae dolores, hom. *II.* ad Levit. Addatur Cyprian. de exhortat. martyrii. 2. Martyrum quasi merita crediderunt jam et ad alios redundare, ita ut Deus Martyrum intercessionibus plus tribuat, quam aliorum sanctorum. Origen. *in exhort. martyr.* §. 30. propria peccata non tantum censuit expiari per martyrium, uti per baptismum, sed et fructum pervenire ad alios in remissionem peccatorum, sicut olim sacrificia, a sacerdotibus oblata. Quae viam ad merita sanctorum pro aliis straverunt. Vid. et §. 50. et hom. X. ad Numer: sic et Cyprian. de *Lapsis*, *credimus*, inquit, *quidem posse apud Judicem plurimum martyrum merita, et opera justorum: sed cum judicii dies venerit* etc., negat tamen, usque ad *veniam peccatis concedendam extendi.* Tertullianus de *Pudicitia* c. 22. martyrii hanc praerogativam diserte rejecit et refutavit, *sufficiat*, inter alia inquit, *martyri propria delicta purgasse. Ingrati et superbi est, in alios quoque spargere, quod pro magno fuerit consecutus. Quis alienam mortem sua solvit, nisi solus Dei Filius?* etc. Ceterum legi hac de materia meretur Dodwell. Diss. Cyprian. XIII*tia*

§. XXXIV. Quamvis quae in medium adtuli obscurare aliquatenus videantur satisfactionem Christi, et gratiam justificantem, observari tamen velim, eosdem Veteres Christi merita, et gratiam Dei, in remittendis peccatis, ac vita aeterna danda, multis modis commendasse, et ursisse. 1. Quo egregia Cypriani effata clare tendunt, quorum aliqua proferam. Ep. 27. ad Lapf. *laudat eos, qui in Ecclesia semper gloriose et granditer operati sunt, et opus suum nunquam Domino inputarunt, scientes, illum dixisse, et, cum haec omnia feceritis, dicite, servi supervacui sumus.* Ep. 77. ad *Nemesian.*, *et ceteros in metallo constitutos*, dicitur, *Deus retributione bonitatis ac pietatis paternae remunerans in nobis, quicquid ipse praestitit, et honorans, quod ipse perfecit;* addit mox, *martyres accepturos majorem passionibus omnibus et conflictationibus claritatem;* quo refert Apost. locum Rom. VIII. Ep. 63.

ad

ad Caecilium profitetur, *fide nos justificari ad exemplum Abrahae*. Ex quibus sponte sua elucescit, quo sensu dixerit, de Orat. Domin., *Deum in die judicii praemium pro operibus et eleemosynis redditurum* etc. scilicet, ut *proportionem*, non aequalitatem et merita, proprie dicta, indicaret. 2. Loca ante citata clare evincunt, Christum peccata expiasse, et *inmortalitatem* acquisivisse, quod cum meritis nostris conciliari nequit, si vox vera sua emphasi intelligatur. 3. Testim. l. III. c. 100. e claris Script. S. locis demonstrat, *gratiam Dei gratuitam esse debere*; sicut c. 4. dixerat, *in nullo gloriandum, quando nostrum nihil est*. et c. 51. *neminem in opere suo extolli debere*. Unde explicandum est, quod *de Orat. Domin.* dicit, *cito orationes ad Deum adscendunt, quas ad Deum merita nostri operis inponunt*. Vult enim tantum *opera* cum precibus conjuncta, non acsi propria virtute sua, sine gratia, mereantur exauditionem, sed quatenus sine illis preces sint steriles, nec audiantur a Deo: sicut ex anteced. et conseq. elucet, nec non ex usu vocis *meriti* apud Veteres confirmatur: *mereri* enim ipsis est consequi, et id omne habere, quod ad petitionem inpetrandam est necessarium.

§. XXXV. 4. Denique et illud demonstrat, Veteres nullas, proprie dictas, expiationes peccatorum, et satisfactiones, statuisse, quod hujus vitae mala pro poenis, proprie dictis, non habuerint, et post hanc vitam nullas *purgatorii* admiserint. De quo cum Dallaeus fusius egerit, uno alterove contentus ero testimonio. Minutius Felix in Octavio: *quod corporis humana vitia sentimus et patimur, non esse poena, militia est*; mox, *Deum in adversis unumquemque explorare, et examinare ingenium singulorum periculis pensitando. Itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus, arguimur.* Mortem temporalem non esse *poenam*, sed *remedium*, quo peccatum penitus exstirpatur, disputat Methodius contra Origen. apud Epiphan. haeres. 64. Vid. Method. in *convivio virginum* Orat. IX., et de *Resurrectione*. Denique Cyprian. de

de *mortalitate* mortem ubique repraesentat, tanquam quae piis et credentibus pacem adfert et refrigerium, peccatoribus vero poenam, ne minima *purgatorii* facta mentione, quin ei contradicens, cum duos tantum agnoscat status, *ad refrigerium*, inquit, *justi vocantur*, *ad judicium rapiuntur injusti*, *datur velocius tutela fidelibus*, *perfidis poena*. Negat quoque in Ep. 52. ad Antonianum diserte, *exomologesin et confessionem fieri apud inferos:* ex quo, poenitentes esse ante mortem adsumendos, colligit.

§. XXXVI. Exstat tamen singularis in eadem Ep. ad Antonianum locus, qui, si *purgatorio* proprie sic adpellato, uti postea introductum est, non faveat, simile aliquid statuere videtur. De quo mentem distinctius explicabo. In eo ibi est Cyprianus, ut, gravibus peccatoribus, *adulteris*, ex. gr. et *lapsis* ad idololatriam, poenitentibus, et, ut loqui solebant, satisfacientibus, non esse veniam ab Ecclesia denegandam, demonstret. Cui rei cum obstare videatur, quod, venia ejusmodi concessa peccatoribus, licentia peccandi augeretur, Cyprianus illud consequens negat, et ex ingente discrimine, quod inter eos, ac virgines et martyres, superest, confirmat, his usus verbis: *aliud est ad veniam stare*, *aliud ad gloriam pervenire*, *aliud*, *missum in carcerem*, *non exire inde*, *donec solvat novissimum quadrantem*; *aliud*, *statim fidei et virtutis accipere mercedem*, *aliud*, *pro peccatis longo dolore cruciatuum emundari*, *et purgari diu igne*, *aliud*, *peccata omnia passione purgasse*; *aliud denique diu pendere in diem judicii ad sententiam Domini*, *aliud statim a Domino coronari*. Purgatorium, eo nomine apud Latinos insigniri solitum, quod ante fin. sec. VIti apud eos ignotum fuit, hic non intendi, ex eo, quod diu post demum in lucem prodierit, non tantum, sed et aliunde, mihi videtur manifestum, cum quod confessioni, seu poenitentiae, in ipsa hac ep. neget esse locum, tum de lapsis jam poenitentibus ab Ecclesia admittendis loquatur, qui remissionem, Ecclesiae reconciliati, itaque jam consecuti erant, nec poenas denuo necesse habebant luere.

Dallaeus,

Dallaeus, poſt alios, de *poen. et ſatiſfact.* l. IV. c. 10. agi contendit de poenitentiae doloribus et cruciatibus, quos peccatores, antequam ad communionem Eccleſiae admitti poterant, ſubire debebant; a quibus martyres et virgines ſunt inmunes. Cui opinioni favet quidem ſcopus et nexus, etiam phraſis, *ſtare ad veniam*, ſed obſtat a. aliarum phraſium inſolentia de poenitentiae ſtatu *b.* inprimis vocula *ſtatim* de virginum et martyrum coronatione, quae poenitentibus id non contingere innuit, quo ad ſtatum poſt mortem ducimur. Quo et illud *c.* facit, quod *pendere ad diem judicii*, ſtatui poſt mortem unice conveniat.

§. XXXVII. Aliorum fert opinio, de cruciatibus caſtigatoriis et purgatoriis poſt mortem quidem agi, ſed digitum ad ignem ultimi judicii, quem tranſire debent peccatores, ſecundum Veterum nonnullorum ſententiam, intendi. Invaluiſſe illam opinionem inter Veteres non nego; de quo vid. Potterus ad Clem. Alex. Strom. VI. Spencer. ad Origen. contra Celſ., et Huet. in Origen. Quid? quod, ut putatur, Tertull. de Anima c. 35, et 58. eo referat dictum Chriſti Matt. V. de *ultimo quadrante.* Quod mihi ſecus videtur, cum de peccatoribus, et non de fidelibus, agat, qui in anima puniuntur, ante reſurrectionem, ob ea peccata, quae ſociata carne, ut loquitur, ſunt commiſſa; ſed obſtat 1. quod nihil ſimile reperiatur apud Cyprian. 2. imo diſerte neget, *confeſſionem* locum habere apud Inferos 3. locum Matt. V. de fidelibus in hac vita caſtigandis interpretetur Tert. III. c. 57. Denique 4. lapſi poenitentes, Eccleſiae reconciliati, de quibus ſolis agit, tale quid prae reliquis fidelibus, non lapſis, pati neceſſe non habeant. Videtur itaque mihi, ut mentem paucis explicem, Cyprianus duo extrema oratorio exaggerare ſtilo, ſtatum ſcilicet *miſerum* poenitentium, antequam recipiantur ab Eccleſia, et *dubium* adhuc poſt eam admiſſionem, et ab altera parte glorioſam virginum et martyrum conditionem, qua ab omnibus illis poenitentiae cruciatibus non tantum liberi ſunt, ſed et

prae aliis multas habent praerogativas, dum mox ad gloriam admittebantur, et a peccatis per martyrium liberabantur. Poenitentes ad *veniam* stabant, eam ab Ecclesia inplorantes, sed *hi* sine illa gloriam consequebantur: *illi* gravissimis saepe malis castigatoriis in hac vita adfligebantur, quo dictum Christi Matt. V. retulit, ut modo notavi, Cyprianus, sed hi ab illis non tantum liberi erant, verum etiam post mortem mox fidei mercede fruebantur: *illi* diuturnum *poenitentiae* dolorem pati debebant, sed *hi* sola morte omnia expiaverant: *dolore* cruciatuum emundari, et *igne* purgari, ad dolores poenitentiae spectare, recte a Dallaeo et aliis probatum est. Denique *illi* de judicio divino futuro incerti erant, hi contra mox coronati. Etsi enim ad Ecclesiae communionem essent admissi *poenitentes*, judicium Ecclesiae semper non erat ratum apud Dominum, sed ultimo illo die *emendabatur* subinde, ut Cyprian. ibid., qui, ipsas martyrum intercessiones ipsis ultimo die usui futuras, diserte tradit, in lib. de *Lapsis*.

§. XXXVIII. Gratiam *sanctificantem*, de qua differendum ex mente Veterum restat, probe quidem agnoverunt, eique bona opera adscripserunt, tanquam causae supremae efficienti, ut, testimoniis ex Cypriano prolatis, abunde demonstravit Vossius hist. Pelag. l. III. p. I. nonnulla etiam modo produxi; quibus addo Gregor. Neo-Caesar. in Orat. ad Origen. p. 68. qui ipsis verbis declarat, *Deum homini inspirare virtutem, cum sit ineptus et indignus*, etsi *amare possit* virtutem. Admittit quoque Origenes in hominis conversione gratiam internam auxiliarem, sed salva libertate, contra Cels. l. VI. p. 276. requirit in homine, si suasoria gratia effectu non sit cartura, ut se suadenti morigerum praebeat ibid. p. 315. Sic et l. VII. p. 355. adserit, Christum inter homines versantem adtraxisse sua vi divina, *quotquot invenerit sese ad bene vivendum inclinantes*. Urget quoque liberum arbitrium causam boni in comm. ad Matth. p. 214. sed opposite ad τὴν φύσιν *naturam*. Quo sensu etiam negat, hominem

minem *naſci ad interitum aut ſalutem*, ita ut alii *natura mali*, alii *natura boni*, ſint, contra Celſ. l. V. p. 271. Derivat etiam praedeſtinationem ex *praeſcientia Dei* ibid. l. VII. p. 362. ſed fuſius et perſpicue mentem de gratia et libero arbitrio expoſuit in *Philocal.* cap. XXI. quod totum legendum eſt. Cujus diſputationis concluſio his notabilibus verbis comprehenſa eſt in fine cap. *neque libertas noſtra ſine ſcientia Dei, neque ſcientia Dei nos proficere cogit, niſi ad bonum ipſi aliquid conferamus, cum neque libertas noſtra ſine ſcientia Dei, et abuſu dignitatis arbitrii noſtri, faciat, ut aliquis in honorem vel in ignominiam ſit; nec ſola Dei voluntas in honorem, vel ignominiam, quenquam faciat, niſi materiem quandam differentiae habeat noſtram voluntatem, quae in deteriora vel meliora propendeat.*

§. XXXIX. Ceterum de *gratia regenerante*, et viribus liberi arbitrii, *Pelagianis nondum litigantibus*, *ſecurius loquebantur*, ſecundum Auguſt. contra Julian. l. I: 2. Illud certum eſt, eos, cum Gnoſticis, et deinde Manichaeis, qui libertatem hominis cum naturali neceſſitate viſi fuerunt commutaſſe, liberum arbitrium fortiter ubique urſiſſe: ſed et illud notari velim, Veteres per *fidem*, quam in hominis poteſtate eſſe dixerunt, non tam vivificantem, quam theoreticum adſenſum, et deſiderium intellexiſſe: cum *regenerationem*, et deſiderii, ac propoſiti, exſecutionem, a baptiſmi virtute derivarint. Quo ſenſu videtur capitulum Cypriani 52. Teſtim. l. III. capiendum, quod habet, *credendi vel non credendi libertatem in arbitrio eſſe poſitam.* Denique ad doctrinam euangelicam de gratia *juſtificante et ſanctificante* obſcurandam, haud parum tribuerunt opiniones Veterum dominantes de *externis* Eccleſiae *ritibus*, cum ea gratia connexis, ita ut communio cum vera Eccleſia, ejuſque ſacris, remiſſionem peccatorum, et Spiritus S. gratiam, adferat. Veterum hypotheſes, in ſpecie Cypriani, de Eccleſiae forma et eſſentia, in *externa unione* ſita, ejuſque unionis neceſſitate ad ſalutem, in libris Diſſ. S. jam in lucem pro-

duxi, fed, quod ibi intactum reliqui, de *gratia* Dei cum illa cohaerente, five de bonis fpiritualibus, per externa Ecclefiae facra, feu facramenta, conferri folitis in credentes, differam in feq., ubi de facramentorum vera natura, confpectu, et efficacia, ex Veterum fententia, erit, pro more, agendum, in capite de *Cultu* religiofo; qui fecundam partem effentialem Ecclefiae conftituit, cujus tractationem adgredior, eodem, ut antea, obfervato ordine, quo de objecto, partibus, et circumftantiis cultus agitur.

CULTUS

§. XL. *Objecti* cultus refpectu, res eodem adhuc *in ftatu* manfit. In folius Dei adoratione et invocatione et verbis et factis continuarunt quidem Chriftiani, fed et in fanctis et martyribus nimio profequendis honore, et crucis figno nimium tribuendo, adeo ut ad fuperftitiofum cultum, qui poftea in Ecclefiam irrepfit, viam magis magifque ftraverint. Teftati funt et hoc feculo, uti fuperiore, uno ore, *fe folum Deum*, nihilque praeter ipfum, colere et adorare, Cyprian. ep. 56. ad Thiburitan. inpenfe dictum Danielis laudat, *nihil colo ego, nifi Dominum Deum meum, qui condidit coelum et terram.* Pluribus quoque Script. S. teftimoniis demonftrat, in *exhortat. martyrii*, Deum folum effe adorandum, fic et ad Demetrian. dicit, *Deum unum effe omnibus, et unum colendum ab omnibus, et rogandum.* Dionyf. Alex. apud Euf. H. VII: 11. narrat, fe, ab AEmiliano perfecutore rogatum, profeffum effe, *fe illum, qui folus eft Deus, neque ullum alium, praeter hunc, adorare*, addit, *proprium id effe Chriftianis:* quod ibid. faepe repetit. Exftant fimilia martyrum teftimonia plura in act. fincer. mart. Ruinarti; ex. gr. in actis Fructuofi et Augurii, ille dixit, *ego Deum unum colo, qui fecit coelum et terram;* hic, feu Augurius, diaconus, *ego Deum omnipotentem colo.* Eulogius vero diaconus rogatus, *num quid et ne Fructuofum coleret?* refpondit, ego

ego Fructuosum non colo, sed ipsum colo, quem et Fructuosus. Admiserunt adhuc eadem ratiocinia, ad sec. II. producta, quibus eadem thesis confirmatur. Sed res est testatissima, nec ei necesse est inmorari.

§. XLI. Martyres quidem, ut ad magis singularia veniam, religiose non sunt culti, attamen nimio adfecti honore, qui deinceps superstitiosum cultum peperit religiosum. Cujus duo proferam specimina, hoc seculo maxime orta. *Prius* est, quod eorum intercessionibus nimium tribuerint, cum, quod indulgentias eos in Ecclesia dare posse crediderint, tum, quod pro aliis, sua intercessione, multum apud ipsum Deum valere, censiti fuerint. *Indulgentiam* quidem suis meritis et satisfactionibus, aliis adplicitis, non dispensarunt, uti postea, superstitione crescente, factum est, sed, *intercessionibus* et *commendationibus* apud Episcopum et plebem, id facere coeperunt: uti sequentia evincunt. 1. Cyprianus nimiae huicce confessorum licentiae, in lapsis commendandis, manifeste contradicit, tanquam jam ingruenti, ep. 22. ad *clerum Romae consistentem*: quod utique non fecisset, si eorum merita fuissent lapsis inputata. 2. In specie reprehendit, quod *mandent nomine suo pacem dari, ac peccata remitti;* cum id *in nomine Patris, Filii et Spiritus S. tantum fieri possit.* Accedit 3. adpellari tantum martyrum *petitiones, desideria*, quibus veniam lapsis dari petebant, vel inperabant: uti est ep. 10. ad *matyr.* et *confess.* Attamen hisce intercessionibus nimium fuisse datum, sequentia facile demonstrant. 1. Petitiones et intercessiones eorum consideratae fuerunt, tanquam ab *amicis Domini, et cum illo judicaturis*, profectae, ep. 10., adeoque quae lapsis quasi veniam inpetrabant, ac peccata remittebant, ep. 20. Celerini ad Lucianum: ubi et haec occurrunt verba, *sed quatenus per vestras sanctas orationes et petitiones, in quas nos fidimus, quoniam estis amici Dei, sed et testes Christi, quod omnia indulgeatis.* 2. Eousque porro jam creverat eorum autoritas, *ut in nomine suo peccata* remittant, *et Episcopis* mandent, ut lapsos recipiant,

ant, nulla licet poenitentiae lege observata. De qua temeritate conquestus est Cyprian. ep. 22. vid. et ep. 21. 3. Adscripserunt quoque, quod hoc tempore novum erat, martyrum intercessionibus nimium apud ipsum Deum. Sic ipse Cyprian. in lib. de Lapsis: *credimus quidem posse apud Judicem plurimum martyrum merita, et opera justorum* etc. De quo supra §. XXXI. plura dixi. Addo, intercessionibus martyrum jam adeo fidisse multos, ut pacem, ab Ipsis datam, pro ipsa habuerint remissione divina, quam itaque Episcopi sine examine admittere debebant, poenitentiae licet legibus non observatis. Quam temeritatem memorat, simul damnat, Cyprian. ep. 29 et 30. 4. Martyrum et virginum intercessionibus sese in hac vita, quod etiam novi quid erat, jam commendarunt, ut in coelis pro se orarent. Preces quidem ad eos, jam in coelum adsumtos, nondum direxerunt, sed, antequam eo venissent, orarunt, ut sui essent memores, cum ad Deum venerint. Sic Epist. 57. ad Cornelium, in fin. *memores nostri invicem simus*, inquit Cyprian., *concordes atque unanimes utrobique pro nobis semper oremus, et si quis istinc nostrum prior divinae dignationis celeritate praecesserit, perseveret apud Dominum nostra dilectio pro fratribus et sororibus nostris, apud misericordiam Patris non cesset oratio.* Quorum sensus est, eum, qui prior coronatur, non debere ab oratione pro vivis cessare, secus ac Fellus ad Cypr. opinatur, qui de eo, qui in vivis manet superstes, intelligit, acsi is in precatione pergere deberet: quod a sensu loci omnino abhorret: sermo enim de eo est, qui prior praecessit, et de oratione non cessatura admonet, ubi videri posset locum non habitura, nimirum in coelis. De Virginibus, quibus se commendat Cyprianus, egregius exstat locus in lib. de *habitu virginum*, fin., *tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari*, non per martyrium, ut Fellus, et novissime Balusius, accepit, sed per coronam coelestem; martyrii enim hic nulla fit mentio: virgines vero aeque ac martyres censebantur ad proxi-

mam Dei communionem in coelo admitti. Quo eodem ſenſu dixit autor *de laude martyrii*, fin. *ſi volueritis noſtri memores eſſe, cum in vobis Dominus martyrium coeperit honorare.* Ceterum de Theodoſia virgine, ad vinctos accedente, ut eos rogaret, ut, cum ad Deum pervenerint, ſui memores eſſent, refert Euſ. de Martyr. Palaeſt. c. 7. Sic cum Fructuoſo erat fraternitas refrigerantes et rogantes, ut illos in mente haberet. Felix quoque eum rogavit, *ut ſui memor eſſet:* reſpondit Fructuoſus, *in mente me habere neceſſe eſt Eccleſiam Catholicam ab Oriente uſque in Occidente diffuſam.* Denique, Sanctos *pro vivis orare* non eſſe incongruum, dixit quoque Origen. ad Cant. Salomonis, Oper. tom. III. p. 75.

§. XLII. Alterum, quod, etſi adhuc innocuum, viam ad preces *ad defunctos* ſtravit, ſuppeditant *commemorationes* martyrum anniverſariae: quarum notitiam aliquam ſec. praecedente dedi. Nunc teſtimoniis hujus ſec. contentus ero. Cyprianus ep. 34. de Celerino Lectore ordinato: *ſacrificia pro iis*, martyribus, *ſemper, ut meminiſtis, offerimus, quoties martyrum paſſiones et dies anniverſaria commemoratione celebramus.* Ep. 37. ad Clerum jubet, *ut dies eorum, quibus excederent* confeſſores in carcere, *adnotarent, ut commemorationes eorum, inter memorias martyrum*, celebrentur; quod mox dicitur, *celebrari oblationes et ſacrificia ob commemorationes eorum.* Ex quibus locis 1. illud clariſſimum eſt, martyres illis in ſolennitatibus non fuiſſe adoratos, aut invocatos religioſe, nec etiam ſacrificia iis oblata: erant enim commemorationes tantum martyrum, et ſacrificia *pro ipſis*, non vero *ipſis*, ad eos colendos 2. ſolennitates eorum dierum in celebrationibus martyrum, et precibus, ac euchariſtiae celebratione, praecipue ſitas fuiſſe: prius enim ipſum *commemorationis* nomen indicat, et poſterius ex *ſacrificii* ac *oblationis* voce colligitur, quippe quae et preces, et euchariſtiam denotat: nec tamen euchariſtiae explicita hoc ſec. occurrit mentio. Tert. de coron. milit. c. 3. memorat *obla-*

 tiones

constat. Prima horun
cil. Carthag. sec. V.
acta martyrum conscril
et Felicitatis, aliorum
Addatur Pontius in vi
tif. Roman. tradit de
tiis Decii instituisse
inter ritus usitatos occu
M. in Orat. cit., quib
laudes Deo cantatae.
accendi solitorum, ut i
supplicabant, illuminai
solennia illa praecedeba
precibus colere. De c
notetur, *pervigilias* ma
fuisse, teste mentione
in Hispania, in init. i
habet: *placuit prohiberi*,
eo quod saepe sub obtent
Quid? quod eo tempo
riis accendi *cerei;* cum
concilium can. 34. de
Constant. M. addatur,
rem fuisse habita. Pate

§. XLIII. Idem obtinet in ſigno *crucis* tranſitorio, quod ſicut antea, uti ſuo loco vidimus, ita et nunc maxime invaluit. Cruces Chriſtianos *non colere*, declarat quidem Octavius apud Min. Fel., ſed ſigno crucis in omnibus fere actionibus ac caſibus *frontem terere*, quae Tert. phraſis eſt, ſolebant. Cyprian. *de Lapſ.* init. *frons cum ſigno Dei pura Diaboli coronam ferre non potuit.* Sic de *Unit. Eccleſ.* Uzzias, lepra *percuſſus*, *ea parte corporis* dicitur *notatus*, *ubi ſignantur*, *qui Dominum promerentur.* Denique Teſtim. l. II. c. 22. probat, *in ſigno crucis Domini ſalutem eſſe omnibus, qui in frontibus notentur.* Quae, nimiam virtutem crucis ſigno in fronte fuiſſe jam adſcriptam, haud obſcure ſignificant. Quo etiam pertinet, quod in periculis *ſe munire* fuerint ſoliti ſigno crucis, ut ex Hippolyti fragmento oper. p. 284. ed. Fabric., ſi ſit genuinum, patet. De ſigno crucis inter ritus baptiſmales poſtea. Attamen nulla adhuc leguntur *ſimulacra* crucis facta: uti poſtea ſec. IV. et deinceps obtinuit.

§. XLIV. *Partes* cultus publici, ſive *reales*, quae *lectionem* Script. S., ejuſque interpretationem, ſeu homilias, comprehendunt, et preces ac hymnos, ſive *rituales*, ſacramenta ſcilicet et jejunia, antequam enarrem, duo tractabo quaeſita generalia, ad linguam, et formulas, ſic dictas, liturgicas, pertinentia. Prius eſt, num lingua vernacula fuerint ſacra peracta, an ignota, uti diu poſt demum invaluit? Prius obtinuiſſe ipſa rei natura, et ſacri cultus ſcopus, non tantum, ut facile cernitur, ſi certa teſtimonia, quae nulla ſunt, contrarium non doceant, evincit, ſed diſerta loca extra dubium collocant. Origen. contra Celſ. l. VIII. p. 402. *ſingulos* teſtatur *Deum propria lingua precari, Graecos Graeca, et Latinos Latina.* Pueros, et quoſcunque alios illiteratos, ſcripturae praelectionem recte intellexiſſe, conſtanter tradunt Veteres. Cyprian. ep. 34. de Celerino Lectore ordinato, *nihil eſſe*, inquit, *in quo magis confeſſor fratribus proſit, quam ut, dum euangelica lectio de ore ejus*

auditur, *Lectoris fidem quisquis audierit imitetur*. Vid. et ep. 33. de Aurelio Lectore. De Antonio puero narrat autor ejus vitae inter opera Athanaf. t. II., eum, in Ecclefiam ductum a Parentibus, *lectioni fuisse intentum*, *et utilitatem ex Script. S. hauftam retinuisse:* intellexit autem AEgyptiace tantum, ut ex eodem libro patet. Sed nimis clarum hoc est, quam ut uberiore indigeat demonftratione.

§. XLV. Ad alterum quaefitum, num ad certas *formulas* preces publicae fuerint fufae, et *facramenta* adminiftrata? cum aliqua diftinctione refpondendum eft, et certa ab incertis feparanda. 1. Negandum non eft, nonnullas voces folennes in cultu publico, five precibus, hymnis, et facramentis, locum jam habuiffe, Origen. hom. XL in Jerem. *frequenter in oratione dicimus*, *da Omnipotens*, *da nobis partem cum Prophetis*, *da cum Apoftolis Chrifti tui*, *tribue ut inveniamur ad veftigia Unigeniti tui*. Sic et facerdos ante *orationem* (fcilicet quae fanctificationi facramenti praemittebatur,) verba funt Cypriani *de oratione*, *praefatione praemiffa parat fratrum mentes*, *dicendo*, *furfum corda*, *ut*, *dum refpondet plebs*, *habemus ad Dominum*, *admoneatur* etc. Videntur quoque folenni formula ufi *in renunciando* Satanae et mundo: de quo egi in fuperioribus. Baptizandi quoque formula, *in nomine Patris*, *Filii*, *et Spiritus S.*, uti conftat, ufitata fuit, fic et minifter Ecclefiae, panem et vinum communicantibus tradens, dicebat, *corpus Chrifti*, *fanguis Chrifti*, et populus refpondebat *Amen*; ut ex Epift. Cornelii ad Fabianum apud Euf. H. VI: 43. patet. *Amen* etiam refpondit populus, cum facerdos *panem et vinum* prece confecrabat. Juft. M. apol. II. §. 85. Dionyf. Alex. in epift. apud Euf. H. VII: 9. Quod Tertull. de Spectac. c. 25. adpellat, *amen in fanctum proferre:* ubi et *in aeunas in fecula* inter folennes voces refert, quibus, ut videtur, preces in celebratione euchariftiae claudebantur. 2. In confeffione fidei vix dubium eft, quin certae voces in ufu fuerint, licet per omnes Ecclefias non femper eaedem. De quo

fupra,

ſupra, ubi de ſymbolis, egi. *Uſitata et legitima verba interrogationis* apud Firmilian. ep. 75. ad Cyprian. ad ſymboli Apoſtolici articulos referenda ſunt, et ſolitas interrogationes alias.

§. XLVI. 3. Recitata quoque fuit *oratio Dominica* in ſacrorum adminiſtratione, et fidelibus in frequente uſu. Tert. *de orat.* adpellat *legitimam et ordinariam* orationem, quam, inſtar fundamenti, dicit, reliquis precibus eſſe *praemittendam.* Patet etiam ex Cyprian. *de orat.*, eam pro ſumme *ſancta*, *et efficace*, fuiſſe habitam, ſimul pro *forma* precum a fidelibus probe obſervanda. Denique 4. et illud admittendum eſt, nonnullos *hymnos* fuiſſe uſitatos, quos ad formulam cantabant, ſive a divinitus inſpiratis, ſive ab Eccleſiaſticis viris ex ingenio, compoſitos. Paulus utique Samoſaten. a Patribus Antiochenis acriter perſtringitur, quod *Pſalmos*, *in honorem Domini Jeſu cani ſolitos*, *quaſi novellos*, *et a recentioribus hominibus factos*, aboleverit. Euſ. H. VII: 30. Quales jam ab initio in uſu fuiſſe, antiquus teſtatur autor apud Euſ. H. V: 28. Sic et Nepos AEgyptius a Dionyſ. Alex. ibid. VII: 24. *ob Pſalmorum cantus multiplices*, ab ipſo concinnatos, laudatur: quos pleriſque in uſu fuiſſe ibid. additur.

§. XLVII. Haec licet concedenda ſint, incertum nihilominus manet, num *formulae liturgicae*, ſic proprie dictae, quales poſtea introductae ſunt, in ſacrorum adminiſtratione fuerint in uſu? Supra utique prolata ad liturgiam ordinandam, et formulis Eccleſiaſticis adſtringendam, nondum ſufficiunt. Cum enim aliae preces, praeter orationem Dominicam, fuſae fuerint, et plura ad ſacra celebranda peracta, eane *formulis* fuerint adligata, mihi non liquet, nec videtur probabile. Utique. 1. nuſquam ejus rei facta eſt mentio, ad formulas, in fidei demonſtratione contra haereticos et alios, non provocatur; nec libri ejuſmodi uſquam memorantur, nequidem in perſecutionibus, quando omne genus libri conquirebantur. Sola tamen traditione ejuſmodi *for-*

mulae, quippe plures, et prolixae, conservari non poterant. Denique cum Paulus Samosat. *hymnos* aboleverit, alii quid in confessione fidei mutaverint, nemo liturgiae violatae reus fuit actus. 2. Supra quoque suo loco ex Tert. observavi, in precando, ac canendo, magna libertate fuisse usos Christianos in coetu publico. Imo sec. IV. integrum adhuc aliquandiu fuit Praesidibus Ecclesiae, *precibus* uti, quas vellent, modo eas *cum instructioribus fratribus* prius contulissent, ut habet can. 23*tius*, concil. Carthag. III. de quo postea. Memorat quidem Origen. cont. Cels. l. VI. p. 302. *preces* προσαχθείσας jussas et inperatas, quibus, si veri utantur Christiani, a daemonum insultibus dicuntur inmunes: sed hoc nihil ad formulas liturgicas, cum preces privatae sint, in specie, quibus daemones putabantur abigi. Possunt quoque in genere preces intelligi, ad quas fundendas praeceptum Christi habere censebantur, etiam in specie oratio Dominica, eximie sic adpellari solita. Majoris videtur, quod Firmilian. ep. 75. ad Cyprian. sacrificium offerre dicat, cum *sacramento solitae praedicationis;* sed locus est obscurus, nec constantis lectionis; posset quoque *precationis* legi, et oratio intelligi *dominica;* sicut Cyprian. de *orat.* adpellat *orationis dominicae sacramenta.* Sed *praedicationis solitae* nomine insignita censeri potest historiae institutionis eucharistiae commemoratio, Gr. ἀνάμνησις, quae editoris Oxoniensis est cogitatio: quae admissa, historiam illam ex Script. fuisse *praelectam*, tantum demonstraret. Sed concedi posset, in hac illave Ecclesia forte *certum officium* in usu fuisse: sicut de Neocaesareensi, a Gregorio fundata, innuere videtur Basil. M. de Spir. S. c. 29.

§. XLVIII. *Lectio* in coetu publico, ut in partibus *realibus* ejus describendis inde incipiam, unde cultus initium, sicut antea et post, ita nunc, cum nihil mutationis acciderit, *lectio*, inquam, instituta fuit a *Lectore*, ad eam actionem speciatim ordinato, ita ut Lectorum peculiaris jam

obtinuerit

obtinuerit ordo: cujus, ut supra notavi, primus meminit Tertull. Sic et Cyprian. inter Clericos locum dat Lectoribus, et honorificum esse officium declarat. Saturum a se fuisse ordinatum Lectorem tradit Ep. 24. et a se, ac collegis, Aurelium confessorem, Ep. 33. nec non Celerinum, Ep. 34. quem ibi dicit *clero nostro conjunctum*, *et honorem Ecclesiasticum* accepisse. Habebat autem Lector *stationem* in loco editiore, ex quo facile poterat audiri, sed a *bemate* sanctuarii, sede Episcopi et concionatoris, distincto: adpellat autem Cyprian. ep. 33 et 34. *pulpitum et tribunal* Ecclesiae, simul cum *candelabro*, cui lucerna inponitur, comparat. *Materiam* lectionis praebuerunt libri V. et N. T. Cyprian. ep. 34. adpellat *praecepta et euangelium Domini*. Sed praelegebantur subinde quoque in nonnullis Ecclesiis libri Ecclesiastici; quod de Hermae pastore, et Clementis Romani epist., diserte adfirmat Eus. H. III: 16. et IV: 23. Denique observandum est, inter ritus usitatos, *duorum* exstare expressam mentionem apud Cyprian., quorum unus est, Lectionem solitum fuisse lectorem auspicari, cum solenni formula salutatoria; *pax vobis*. Quo Cyprian. ep. cit. respicit, ubi dicit, *lectorem auspicari pacem*, *dum dedicat*, h. e. inchoat, *lectionem: alter* est, populum, una cum lectore, *stantem* audivisse lectionem: sicut ep. 34., lectorem *ab omni fraternitate circumstante conspici*, dicit.

§. XLIX. Lectionem excipiebat *concio*, ad praelectam pericopam institui solita, etiam homilia, tractatus, sermo, et quae alia sunt nomina, adpellata. Quam habendi jus et officium erat Episcopis proprium, etiam presbyteris, sed non Diaconis, multo minus Laicis, competens. Cyprian. de *Lapsis*, Episcopos, *derelicta cathedra*, rebus sese inmiscere secularibus conqueritur. Permitti tamen illud pro tempore poterat Laicis ab Episcopo: sicut Origeni concessum fuit ab Alexandro Hierosol., et Theoctisto Caesareens., qui sese contra Demetrium Alexandr., illud damnantem, *antiquo more* defenderunt: uti refert Eus. H. VI: 19. Cum

autem tria tantum potuerint proferre exempla, *Demetrius* inauditum dixerit, rariſſimum illud fuiſſe recte colligitur. Ceterum conciones praecipue vel Scripturae interpretandae, vel doctrinae ac praxi, inſerviiſſe, ex Origene et Cypriano liquet. De quo plura ad ſec. ſequens. De *Precibus*, quae ordine ſequi ſolebant, cum noſtrum ſec. nihil peculiare ſuppeditet, uno alterove defungar obſervato. 1. Fundi ſolebant pro omnis generis hominibus, *pro Magiſtratibus*, verba ſunt Arnobii adv. Gent. l. IV., *exercitibus*, *regibus*, *familiaribus*, *inimicis*, *adhuc vitam degentibus*, *et ſolutis corporum vinctione*. 2. Quod in ſpecie *pro mortuis* addit, illud e Cypriano confirmabo, qui *oblationes et ſacrificia pro martyribus et confeſſoribus* defunctis, ob commemorationes eorum, memorat Ep. 37. ad *Clerum*, et 44., ubi tamen illud ad anniverſarias commemorationes martyrum reſtringit. Sed alibi meminit deprecationum pro omnibus in Eccleſiae communione mortuis. Sic Ep. 66. legem memorat Eccleſiae, qua pro eo, qui moriens ad tutelam vocaverat Clericum, vetitum fuit *offerri*, *aut ſacrificium pro ejus dormitione* celebrari: quod mox *nominari in ſacerdotum prece apud altare Dei* adpellatur, ut et *deprecationem ejus in Eccleſia frequentari*. Ex quibus recte colligitur, preces pro martyribus fuiſſe, utique praecipue, gratiarum actiones, ſolenni die anniverſariae commemorationis eorum fundi ſolitas, ſed pro reliquis fidelibus *deprecationes*: quod in opinione Veterum de martyribus mox in gloriam admiſſis, ſed fidelibus *reliquis in* ſtatu medio degentibus, pro quorum itaque refrigerio, pace, et reſurrectione orabant, fundatum eſt. Sed de rationibus harum precum ad ſec. II. plura dixi, et ad ſeq. dicam. Hic adhuc notetur, *oblationes* eorum nomine ad menſam ſacram fuiſſe adlatas, communionis cum illis teſtandae gratia. De *hymnis* quoque verbo abſolvam; duobus defuncturus obſervatis: quorum *unum* eſt, ſacros non tantum Pſalmos, ſed et proprio ſtudio compoſitos, Veteribus in uſu fuiſſe, uti ſupra notavi. Paulus Samoſ. a ſynodo Antiochena ob-

jurgatur, quod hymnos, in honorem Christi cani solitos, eliminaverit tanquam *novellos, et recentiorum auctorum*, Eus. H. V: 30. Nepos, Episcopus AEgypti, a Dionysio Alex. laudatur, ob *Psalmos et hymnos* compositos, quibus *multi fratrum hucusque utuntur*, Eus. H. VII: 24. Alterum est, moris fuisse in nonnullis Ecclesiis, ut populus in fine versus se cum praecentore conjunxerit, et clausulam repetierit: quod Gr. ὑπηχεῖν, et Lat. *succinere* adpellatur. De quo ad sec. sequens.

§. L. Restant partes rituales, *sacramenta* et *jejunia*. *Baptismi*, a quo, tanquam priore sacramento, incipiam, *Elementum*, uti antea, fuit aqua sine discrimine; quare Cyprianus ubique *aquam* adpellat. Ritus vero, qui in antecedentes, essentiales, et consequentes, recte distinguuntur, iidem fere manserunt, qui sec. praecedente, quare diu non detinebunt. *Antecedentes*, sive aquae et baptizantium sive baptizandorum respectu, fuerunt sequentes. 1. Aqua jam fuit precibus solenniter sanctificata, et consecrata eo scopo, et, uti censebatur, effectu, ut virtus divina cum aqua communicaretur: de quo ex Tert. jam exposui ad sec. praecedens: hic provocasse suffecerit ad Cyprian. ep. 70. ad Januarium, et 74. ad Pompejum. 2. Tingendorum respectu iidem ritus, qui antea, locum habuerunt, tantum accessit exorcismus. *a*. Abrenunciationis diabolo et mundo meminit Cyprian. ep. 7. *seculo renunciaveramus*, inquiens, *cum baptizati sumus*. Sic et de Lapf. haud una vice. *b*. Adjunctus huic renunciationi jam fuit *exorcismus*; utique inter ritus praecedentes, sive proxime praecesserint, sive paulo ante locum tenuerint, quod de exorcismo hujus sec. nequit definiri; occurrit jam *exorcizatio* solennis, qua per preces, ut putabatur, liberabatur catechumenus a potestate Satanae. Qui exorcismus omnino distinguendus est ab energumenorum, seu obsessorum, quod extraordinarium erat in Ecclesia donum, de quo postea. Exorcismum vero baptismalem jam in usu fuisse, quod Dallaeus de cult. relig. I: 13. negavit, non quidem loca a Bellarmino et

Vicecomite adducta evincunt, ut Dallaeus recte demonstravit, sed alia evidenter comprobant. In concilio illo celeberrimo Carthag., sub Cypriano, Lucius a Sebaste censuit, haereticos *exorcizandos* esse *et baptizandos*. Sic et Vincentius a Tibur., qui manuum inpositionem addit. Caecilius a Bilta, cum, omnia per mendacium ab haereticis in baptismo fieri, dixisset, addit, *ibi exorcizare daemoniacum*, *sacramentum interrogare sacrilegum*. Videtur autem hic ritus eo spectasse, ut baptizandus non tantum serio ad poenitentiam, et desiderium gratiae divinae excitaretur, sed et ei significaretur, vel et obsignaretur, se a potestate diaboli per baptismum esse liberandum. Habuerunt enim ritus baptismales hunc in primis scopum, ut *virtutem* et salutaria effecta baptismi repraesentent. Quod Cyprian. ep. 70. ad Magnum de effectu expellendi diaboli diserte docet, cum dicit, *diaboli nequitiam pertinacem usque ad aquam salutarem valere, in baptismo vero omne nequitiae suae virus amittere*: quod mox aliis repetit verbis. Quo etiam facere videtur, quod *exorcistae* peculiarem jam, utique in Ecclesia Romana, ordinem constituerint, teste Cornelio in ep. apud Eus. H. VI: 43. *c*. Pertinet quoque ad ritus praecedentes solennis fidei confessio, ad singulos symboli publici articulos, per responsionem ad interrogata, edenda: cujus expressa fit mentio apud Cyprianum: sic Ep. 76. ad Magnum sibi objicit, Novatianum *eodem symbolo, quo et nos, baptizare, et in interrogatione baptismi non discrepare*. Ep. 70. ad Januar. *sed et ipsa interrogatio, quae fit in baptismo, testis est veritatis, nam cum dicimus, credis in vitam aeternam* etc. Cum vero eo ipso ad fidem et pietatem sese obstringebant baptizandi, hinc *sacramentum interrogare* dicitur in Concilio Carthag. Cypriani, cumque formula aliqua uterentur, *usitata et legitima verba interrogationis* adpellantur. Ep. 75. Facit quoque Eus. H. VI: 8. mentionem symboli, quod acceperat catechumenus factus et *lavacro tinctus*.

§. LI. Ad ritus *essentiales* baptismi pertinet *immersio*, et non *adspersio*,

adsperſio, niſi in caſu neceſſitatis, et pro ſemipleno baptiſmo habita, eaque *trina*, cum ſolita formula in nomine Patris, Filii et Spiritus S. Vid. Cyprian. Ep. 69. ad *Magnum*, et Cornelius de Novatiano apud Euſ. H. VI: 43. *Conſequentes* denique inter ritus, praecipuus, et cum baptiſmo connexus, fuit *confirmatio*, ſeu *unctio* cum *inpoſitione manuum:* nondum enim in uſu fuit vox *confirmationis*, quae poſtea demum invaluit, maxime cum novum inde fuit procuſum ſacramentum. Apud Cyprianum paſſim vel *unctio*, vel *inpoſitio manuum*, adpellatur, nonnunquam etiam *ſacramentum*: uti a Cyprian. ep. 72. ad Stephanum; *parum eſt iis manum inponere ad accipiendum Spiritum S., niſi et accipiant baptiſmum, tunc enim demum plene ſanctificari, et eſſe Filii Dei poſſunt, ſi ſacramento utroque naſcantur.* Sic et a Nemeſiano Thubun. in concil. Carthag. Fiebat haec confirmatio ab Epiſcopo, qui autoritatem ſuam, baptiſmum, a Presbytero collatum, confirmando, ea ratione manifeſtabat, praeterea *Spiritum S.* conferre cenſebatur; ut ex locis citatis patet: quibus addo Ep. 73. ad Jubaian, ubi, cum de inpoſitione manuum, a Petro et Johanne facta baptizatis a Philippo Act. VIII. locutus fuerat, ita pergit; *quod nunc quoque apud nos geritur, ut, qui in Eccleſia baptizantur, praepoſitis Eccleſiae offerantur, et per noſtram orationem, ac manus inpoſitionem, Spiritum S. conſequantur, et ſignaculo Domini conſummentur:* unde et σφραγὶς dicta eſt. Vid. etiam Firmilian. ep. 75. ad Cyprian. nec non Epiſt. Cornelii apud Euſ. H. VI: 43. ubi σφραγισθῆναι *ſignari ab Epiſcopo* dicitur. Comprehendit hic ritus *unctionem*, *manuum inpoſitionem*, *et orationem*. Unctionis prima mentio eſt apud Tertull., uti ad ſec. praeced. habuimus: ſic et Cyprian. ep. 70. ad Januar. *ungi quoque neceſſe eſt eum, qui baptizatus eſt, ut, accepto chriſmate, id eſt unctione, eſſe unctus Dei, et habere in ſe gratiam Chriſti, poſſit* etc. De manuum inpoſitione Idem teſtatur Ep. 72. ad Stephan. et 73. ad Jubaian., ut et Nemeſianus, in concil. Carthag. Quem ritum ex Act. VIII. derivarunt, ut ex locis cit. pa-

tot. Denique precationis mentio fit a Cypr. ep. 70. ad Januar. *Sed et*, inquit, *baptizato quam precem facere potest sacerdos sacrilegus et peccator.* Vid. etiam ad Jubaian.

§. LII. Controvertitur inter Catholico-Romanos et Reformatos, num confirmatio jam fuerit, vere sic dictum, *sacramentum*, a baptismo distinctum, an nudus ritus baptismo adjunctus, sicut alii plures. Neutrum ex mea opinione verum est. Sacramentum, vero vocis usu, non fuisse, sed baptismi appendicem, ex Cypriani ac Cornelii testimoniis, modo citatis, clarius est, quam ut in dubium vocari possit. Vid. etiam Dallaeus in lib. de *Confirmatione*. Sed nec ab altera parte nudus fuit ritus, ejusdem naturae, cujus reliquae ceremoniae, verum ritus sacer, et cum gratia spirituali conjunctus, ritus baptismalis peculiari virtute praeditus, ritus denique baptismum quidem comitans, sed simul eum consummans et perficiens, ac gratiae baptismi complementum adferens. Quae sententia his nititur rationibus. 1. Conjungitur cum baptismo instar *sacramenti*; ita ut *utroque sacramento renasci* fuerint dicti, apud Cyprian. l. c. Quod etsi diversa non significet sacramenta, uti recte advertit Dallaeus l. c., ritum tamen illum supra reliquos multum elevat, cum de illis id nusquam dixerit Cyprian., aut aliquis Veterum, simul ad baptismum, qua sacramentum, ex quo nascimur, peculiarem habere relationem evincit. 2. Quod ulterius confirmatur ex eo, quod Spiritus S. donatio ab eo ritu dicatur suspensa, simul ita cum baptismo cohaerere, uti Joh. III. *aqua* et *Spiritus*: quemadmodum loca citata habent. Vid. ep. 70. ad Januar. et 73. ad Jubaïan. ubi hoc ritu dicuntur *accipere Spiritum S.* baptizati, et *signaculo dominico consummari.* Vid. et dictum Nemesiani in concil. Carthag. Imo Cornelius apud Eus. H. VI: 43. *sine eo non conferri spiritum* testatur. Denique 3. Oleum, quo ungebantur, aeque *sanctificabatur*, ac aqua baptismi, adeoque ex opinione Veterum interna praeditum censebatur *virtute*, uti ex sec. IV et V. scriptoribus constat. Sed et huc eximius

nitus Cypriani locus in Ep. ad Januar. pertinet, his verbis: *porro autem*, (locutus modo fuerat de *unctione* baptismali) *eucharistia est*, *unde baptizati unguntur*, *oleum in altari sanctificatum*, *sanctificare autem non potuit olei creaturam*, *qui nec altare habuit*, *nec Ecclesiam*. *Unde nec unctio Spiritualis apud haereticos potest esse*, *quando constet*, *oleum sanctificari*, *et eucharistiam fieri*, *apud eos omnino non posse*. Ex quo loco clare constat, oleum fuisse consecratum non tantum, sed et apud altare in eucharistiae consecratione: quod ex Tertull. quoque illustratur in lib. de *orat.* fin. *nonne solennior erit statio tua*, *si et ad aram Dei steteris?* Sed vitiata mihi videtur lectio apud Cyprian., cum sermo alias non cohaereat, et pro *eucharistia* leg. *chrisma;* cum enim dixisset, *chrismate* opus esse ad unctionem peragendam, demonstrare incipit, chrisma apud haereticos esse non posse, cum sit *oleum in altari sanctificatum: porro autem chrisma est*, *unde baptizati unguntur*, *oleum in altari sanctificatum*. Qua ratione cuncta recte cohaerent. Ceterum Spiritum S., a chrismate et impositione manuum ubi suspendunt, ordinarium intelligunt medium, quo dari solet, nec qualescunque operationes, sed quibus in sanctitate pergunt, et confirmantur fideles, ad sublimiora quoque opera redduntur apti. De quo postea.

§. LIII. Alios ritus cum monumenta hujus sec. non suppeditent, praeter *osculum* recens baptizatis infigi a fidelibus solitum, cujus expressa fit mentio in Epistola 64 Cypriani ad Fidum, ad *Eucharistiam* eodem ordine describendam pergo. *Elementa*, ut antea, fuerunt duo, panis vulgaris, et vinum aqua temperatum, uti ex Cyprian. ep. 63. ad Caecilium patet. Ex quo haud inepte colligitur, panem adhuc fermentatum in usu fuisse, quippe vulgarem, ex oblationibus fidelium desumi solitum. Petitur quidem pro pane azymo inde argumentum, quod Cyprian. in illa Ep. *farinam et aquam* tantum memoret, nulla fermenti facta mentione, his verbis: *quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola*, *aut aqua sola*, *nisi utrumque adunatum fuerit*, *et copulatum*,

fufficerit. In libr. de
adloquitur, *locuples et*
dis, quae corbonam omn
ne sacrificio venis, quae
tulit, sumis. Unde, *J*
signita, patet. Licebat
eucharistia utendi, haec
sed et mortuis, quorum
siam Furnis consistentem
ricum tutorem testamen
vetur, nec sacrificium pr
vero munera ex iis tant
erat in eucharistia, t
quae ad pauperes Cleric
copi domum, non ad a
ditur. Denique notari n
vel quorum nomine, obl
et Deo in precibus comn
byteros, reprehendit eo
dent, *ad communicationem*
nomen eorum, et nondum p
62. ad Januar. — —

panis et vini parum suppeditat hoc seculum; quare consuetudinem, quae antea obtinuit, qua per preces, vel Spiritus S. invocationem, et non per quinque verba institutionis, consecrata sunt, ut suo loco demonstratum est, continuasse merito censetur. Firmilian. ep. 75. ad Cyprian. inter alios ritus Ecclesiae, a muliere daemoniaca in baptismi et eucharistiae administratione observatos, hunc etiam memorat: *ut et invocatione non contemtibili sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet, et sacrificium Domino non sine sacramento solitae praedicationis offerret.* Qui locus, supra quoque citatus et illustratus, consecrationem per preces et invocationem fuisse peractam, clare demonstrat. Sic et Origen. tom. II. in Matth. p. 254. eucharistiam adpellat *panem per verbum Dei et orationem consecratum.* De quo loco etiam ad sec. praeced. egi. Gregor. M. Papa Romanus sec. VI. quidem l. VII. ep. 63. refert, morem Apostolorum fuisse, *ut ad ipsam solummodo orationem* (dominicam) *oblationis hostiam consecrarent*, sed eam in consecratione locum habuisse non constat. Cyprian. *de orat. domin.*, petitionem illam *da nobis hodie panem* etc. mystice de eucharistia capi posse censet quidem, sed in ejus consecratione locum habuisse non tradit.

§. LV. Actus *essentiales* sunt, a parte ministri sacri, fractio panis et distributio. De *fractione* nihil aliud suppeditat Cyprian. quam quod *partes* memoret, quae eam pro hypothesi habent. Sic *de Lapsis, et alius*, ait, *qui et ipse maculatus, sacrificio a sacerdote celebrato, partem cum ceteris ausus est latenter accipere. Distributionis* vero panis a sacerdote, qua singulis porrigebatur, et in manus tradebatur, testimonia praebet nostrum seculum certissima. Cyprian. *de lapsis*, sacrilegum irasci dicit sacerdotibus, *quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat.* Epist. 58. ad Tibaren. *armemus et dextram gladio spirituali, ut — — — eucharistiae memor, quae Domini corpus accepit, ipsum complectatur.* Cornelius de Novatiano apud Eus. H. VI. 43. *oblatione fac-*

tavam, infantes non esse tingendos putabat, ei diserte respondet, sibi, et omnibus in concilio praesentibus, placuisse, infantes omni tempore esse aptos, nec differendum eorum baptismum; *nulli quippe homini nato misericordiam Dei et gratiam esse denegandam; Deum nec personam accipere nec aetatem, cum se omnibus ad coelestis gratiae consecutionem aequalitate librata praebeat Patrem.* Ex quo, paedobaptismum fuisse usitatum, non tantum liquet, sed simul eum opinioni de ejus efficacia, qua remissionem confert peccatorum, fuisse innixum: quod in seq. rursus urget. Praeterea in lib. de Lapsis, eorum peccatum dicit eo esse atrocius, quod *infantes, parentum manibus inpositi, vel attracti, amiserunt parvuli, quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti,* scilicet per baptismum. Ex quo libro elucescit quoque, infantes baptizatos fuisse eucharistiae participes; qui mos per multa secula duravit. Introducuntur enim ibi infantes, per parentes ad idola adducti, conquerentes in ultimo judicio, in haec verba: *nos nihil fecimus, nec derelicto cibo et potu Domini, ad profana contagia sponte properavimus.* Quod idem confirmat historia puellae, ibid., quae, contaminata ad eucharistiam adlata, *per singultum et vomitum, cum diaconus ei de sacramento calicis infunderet, commissum patefecit, quod fando non potuit.*

§. LVIII. Restat, de circumstantiis *loci et temporis* disserere; sed nec hac parte aliquid seculum nostrum suppeditat notandum, nisi respectu *temporis* eucharistiae, de quo paucis defungar. 1. Eam singulis diebus dominicis ab omnibus fidelibus, qui eo jure praediti in Ecclesiam veniebant, debuisse sumi, ex can. Apost. 6. et 7*mo* manifestum est. Sed 2. multis in Ecclesiis quotidie sumebatur, et singulis diebus. Cyprian. de *Orat. Domin.* de Christo, pane vitae, loquens, *hunc panem*, inquit, *dari nobis quotidie postulamus, ne, qui in Christo sumus, et eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus* etc. Sic in Ep. 58. ad Thibarit. dicit, *milites Christi se parare debere, considerantes, se idcirco quotidie*

calicem ſanguinis Chriſti bibere, ut poſſint et ipſi propter Chriſtum ſanguinem fundere. Denique Ep. 57. ad Cornelium, *ſacerdotes*, ait, *ſacrificia Dei quotidie celebrare.* Quem morem ſuo adhuc tempore Romae viguiſſe, refert Hieron. ep. 50. ad Pammachium. Sed 3. in Eccleſia Africana, tempore Cypriani, *mane* tantum, et non *veſpere*, habitam fuiſſe euchariſtiam, quod novum quid foret, cum Tertull. tempore utrumque obtinuerit, ut ſupra ſuo loco vidimus, colligi ſolet ex Ep. ejus 63. ad Caecilium, ubi, rationem reddens, quare, cum Chriſtus poſt *coenam* obtulerit, euchariſtia *mane* celebretur, *Chriſtum*, dicit, *offerri oportebat circa veſperam diei, ut hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum et veſperam mundi* — . — *nos autem reſurrectionem Domini mane celebramus.* Sed jure merito dubitatur, num matutino tempori ita adſtrictam velit euchariſtiam, ut *veſpertino* nequeat celebrari, an vero *mane* aeque ac *veſpere* perfecte eſſe agendam defendat ſolummodo? Diſputat utique contra illos, qui *mane* calicem, ſola aqua plenam, ſine vino, ſumebant, *veſpere* autem poſt coenam mixtum vino, exemplo Domini utentes, qui veſpere obtulit calicem. Quid ad hoc Cyprianus? eos non tantum non reprehendit, quod veſpere ſumerent, nec morem illum inprobat, aut ei contradicit, ſed haud obſcure indicat, illud more recepto fieri, cum prima utatur perſona, dicens, *tamen cum ad coenandum venimus, mixtum calicem offerimus*, praeterea mixtum calicem in *omnibus* ſacrificiis offerendum adſerat, h. e. tam matutinis, quam veſpertinis. Quid ergo diſputat? id tantum, *mixtum* calicem non tantum veſpertino tempore, quod adverſariis placebat, ſed et matutino eſſe offerendum, imo magis *mane*, quia veſpere tam ſolenniter, *fraternitate omni praeſente*, celebrari non poteſt: nec obſtare Chriſti exemplum, quia veſpertinum tempus myſterio non caruit. Illud autem nos non obligare ex eo probat, quod ceteroquin *dominicum* poſt coenam etiam celebrare deberemus, ſive ſolenniter cum omni plebe in *dominicum* venire, quod tamen mane fit, ob

resurrectionis memoriam. *Dominicum* autem celebrare hoc loco est, in Ecclesia solenniter celebrare *coenam:* quo sensu venit in lib. de *opere et eleemosyna*, ubi dicit diviti avarae, *locuples et dives es, et dominicum celebrare te credis* — — *quae in dominicum sine sacrificio venis.* Sic et autor libri de *spectaculis*, inter opera Cypriani, *qui festinans ad spectaculum dimissus e dominico, et adhuc gerens secum, ut adsolet, eucharistiam* etc. Per coenam vero, ubi eucharistia *sumebatur*, non sanctificabatur, *agapae* videntur intelligi. Qua ratione inter Tertull. et Cyprian. perfecta erit concordia.

§. LIX. Quoad *naturam*, verum *conspectum*, *et efficaciam* sacramentorum, quo nos duxit ordo tractationis, eadem continuavit fides, quae superiore seculo fuit, et fusius a nobis illustrata. Transsubstantiationem, et nomine et re, fuisse ignotam, a Protestantibus et Reformatis abunde est evictum, adeo ut morari hic necesse non sit, tantum celeberrimum Origenis locum, in Comm. ad Matth. p. 253. et 254. qui integrior exstat in nov. oper. Origen. editione, p. 898, quocum conferri meretur hom. VII. in Levit., Transsubstantioni e diametro adversum, quicquid contra nitantur Romanenses, ipse etiam Huet., et nuperus oper. Orig. editor, digito monstrasse contentus ero; cum mihi aliud sit agendum, sive demonstrandum, in eadem fide perseverasse Veteres hujus aetatis, quae habet, divinam Christi naturam, seu Spiritum S., sese cum aqua in baptismo, pane et vino in eucharistia, arctissime unire, salva elementorum illorum natura, ac cum illis *vim* vivificantem communicare. Origen. comm. ad Matt. l. c. panem, dicit, *sanctificari per verbum Dei ac precationem* h. e. ut alii expresserunt, *invocato verbo*, seu spiritu divino: rursus, *non panis materia, sed super eo prolatum verbum, illud est, quod juvat eum, qui non indigne comedit:* tract. 35. in Matt. dicit, *panis iste, quem Deus verbum corpus suum esse fatetur, verbum est nutritorium animarum, verbum de Deo verbo procedens, et panis de pane coelesti.*

Sed

Sed eximius plane est locus comm. in Joh. p. 411. quo panis eucharisticus cum offula, Judae proditori data, confertur, diciturque, eam offulam, a Christo tactam, accepisse vim quandam Spiritualem, quae, nisi perversae fuisset indolis Judas, et a satana intercepta, boni quid in eum contulisset, sic, subjungit, rem sese habere cum *pane et calice* in eucharistia, *eadem in pane et poculo virtute superiore in bona subjecta dispositione operante bonum, in adfectu vero malo operante damnationem:* agnoscit itaque Origen. *δυναμιν λόγου virtutem verbi* in eucharistia. Quocum conferri meretur August. contra Donatist. l. III. c. 15. ad majorem illustrationem dicens, *sacramento divina virtus adsistit, sive ad salutem bene utentium, sive ad perniciem male utentium:* sic et l. IV. §. 3.

§. LX. Ex Cypriano, licet sententiam hanc adcurate non explicuerit, nonnulla tamen ejus haud obscura specimina erui possunt. Huc enim 1. diserta tendunt loca, quibus *Spiritus S.* adseritur cum aqua baptismi arcte conjunctus. Ep. 74. ad *Pompejum*, dicit, *peccata purgare et hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat et Spiritum S. — — — baptisma esse sine Spiritu non potest.* Sic et aliis locis, aqua *sanctificari dicitur per spiritum S.* uti Ep. 70. ad Jubaian. *quomodo autem aquam mundare et sanctificare potest, qui ipse inmundus est, apud quem spiritus non est:* unde haereticos non posse verum conferre baptismum concludit, quia *Spiritum* non habent; et aquam ideo sanctificare non possunt: quae legitima non foret conclusio, nisi, aquam per Spiritum se cum ea unientem sanctificari, credatur. In lib. de Laps. tradit, *Dominum recedere, et sanctitatem fugere*, si ab inmerentibus sumatur. Nemesianus in concil. Carthagin. Spiritum, cum aqua baptismi se unientem, cum eo comparat, qui *ab initio super aquas ferebatur: neque enim spiritus*, sic pergit, *sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu.* Sedatus quoque ibid., *aquam sacerdotis prece sanctificatam*, dixit, *abluere delicta.* Firmilian. denique ep. 75. ad Cyprian. *in-*

vocationem, declarat, *sanctificare panem* et *eucharistiam facere.* 2. Explicandum quoque ex hac opinione est, sicut facile potest, quod elementis eucharisticis vim miracula patrandi adscripserint, quatenus divinam virtutem illis crediderunt insitam. Cyprian. in lib. *de Lapsis* cum narrasset, puellam, per nutricem idololatrico ritu commaculatam, postmodum ad eucharistiam adductam, per singultum et vomitum, mirabili Spiritus inpulsu, vinum sanctum exspuisse, ita pergit, *tanta est potestas Domini, tanta Majestas*, scilicet cum pane et vino conjuncta; *sanctificatum enim in Domini sanguine potum de pollutis visceribus erupisse*, miraculum erat. Quo et alia miracula, ibi recensita, tendunt. 3. Eodem denique fundamento superstructa est Cypriani opinio, haereticum non posse *sanctificare*, vel facere eucharistiam, quia Spiritum S. non habet. Illum enim cum censerent eucharistiae per consecrationem esse adjunctum, hinc eam ab haeretico, quippe spiritu carente, sanctificari non posse colligit. Quo cum contra eos, qui baptismum haeretici censebant esse legitimum, utatur argumento, eos eandem quoque sententiam de sacramentorum sanctificatione fovisse manifestum est, cum ex concessis argumentetur. Vid. Ep. 70. ad Januar., 70. ad Pompejum, et saepe alibi in hac disputatione.

§. LXI. Confirmant quoque hanc opinionem *effecta* sanctificationis, et Spiritus S. communicationis, ad vitam et inmortalitatem, quae sacramentis adscripserunt. De quo nunc adcuratius est exponendum. 1. Baptismum cum antecedentium peccatorum remissione esse connexum, et vim sanctificantem in baptizatum conferre, indubia est Cypriani opinio, quam ubique inculcat, ita ut loca proferre vix opus sit. Epist. 1*ma* ad *Donatum*, quod sibi ante conversionem inpossibile videbatur. *ut repente ac perniciter exuatur peccatum lavacro aquae salutaris*, illud se expertum esse testatur; *postquam*, inquiens, *undae genitalis auxilio superioris aevi labes detersa. in expiatum pectus serenum ac purum desuper se lumen infudit, postquam coelitus spiritu hausto in novum me hominem*

minem nativitas secunda reparavit. etc. Ep. 52. ad *Antonianum*, dicit, *primam mortem Christi sanguinem exstinxisse, et ab ea nos salutaris baptismi et redemtoris nostri gratiam liberasse.* Ep. 63. ad *Caecilium*, omnia fere Script. S. loca, quae de sola loquuntur aqua, qua purgantur credentes, de *baptismo* interpretatur, et diserte tradit, *per baptisma Spiritum S. accipi.* Epist. 70. ad *Januar.* inquit, *oportet ergo mundari et sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, abluere*: ubi et alia occurrunt plura similia. Ep. 71. ad *Quintum*, ait, *una est aqua in Ecclesia S., quae oves faciat.* Ep. 72. ad *Stephanum*, dictum Domini Joh. III. de regenerationis necessitate adplicat *baptismo.* Ep. 73. ad Jubaian. haec notabilia occurrunt verba: *inde incipit omnis fidei origo, et ad spem vitae aeternae salutaris ingressio, et purificandis ac vivificandis Dei servis divina dignatio*; mox quoque *peccatorum remissam* ac *sanctificationem* adtribuit baptismo, et Joh. III. ad eum adplicat. Ep. 74. ad *Pompejum*, *in Christo per lavacrum generationis nascimur: peccata purgare et hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat et Spiritum S., baptisma est, in quo homo vetus moritur, et novus nascitur.* Firmilianus quoque in ep. 75. ad *Cyprianum*, inter effecta baptismi recenset, *sordes veteris hominis abluere, antiqua mortis peccata donare, regeneratione coelesti filios Dei facere, ad aeternam vitam divini lavacri sanctificatione reparare.* Vid. quoque omnino locus Cypriani de *opere et eleemos.* supra citatus. Denique, ne plura congeram, Lib. III. Testimon. c. 65. ex Script. probat hanc thesin: *omnia delicta in baptismo deponi.*

§. LXII. Ex quibus cum de S. eucharistia, altero sacramento, judicium facile formari queat, unico defungar testimonio ex Ep. 63. ad *Caecilium*, quae tota est legenda: *epotato*, ita habet, *sanguine Domini, et poculo salutari, exponitur memoria veteris hominis, et fit oblivio conversationis pristinae secularis, et moestum pectus ac triste, quod prius peccatis angentibus premebatur, divinae indulgentiae laetitia resol-*

vitur etc. Ceterum, ut quae de efficacia sacramentorum, ex mente Veterum, in medium adduxi, rectius intelligantur, observari velim. 1. haec effecta, eos ipsis elementis non adtribuisse, sed *spiritui* divino cum illis conjuncto; ut ex supra dictis §. LVIII. satis elucescit. Novatianus de *regula fidei* c. 29. de Spiritu S. dixit, *hic est, qui operatur ex aquis secundam nativitatem* etc. 2. Effecta haec non nisi in Ecclesiae verae communione cum baptismo et eucharistia cohaerere, quia sanctificari nequeunt sacramenta nisi in ea: de quo loca citata satis testantur, et alibi in lib. Diss. S. L. III. egi. 3. Salutaria denique effecta non nisi in solos fideles conferri, cum reliqui non nisi noxia inde consequantur. Vid. Cyprian. de *Lapsis*.

§. LXIII. Restat unice, ut de vero eucharistiae *conspectu*, secundum autores hujus seculi, disseram, num scilicet sacrificii expiatorii, proprie dicti, speciem praetulerit: *sacrificii* voce quidem passim usus est Cyprianus de pane et vino, sed eodem sensu, quo Tertull., aliique ante Ipsum, quem suo loco supra exposui. Certum itaque 1. est, dona et munera, a fidelibus collata, quae partim faciendae eucharistiae, partim clericis, cedebant, nomine sacrificii fuisse insignita. Sic in lib. de *opere et eleemos.*, qui locus solus sufficit; *locuples et dives es, et dominicum celebrare te credis, quae corban omnino non respicis, quae partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis:* ubi in seq. *ea Deo dari* dicit, adeoque sacrificium, quod Deo offertur: ut et Ep. 28. ad *Presbyt. et Diacon. oblationes eorum a sacerdotibus offerri* dicuntur, scilicet eorum nomine. Sed et illud 2. dubio caret, nomine *sacrificii* venire eucharistiam, quia est sacrificii Christi, in cruce facti, *commemoratio*, *imago*, et sacramentum. Quod ex Epist. 63. ad Caecilium, ubi illud saepe recurrit, unicuique facile persuadebitur. Calix ibi plus una vice dicitur, qui *in commemorationem* offertur; sicut et *imago dominicae passionis* adpellatur, ac *dominici sacrificii sacramentum.* Vocat quidem ibid. sacrificium *verum et plenum*, sed relate

ad

ad opinionem, quam refutat, de sola aqua, sine vino, in eucharistia, cujus respectu *semiplena* erat, vino deficiente. Adpellat quoque sacrificium illud *ipsam Domini passionem*, quia ejus mentio est in sacra coena, ut addit; vel in commemorationem Domini, ejusque passionis. Nec tamen 3. nuda et simplex est commemoratio, signi aut sigilli instar, verum efficax et sanctificans, ut ex supra dictis elucescit, non *vi oblationis*, cujus nulla fit mentio, sed *adplicationis* meriti et passionis Christi, quam edendo et bibendo participant. Sicut *epotato sanguine Domini*; *et poculo salutari*, illud effici tradit, quamque *precibus* quoque in se derivabant. Quae ipsae preces, cum eucharistia conjunctae, verum, sed spirituale, fuerunt sacrificium. Sic Ep. 66. ad *clerum* et *plebem Furnis* consistentem, *altari et sacrificiis deservire*, *atque orationibus vacare*, tanquam ἰσοδύναμα conjunguntur: egregie etiam mox ibid. *offerri pro mortuo*, et *sacrificium pro ejus dormitione* celebrari exponitur, per *nominari apud altare Dei in sacerdotum prece*, et *oblatio cum deprecatione* confunditur.

§. LXIV. De *jejuniis*, quae alteram cultus religiosi partem faciunt, cum nihil habeam, quod ad sec. praeced. prolatis addendum est, ad cultus *tempora et loca* pergo. *Locus* publicus, ubi sacra peragi solebant, dictus fuit, praeter *Ecclesiam*, qua locus congregationis fidelium frequenter venit, κυριακὸν *dominicum*, uti ex Cypriano supra observavi, et *domus Ecclesiae* apud Euf. H. VII: 30. in historia Pauli Samosat., et l. IX: 9. de Maximino loquentem. *Templi* seu ναοῦ nomen adhuc fuit ignotum, et fanis Gentilium adstrictum, ut ex Minut. Fel. paret: cujus rationem ad sec. praeced. dedi. Ipse denique conventus Ecclesiasticus religiosus vocatur *concilium et conciliabulum* a Pontio in passione Cypriani: sic et συνόδους ποιεῖσθαι apud Euf. H. VII: 11. IX: 2. 9. Unde extra dubium collocatur, Christianos, sicut antea, ita et nunc, habuisse certa, et publica, loca, sacris destinata. Quod et aliunde confirmatur. Sic Cyprianus Ep.

admodum Ecclesias ab ipsis
runt quoque Euf. et Lactan
isse dirutas in initiis persec
§. LXV. *Temporum* sacro
statu manserit, paucis absol
Dominico, festisque annuis
petiturus. Festum *nativitat*
nulli non sine specie conten
6. (Epistolae enim paschalis
dam, quae etiam apud Bu
quippe spuriae, nulla est ha
tum esse Templum Nicom
Diocletian. *ipso die festi nat*
quod phrasi posterioris aevi
lum hujus rei exstat apud
autori recentiori, nec tantae
2. Tradit quoque Theodoret
pla fuisse dissoluta per Rom
tis. Denique 3. a probabili
pravatam fuisse historiam il
Pers. refert c. 12. de Eccles
sed diruta, et solo aequata,

Apostolis originem habere censentur, illud jam diu ante sec. IVtum fuisse usitatum, colligi posse videtur: sed fallax est ista August. regula, nec aliud hinc cogi potest, quam ante August. in frequente fuisse usu: de quo ad sec. seq.; ubi etiam de *horis canonicis* precum disseram. Ex Cypriani enim de *orat. Domin.* versus fin. nihil aliud derivari potest, quam horas *tertiam*, *sextam*, *et nonam*, solenniores fuisse precum, praeter *matutinas* et *vespertinas*, non ex publica institutione, nec etiam publico inservientes usui, sed ex privata devotione, et in usum privatum: uti ex inspecto loco cuique patere poterit.

REGIMEN ET DISCIPLINA.

§. LXVI. Ad *regiminis* Ecclesiastici notitiam cum pertinet discrimen inter Clericos et Laicos, nec non inter ipsos Clericos: de priore disserere incipiam. De Clericorum et Laicorum nominibus, hoc aevo vulgatissimis, d. ctis ad praeced. sec. hoc tantum addam, nomen Clericorum omnis ordinis clericos sine discrimine comprehendisse, inferioris ordinis aeque ac superioris. Sic a Cypriano ep. 29. de *lectore et hypodiaconis*, et ep. 23. de *exorcista et lectore*, usurpatur. In Canon. Apost. saepe Episcopi, presbyteri, diaconi, et reliqui Clerici occurrunt. Vetustus autor de *haereticis non rebaptizandis*, ad calcem operum Cyprian., in clerum *majorem* distinguit et *minorem*, et ad minorem refert *diaconos*, et alios ordinis inferioris. Can. Apost. 6to dicuntur esse ἐκ καταλόγε ex *catalogo sacerdotali*, et can. 12. ex *catalogo Clericorum*. Quod et ideo notandum est, quia concinit nomen *Canonici*, quo deinceps sunt insigniti, quatenus in *catalogo* sunt Ecclesiastico. De quo nomine, praeter alios, satis notos, vid. quoque T. Milles ad Cyrill. Hierosol. in principio. Cujus vero sit naturae discrimen Clericorum et Laicorum, ut in rem ipsam veniam, ex Veterum opinione, non idem sentiunt Docti: quare sententiam paulo fusius

us et adcuratius dicam, et adstruam, ordine et per partes eundo.

§. LXVII. Extra dubium mihi 1. videtur, plebi universae, in eligendo Episcopo, eandem et aequalem potestatem fuisse, ac reliquis Clericis ejus Ecclesiae omnibus, Presbyteris puta, Diaconis, et aliis; qui omnes judicialem, et non testimonialem tantum, habuerunt potestatem, seu jus eligendi, et suffragia ferendi, non testimonium solum dandi; Metropolitano, et provinciae Episcoporum synodo, rem simpliciter moderante: exceptis nonnullis casibus extraordinariis, quibus provinciales Episcopi rem aliter debebant ordinare, ex. gr. si maxima Ecclesiae pars censeretur haeretica, vel notabile esset dissidium etc. Thesin hanc de plebis potestate hae duae rationes satis evincunt, una ex Cypriani testimonio, altera e modo eligendi, petita. Cyprian. ep. 67. ad *Clerum et plebes* in Hispania, plebem dicit se a peccatore Praeposito debere separare, *quando ipsa maxime habeat potestatem, vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi; quod et ipsum videmus de Divina autoritate descendere, ut sacerdos, plebe praesente, sub omnium oculis deligatur, et dignus ac idoneus publico judicio ac testimonio comprobetur*, etc. addit mox, *ordinationem justam et legitimam esse, quae omnium suffragio et judicio fuerit examinata.* Imo hanc esse consuetudinem declarat in seq. *ab omni tempore ubique receptam; ut ad Episcopum ordinandum Episcopi provinciae proximi quique ad plebem, cum conveniant, et Episcopus deligatur, plebe praesente, sive de universae fraternitatis suffragio, et de Episcoporum, qui conveniunt, judicio.* Porro ep. 44. ad Cornelium dicit, *Episcopum collegarum ac plebis testimonio et judicio comprobari.* Ipse inde se fatetur, in ep. 59. ad Cornelium, *se populi universi suffragio esse delectum.* Idem ex ratione et modo eligendi facile elucescit, quae *altera* est ratio. Solebat sacerdos populo publice proponi, et rogari omnes, num eum vellent: quando respondebant, *dignus est*, vel *indignus*, vel et alio modo id significabant. Ad quem

morem respexit Alexander Severus Inperator, cum idem in Provinciarum Rectoribus ordinandis fieri jubet, quod *Christiani* et *Judaei* in *Sacerdotibus*, teste Lampridio.

§. LXVIII. 2. In reliquis eligendis Clericis eandem fuisse observatam consuetudinem ab Episcopo, ut plebis suffragium fuerit rogatum, itidem manifestum est. Ep. 38. quae inscribitur Presbyteris, Diaconibus, et plebi universae, ita incipit. *In ordinationibus Clericis, fratres carissimi, solemus vos ante consulere, et mores ac merita singulorum communi consilio ponderare:* agit autem ibi de ordinando Lectore Aurelio. Ep. 67. ad *Hispanos* idem esse observandum Apostolorum demonstrat exemplo, in Episcoporum non tantum et sacerdotum, sed et Diaconorum ordinationibus. Denique Cornelius apud Eus. H. VI: 43. diserte refert, Episcopo, cum Novatianum vellet ordinare *presbyterum*, restitisse universum clerum, et multos *laicos*, adeo ut illud non nisi precibus a Clero et plebe potuerit obtinere, ut hunc solum, licet minus legitime baptizatum, ordinari fuerint passi. Praeterea 3. in majoribus negotiis, sive ad doctrinam, sive ad ritus spectarint, ad Ecclesiam pertinentibus, ordinandis, *plebis* aeque ac Clericorum rogabatur, et requirebatur, judicium ac consensus. Cyprianus in ep. 14. ad *Clerum suum* inquit in fin. *se a primordio Episcopatus statuisse, nihil sine consensu plebis gerere.* Ep. 19. egregie, *hoc enim et verecundiae et disciplinae et vitae ipsi omnium nostrum convenit, ut Praepositi, cum Clero convenientes, praesente et stantium* (non lapsorum vel idololatriae aliquatenus reorum) *plebe, quibus et ipsis pro fide et timore suo honor est habendus, disponere omnia consilii communis religione possimus.* Sic et de admittendis lapsis ep. 59. *vix plebi persuadeo, imo extorqueo, ut tales patiantur admitti.* Denique Ep. 64. ad *Fidum* testatur, *sine petitione et conscientia plebis nemini a se pacem concedi.* Quod idem apud se fieri, simul oportere, referunt confessores Romani Ep. 31. ad Cyprianum, ut et Presbyteri et Diaconi Romae consistentes ep. 30. ad eundem. Denique

Cyprianus rogatus, quid de iis, qui curam Ecclesiae dereliquerunt, statuendum sit, respondet Ep. 34. *cui rei non potui me solum judicem dare, cum multi adhuc de Clero absentes sint — — — — et haec singulorum tractanda sit, et limanda plenius ratio, non tantum cum collegis meis, sed et cum plebe universa ipsa.* Qualia effata ubique sese apud Cyprian. offerunt. Quo etiam facit, quod *litteras* cum plebe communicatas voluit, praeterea in synodis adfuit saepe plebis multitudo. Sic in concil. Carthag. de *rebaptizandis haereticis*, in unum convenerunt Episcopi, cum Presbyteris et Diaconis, *praesente etiam plebis maxima parte.* Dionys. Alex. narrat apud Eus. H. VII: 24. se, cum in Arsinoiticam praefecturam, Chiliastarum dogma exstirpaturus, venisset, *convocatis presbyteris — — — praesentibus etiam fratribus, qui adesse voluerant, hortatum esse, ut ea doctrina palam in concione examinaretur.* Sed, ne plura coacervem, Epistola quoque a membris synodi Antiochenae in causa Pauli Samosat. scripta, non solum Episcoporum, sed et Presbyterorum, diaconorum, ac *plebis*, seu Ecclesiarum Dei, nomen praefert, apud Eus. H. VII: 30.

§. LXIX. 4. Denique, ex quo principio eam plebis potestatem derivaverit Cyprianus, aut qualem quantamque ei adsignaverit, operae pretium fuerit adcuratius investigasse, maxime cum illud videatur minus liquidum, et nec satis bene perceptum. Ex mea opinione, Ecclesiam Cyprianus non in Clericis tantum, sed et Laicis, constituit, ita ut ad res disponendas Laici concurrerint, tanquam Ecclesiae *partes*. Sic ex. gr. Ep. 33. de *Lapsis* dicit expresse, *in Episcopo et Clero, et omnibus stantibus, constitutam* esse. 2. Declaravit quoque, consuetudinem consulendi Ecclesiam ab Apostolis esse derivatam, uti vel ex eo patet, quod ad eorum provocaverit exemplar Ep. 67. supra citata. Attamen 3. cum Ecclesiam *super Episcopos constitutam* esse, et omnes actus Ecclesiam *per ejus Praepositos gubernari* adferat Cyprian. Ep. 33. et alibi saepe, Episcopi quoque ab Ipso et

et aliis communiter pro Apostolorum successoribus fuerint habiti, in ea videntur fuisse opinione, penes Episcopos et Praepositos eam potestatem originitus, et proprie, residere, sed *prudentiae* ergo plebis consensum esse necessarium, ut turbae vitentur, simulque ut de vita et moribus Clericorum melius constaret, et res per multorum judicia rectius ponderarentur. Quo phrasis, *Ecclesiam super Episcopos esse constitutam*, clare ducit, cum Ecclesiam non dicat Episcopis superiorem esse, sed iis, tanquam fundamentis, inniti, sicut Apostolis, quorum successores habebantur: quae ipsa opinio thesin nostram clare demonstrat. Denique *rationes*, a prudentia ductas, quas memoravi, ipse Cyprianus haud uno loco dedit, *sacerdotem plebe praesente*, *sub omnium oculis*, deligi dicit Ep. 67. *ut dignus*, *atque idoneus*, *publico judicio ac testimonio comprobetur*, ut, plebe praesente, vel *detegantur malorum crimina*, *vel bonorum merita praedicentur*, *et ordinatio omnium suffragio et judicio examinetur*, *et ne quis ad altaris ministerium indignus obreperet.* Sic et Romani confessores ep. ad Cyprianum 31. *cum grande delictum*, *et per totum orbem incredibili vastatione grassatum*, *non oporteat*, *nisi*, *ut Ipse scribis*, *caute ac moderate tractari*; *consultis omnibus Episcopis*, *Diaconibus*, *confessoribus*, *et Ipsis stantibus Laicis.* Vid. et Ep. 30. Denique Cyprian. ep. 14. dicit, *se a primordio Episcopatus nihil sine consensu plebis gerere statuisse*; ut et Ep. 19. *stantibus laicis pro fide et timore suo hunc honorem habendum esse*, *ut ipsis praesentibus omnia disponantur*: sicut et Ep. 59. fatetur, *facilitate sua aliquos esse admissos obnitente plebe et contradicente.* Cornelius quoque refert apud Eus. H. VI: 43. admissum a se esse alterum ex Novatiani ordinatoribus, quod pro *ipso plebs universa preces fudisset.* Quo etiam collineat, quod supra ex Lampridio observavi de Alexandro Severo.

§. LXX. Clericorum ipsorum discrimen duplex est, alterum *generale*, quo in majorem et minorem Clerum, vel in sacerdotes, seu praepositos, et ministros, distinguuntur, alterum

rum ipsos sacerdotes in duos ordines, Episcoporum et Presbyterorum, dividit. De quo duplice discrimine, et utriusque vero conspectu, adcuratius agam. *Generalis* discriminis fundamentum est peculiaris Presbyterorum relatio ad Episcopos, qua a Diaconis, et aliis minoris ordinis, tanquam ab ordine diverso, distinguuntur. Haec vero quae fuerit relatio, optime ex nominibus, honore, et officio Presbyterorum eruitur, quo ipso Presbyterorum traditur notitia. Quod antequam adgrediar, generale praemittam argumentum, quod universi Cleri in *majorem* et *minorem* praebet distributio: cujus supra memini. Sic et apud Cyprian. Ep. 4. ad Pomponium, 67. ad Hispan. et alibi, in *Praepositos* et *Diaconos* distinguuntur Clerici: ex quo, presbyteros ad praefectorum ordinem pertinuisse, elucescit. Adpellantur vero Episcopi et Presbyteri, communi nomine, *praepositi*, seu *antistites*, et *sacerdotes*. Sic Praepositorum nomine veniunt Presbyteri ep. 8. *cleri Romani* ad Carthagin., et Celerinus ep. 21. ad Lucianum dicit, *praeceperunt praepositi, eos tantisper sic esse, donec Episcopus constituatur.* De *sacerdotum* titulo communi unus ac alter suffecerit Cypriani locus. Ep. 61. ad *Lucianum: qui cum Episcopo Presbyteri sacerdotali honore conjuncti:* ep. 72. *sacerdotes* et *ministri* dicuntur Presbyteri et Diaconi. Accesserunt quoque *honore* proxime ad Episcopos. Sedebant enim in Ecclesia in *thronis* cum Episcopo, licet inferius, de quo postea, uti et in conciliis: surgendum quoque erat, cum Presbyter veniret, aeque ac cum Episcopus. Cyprian. testim. l. III. c. 85. Denique munera habebant multa communia: Presbyteri enim fere omnia, quae Episcopus, faciebant, ut concionari, sacramenta administrare, et alia. Gerebant cum Episcopo curam Ecclesiae, et Senatum constituebant Ecclesiasticum, ita ut fine illis nihil fere fecerit Episcopus. Cyprian. Ep. 59. ad Cornelium, *Cleri sacrum* ac *venerandum consessum* adpellat.

§. LXXI. Quae eorum communio licet Presbyteros reliquorum Clericorum ordini eximat, eos tamen Episcopis non

non aequavit, ita ut unum eundemque ordinem cum iis constituerint; secus ac Blondello et aliis visum fuit. Multa enim clare mihi evincere videntur, Episcopos alium ordinem, τάξιν, absolvisse, instar summorum apud Judaeos sacerdotum, seu Pontificum. Erant presbyteri *praefecti* et *sacerdotes*, sed Episcopus summus sacerdos, et supremus Rector, qui Presbyteris utebatur tanquam consiliariis in sacris ordinandis et administrandis. Quod sequentibus demonstro rationibus, quae episcopalis dignitatis, officii, aliorumque eo pertinentium, notitiam simul dabunt. 1. Inter *nomina*, Episcopis propria, eminuerunt hoc seculo Episcoporum, successorum Apostolorum, et vicariorum Christi. *Episcopi* titulus auctoritatem et potestatem in alios jam adtulit, teste vel sola *introductione* synodi Carthag. a Cypriano facta, *neque enim quisquam nostrum*, inquit, *Episcopum se Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos* adigit. Vid. et Ep. 66. ad Pupianum. Audiebant praeterea et habebantur *Apostolorum successores*. Sic Epi modo citata, *Christum dicere ad Apostolos*, inquit, *ac per hoc* (vel *hos*) *ad omnes Praepositos, qui et Apostolis vicaria ordinatione succedunt, qui audit vos, me audit* etc. Comparantur quoque ep. 65. edit. Baluz. *cum Apostolis*, et Ep. 75. Firmiliani ad Cyprian., Episcopi *ordinatione vicaria* leguntur successisse Apostolis. Altius et fortius adhuc sonat effatum Clari a Mascula in concil. Carthagin. *quibus* (Apostolis) *nos successimus, eadem potestate Ecclesiam Domini gubernantes*. Imo Ep. 55. ad Cornelium, et 63. ad Caecilium, Episcopus declaratur *vice Christi Judex*. Quo etiam facit, quod Episcopi dicti fuerint eximie *Patres et Papae*: uti variae Epistolae, Cypriano *Papae* inscriptae, ex. gr. 30. 31. 36. testantur. Sic et Heraclas, Episcopus Alexandrinus, *Papa* adpellatur a Dionysio Presbytero apud Eus. H. VII: 7. Videtur autem illud nomen Episcopis Alexandr. in initio proprium fuisse, et esse AEgyptiacum, quod *Seniorem* denotat: de quo ad sec. IV. Ex quo, ut id obiter obser-

vem, elucescit, Episcopum Romanum illud sibi sequentibus temporibus male, tanquam proprium, vindicasse.

§. LXXII. 2. Idem ex Episcoporum vero conspectu hoc sec. confirmatur. Episcopi, ut modo notavi, Christi vicarii, ac Apostolorum successores, fuerunt censiti, adeoque, quod observandum, a Deo et Christo constitui et dependere immediate, sed Presbyteri ab Ecclesia vel Episcopo, Vid. Ep. 66. ad Pupianum: sic et ep. 3. ad Rogatianum, ubi et haec occurrunt verba: *quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Episcopos facit, possunt et contra nos audere diaconi, a quibus fiunt:* ita saepe. Quo etiam pertinet, quod Ecclesia dicatur *super Episcopos constituta*, ut modo habuimus Ep. 33., et *centrum unitatis* adpellentur; Ep. 59. ad Cornel. 55. ad Antonian., et in lib. de *Unitate Ecclesiae*. 3. Eodem tendit, quod Episcopi distinctum fecerint *collegium*, claro indicio distincti a Presbyteris *ordinis*. Ep. 73. ad Jubaïan. fin. *collegii honorem* vult servari, nec Episcopos inter se dissentire. Ep. 55. ad Antonian. init. *accepi primus litteras tuas, concordiam collegii sacerdotalis firmiter obtinentes*; ubi etiam *cöepiscoporum collegium* memorat. Episcopi se invicem *collegas* adpellant, sed Presbyteros collegarum titulo nunquam ornarunt, uti apud Cyprian. ubique. 4. Robur addit diversus *ordinationis* modus in Episcopis et Presbyteris, quo *illi* a tribus Episcopis, *hi* a solo Episcopo Ecclesiae, ordinabantur. Ad ordinandum Episcopum praesentes totius provinciae adesse debebant, si possent, ad *minimum tres*, ut habet can. 4*tus* Nicaenus; Episcopus a *duobus*, vel *tribus*, ordinetur, can. 1*mus* Apostol. jubet, scilicet a *tribus* ordinarie, a *duobus* in casu necessitatis: quare *trium* passim fit mentio, et Novatianus *tres* Italiae Episcopos, ut ordinaretur, convocavit, Eus. H. VI: 43. Judaei quoque ad presbyterum, vel doctorem, ordinandum *tres* requisiverunt ad minimum presbyteros, teste Maimon. in *Hilcoth. Sanhedr.* c. 4. 5. Clarum quoque diversi ordinis indicium in eo fuit conspicuum, quod Presbyteri opus ha-

buerint

buerint nova ordinatione cum Episcopi fiebant. Solebant enim ex Presbyterorum ordine sumi Episcopi, et Episcopi debebant ordinari. Cyprian. ep. 67. ad Hispan. clare indicat, Episcopos solere eligi ex ipsa illa, cui praeficiebantur, Ecclesia, ubi dicit: *Episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit, et uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit.* Clarius Hieron. ep. 85. ad Evagrium, ubi, Alexandriae *a Marco Euangelista usque ad Heraclam et Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiore gradu collocatum, Episcopum nominabant.* Cyprianus quoque de Cornelio testatur Ep. 55. ad Antonian. *eum per omnia Ecclesiastica officia promotum — — — ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus adscendisse.*

§. LXXIII. 6. Officiorum tam clara quoque fuit in Episcopis et Presbyteris distinctio, ut ordinis diversitas negari nequeat. Praecipuum discrimen in ordinatione Clericorum, Episcopo propria, fuit situm. Hieron. ep. cit. ad Evagrium; *quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non facit.* Dicit quidem Cyprian. Ep. 52. ad *Cornelium*; Novatum, presbyterum tantum Charthagin., *diaconum constituisse et fecisse* Felicissimum, sed eo sensu, quo mox traditur, Novatianum fecisse Romae Episcopum, non utique *ordinando*, sed ambitione et per artes efficiendo, ut fieret: Novatianus enim a *tribus* Italiae Episcopis est ordinatus: ut ex supra dictis patet. 7 In ipsis quoque officiis, quae Episcopi et Presbyteri habuerunt communia, haud obscure sese offert ordinis discrimen, cum quod Episcopi autoritate omnia peregerint Presbyteri, tum rationem ei debuerint. Episcopi proprie erant, quibus Ecclesiae gubernatio competebat, uti Vacantius a Temisa, et Clarus a Mascula in concil. Carthag. professi sunt, Can. Apost. 33. ipsis verbis, *Presbyteri et Diaconi sine sententia et autoritate Episcopi nihil agant, nam Domini populus ipsi commissus est, et pro animabus ipsorum hic redditurus est rationem*: sic saepe alibi. Tertull.

tull. de baptismo c. 17. *dandi quidem jus habet summus sacerdos, qui est Episcopus; dehinc Presbyteri et Diaconi; non tamen sine Episcopi autoritate, propter Ecclesiae honorem.* Sic et Cyprian. ep. 33. ad Lapsos, *Episcopi honorem* adpellat, ubi Ecclesia dicitur *super Episcopos constituta, et omnes actus Ecclesiae per eosdem Praepositos gubernari.* Praeterea absente Episcopo, vel vacante sede, nova non poterant cudere decreta Presbyteri: sed vicini Episcopi erant in consilium vocandi, et dein confirmare debebat sua autoritate Episcopus electus. *Quamquam nobis*, inquit Clerus Roman. ep. 30. ad Cyprian. *differendae hujus rei necessitas major incumbat, quibus post excessum — — — Fabiani, nondum est Episcopus, — — — qui omnia ista moderetur, et eorum, qui lapsi sunt, cum autoritate et consilio, habere rationem.* Denique questus est Cyprian. ep. 17. ad plebem; *quosdam de Presbyteris — — — nec Episcopo honorem sacerdotii sui et cathedrae reservantes jam cum lapsis communicare, etc.* uti et Ep. 16. Presbyteros nonnullos, *loci sui non memores, nec sibi praepositum Episcopum cogitantes, quod nunquam omnino sub Antecessoribus factum, cum contumelia et comtemtu praepositi, sibi omnia vindicare:* quod mox *contumeliam Episcopatus* adpellat. Ceterum de jure Episcopi in reliquos Clericos inquirendi, ab iis rationem exigendi, eosque propria autoritate puniendi, ex Epistolis Cypr., et exemplis, satis constat. Suffecerit citasse Ep. 3. ad Rogatian., ubi docet, *Episcopum pro Episcopatus vigore et cathedrae autoritate, habere potestatem de Clero vindicandi.* Quibus tamen limitibus ea potestas fuerit circumscripta, postea ad sec. seq. tradam.

§. LXXIV. 8. Denique, ut alia, licet minoris momenti, non tamen nullius, subjungam, *honore* fuerunt ab ipsis presbyteris distincti: sedem habebant in Ecclesia superiorem, quae *cathedrae et throni* fuit insignita nomine, uti Eus. H. VII: 19. illam Jacobi *thronum Apostolicum* adpellat. Quod ipsum innuitur, cum Paulo Samosateno vitio a synodo Antiochena vertitur, quod *thronum* nimis sublimem sibi construxerit,

ſtruxerit, et *ſecretum* habuerit ad modum Principum ſecularium, Euſ. H. VII: 30. qui *tribunalis* praetulit ſpeciem. Utebantur autem hoc jam tempore ſedilibus *linteatis:* ut obſervavit Pearſon Annal. Cypr. ad a. 258. Praeterea, quod et huc facit, cum plures in una Eccleſia eſſe potuerint, et fuerint, Presbyteri, *unus* tantum erat, et eſſe debebat; Epiſcopus, ſicut unus Pontifex, et ſicut unus Chriſtus, ita unus *vice* Chriſti. Cyprian. Ep. 59. ad *Cornelium*, *unus in Eccleſia ad tempus ſacerdos*, *et judex vice Chriſti*. Ep. 55. ad *Antonian. cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit*, *quiſquis poſt unum* (Cornelium,) *qui ſolus eſſe debeat*, *factus eſt*, (Novatianus) *non jam ſecundus illi*, *ſed nullus eſt:* imo eum mox *extraneum* adpellat, et *adulterum*. Vid. quoque ep. 49. Cornelii ad Cyprian. *nec enim ignoramus*, dicunt confeſſores Eccleſiae Romanae, qui Novatiano in initio adhaeſerant, nunc ad Eccleſiam redierant, *unum Deum eſſe*, *unum Chriſtum eſſe Dominum — — unum Spiritum S.*, *unum Epiſcopum in Eccleſia Catholica eſſe debere*, ſcilicet Romana, et alia quacunque. Vid. etiam can. 8. Nicaenus, et quae habet Theodoret. H. II: 14. Nec tamen illud tam ſtricte ſemper eſt ſervatum, ut nonnullis in caſibus neceſſitatis ab eo non fuerit diſceſſum. Inter quos eſt, quo Epiſcopo fuit *coadjutor* adſignatus, qui ipſi, ſenio aut alio caſu inpedito, ita ut functionem adinplere nequeat, adjunctus fuit, tanquam alter Epiſcopus. Cujus moris primum, quantum novi, hiſtoria ſuppeditat exemplum in Alexandro, qui, hoc ſec., adſociatus eſt Narciſſo, Epiſcopo Hieroſolym. Euſ. H. VI: 11. Sed plura occurrunt ſeculis ſequentibus.

§. LXXV. Tractatione de Clericorum in ſingulis Eccleſiis diſcrimine abſoluta, difficiliorem de Epiſcopis diverſarum Eccleſiarum, et eorum ad ſe invicem relatione, adgredior, quae ad Chorepiſcopos, Metropolitanos, Patriarchas, et Epiſcopos Romanos ſpectat. De quibus ſingulis differendum eſt, ſed uno tantum verbo de Chorepiſcopis, qui lii

iam tempore Hadriani eo titulo fuisse insignitum, quia Hadrianus in aliqua Epistola, Vopisco memorata, *Patriarchae* Alexandriae fecit mentionem: verum non Christianorum, sed Judaeorum intelligi Tiberiadensem in Palaestina, cui Judaei per AEgyptum erant subjecti, dudum est observatum. Vid. Pearson Vind. Ignat. p. I. c. 11. Nomen inter Christianos ante tempora Socratis fuisse inusitatum, ex Socrate H. V: 8. constat. Sed ejus potestatis initia iam hoc tempore in Episcopo Alexandrino fuisse conspicua, ex eo non videtur inprobabile, quod ei Ecclesiae AEgypti, Libyae, et Pentapolis fuerint subjectae, secundum can. 6. Nic., modo citatum. Erat enim haec dioecesis AEgypti, sex provincias complexa, Thebaidem, Arcadiam, Augustanicam, AEgyptum proprie dictam, Libyam inferiorem, et superiorem, seu Pentapolin: sed alia deficiunt exempla: quare huic rei non inmoror.

§. LXXVII. Longe majoris momenti quaestio est de Romani Episcopi potestate, et autoritate, num Romani fuerint omnium orbis Ecclesiarum universales Episcopi, potestate in reliquos praediti omnes, quod Romano-Catholici contendunt, cum aliqua cura hic ventilanda, ita ut et ejus hypothesios falsitas in clare ponatur luce, simul vera Episcopi Romani potestas elucescat. Adversatur ea 1. directe Veterum constanti opinioni de *independentia et aequalitate* Episcoporum; qui genuinus eorum hoc tempore fuit conspectus. *Independentia* singulorum Episcoporum in eo fuit sita, quod in sua singuli Ecclesia qualescunque res, quae fidei non destruebant principia, ordinare propria potuerint autoritate, absque ut aliis debuerint rationem, ex. gr. in liturgiis, confessionum formulis, haereticorum baptismo admittendo, vel repudiando etc. De qua potestate clare ex Cypriano, et aliunde, constat. Ep. 52. ad *Antonian.*, *manente concordiae vinculo, et perseverante Catholicae Ecclesiae individuo sacramento, actum suum*, inquit, *disponit, et dirigit, unusquisque Episcopus, rationem propositi sui Domino redditurus.* Ep.

arbitrii sui liberam potest
in fin.

§. LXXVIII. *AEquali*
timoniis clarissime effulg
directe adfirmant. *a.* U
po Romano, vel alii, ali
nitur concordia, adeo u
copatum, concordiae vi
de unitate Ecclesiae, *Ep*
singulis in solidum pars ten
te dixerat, *tenere ac vind*
in ea praesidemus, ut E
indivisum probemus, Epi
Episcopatus unus Episcop
diffusus, Ep. 73. ad Jub
et leniter, caritas animi,
cordia sacerdotii. Quo eti
rint adpellati, et Episcop
spiciendam sese quoque p
te opinione de omnibus
adeoque in eodem ad se
Ito fuit, constitutis. Cyp
utique et caeteri Apostoli,
diti et honoris et potestatis.

diceret, se primatum tenere, et obtemperari a novellis et posteris sibi potius oportere. c. Denique nihil in hanc rem est evidentius dictis Cypriani, in Praef. ad concil. Carthagin. *Superest, ut de hac ipsa re singuli, quid sentiamus, proferamus, neminem judicantes, aut a jure communicationis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis Episcopus, pro licentia libertatis, et potestatis, suae, arbitrium proprium, tamque ab alio judicari non possit, quam nec ipse potest alterum judicare, sed exspectemus universi judicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus et solus habet potestatem, et praeponendi nos in Ecclesiae suae gubernatione, et de actu nostro judicandi.* Quae verba, sicut Episcoporum aequalitatem diserte exprimunt, ita Paparum Romanorum primatum clarissime refutant, et funditus evertunt.

§. LXXIX. 2. Nec alia deficiunt apud Cyprianum, et alios, luculenta testimonia, quibus autoritas, quam sibi adrogare incipiebant Episcopi Romani, retunditur, nec alia ipsis conceditur, ac quae omnibus convenit Episcopis, potestas. Ep. 55. ad Cornel. ipsis adfirmat verbis, *non minorem esse Episcopis in Africa autoritatem ac Romae, cum omnibus portio gregis sit aequaliter adscripta.* Firmilianus epi 75. ad *Cyprianum* adrogantiae Stephani acceptum refert, quod supra alios se erigat: *atque ego,* inquit, *in hac parte juste indignor, ad hanc tam apertam et manifestam Stephani stultitiam, quod, qui sic de Episcopatus sui loco gloriatur, et se successionem Petri tenere contendit,* etc. *multas alias petras inducat,* addens mox, Stephanum, *per successionem cathedram Petri habere se, praedicare.* Quod ipsum ex Cyprian. ep. 74. ad *Pompejum,* et celebri illa lite de baptizandis haereticis, ut postea patebit, manifestum est. Denique 3. si gubernationis Ecclesiae ratio habeatur, nullas Romanis Episcopis partes in exteris fuisse Eccclesiis, ad oculum adparebit. Cyprianus cum Collegis Ecclesias gubernavit Africanas, sy-

nodos convocavit, et omnia direxit negotia. Consuluerunt quidem, aeque ac alios Episcopos, quoque Romanos, sed eorum non agnoverunt autoritatem. Cyprian. ep. 29. ad Clerum Roman: *et dilectio communis et ratio exposcit, fratres carissimi*, inquit, *nihil conscientiae vestrae subtrahere de his, quae apud nos geruntur, ut sit nobis circa utilitatem Ecclesiasticae administrationis commune consilium.* Sic quoque Clerus Roman. ep. 31. ad *Cyprian.* fatetur, Cyprianum, *pro sua verecundia et ingenita industria, consiliorum suorum Clerum Romanum non tam judicem, quam participem, inveniri voluisse.*

§. LXXX. His principiis si severe institissent, omnesque ad ea confirmassent actiones, ambitionem Episcoporum Roman. facile refraenassent, et superassent: sed cum, nonnullis opinionibus ducti et incitati, nimium passim adtribuere solerent Romanis, eorum autoritati sensim praebuerunt pabulum, viamque ad supremum ejus gradum straverunt ipsi. Quae in lucem proferri merentur. 1. Opinio de Petro, Apostolorum *primo*, ejusque cathedra, Romae stabilita, et ab Episcopis Romanis insessa, multum ad honoris et autoritatis eorum incrementum contulit. Consideraruntutique eam cathedram, ad successores Petri devolutam, tanquam *unionis* principium, et, sicut Petrus aliquam prae reliquis Apostolis hoc respectu habuit, ex Veterum opinione, praerogativam, ita et Romanos Episcopos eodem honore vestitos esse existimarunt. Vid. Cyprian. de *Unitate Ecclesiae*, et quae in libris Diss. s. l. III. hac de re exposui. Hinc est, quod Ecclesia Romana fuerit dicta *principalis, unde unitas-sacerdotalis exorta est*, ep. 55. ad Cornelium. 2. Accessit ipsius urbis autoritas, per orbem Romanum sese porrigens, et ad Ecclesias translata. Quemadmodum enim Episcopi Metropoleon majorem sensim nacti sunt honorem, propter urbium praerogativas, sic Romae Episcopi, propter urbis universalitatem, honorem universalem. Sic Ep. 49. ad *Cornelium: plane, quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma praecedere, illic majora et graviora commisit*, sci-

licet

licet Novatus. 3. Generalis hypothesis de nimia Episcoporum autoritate, tanquam cui, in rebus fidei et religionis, omnes adsurgere debeant fideles, multum quoque ad Episcoporum Roman. contulit dominatum universalem. Tenuit eam, et haud obscure expressit Cyprian. Ep. 59. ubi, *haereses et schismata inde traxisse originem*, declarat, *quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, et ad tempus Judex vice Christi, cogitatur.* Loquitur quidem non de Episcopo aliquo universali, sed de *singulis* Episcopis, secus ac volunt Romanenses, uti ex inspecto loco, et supra dictis, manifestum est; a Juello quoque contra Hardingum dudum evictum: attamen, ratiocinium ejus recte trahi potest ad necessitatem Episcopi Universalis evincendam: uti facile patet.

§. LXXXI. 5. His praejudiciis inbuti *primas* jam dare coeperunt Episcopis Romanis, ipsos de majoris momenti rebus, prae aliis, consulendo: uti saepe apud Cyprian. occurrit. Imo si in dissitis quid accidisset locis, quod fidei et Ecclesiae videbatur aliquid damni adlaturum, ad eos praecipue confugiebant, et eorum opem inplorabant. Sic cum Dionysius Alexandr. epistolam ad Sabellianam haeresin exstirpandam scripsisset, quae verae Christi divinitati videbatur injuriosa, certiorem mox fecerunt Dionysium Romanum, et apud eum accusarunt, qui etiam mox, convocata synodo, eos damnavit, qui Christum dixerint *ποίημα creaturam*; de quo decreto etiam Alexandrinum reddidit certiorem, et ad apologiam conscribendam adegit. Vid. Athanas. de *sententiis Dionysii contra* Arian. oper tom. I. Ipse Cyprianus in Ep. 67. ad Stephanum, si, quod alibi contendit Launoius, non sit spuria, *dirigantur*, inquit, Stephanum adlocutus, *in provinciam, et ad plebem Arelate consistentem, a Te litterae, quibus abstento Marciano* (Episcopo Arelatense) *alius in locum ejus substituatur* etc. Unde haud obscure patet, Romanis Episcopis jam majorem fuisse datam autoritatem; cum non ipse scripserit, sed a Romano in specie fieri voluerit. Nec

tamen hic locus potestatem Romani demonstrat, sed tantum autoritatem aliquam majorem: non enim *mandare* poterat, ut alius eligatur Episcopus, sed autoritate sua id efficere, quatenus judicio ejus et consiliis multum solebat tribui prae reliquis Episcopis. Denique Episcopi, qui injuriam sibi factam putabant, ad Romanos, non quidem tanquam judices, via *adpellationis*, sed potentis intercessoris, se conferre solebant, auxilii inveniendi ergo. Quod tamen Papae ambitiosi postea ad jus adpellandi ad sedem Apostolicam defendendum adripuerunt. De Basilide, apud Hispanos deposito, Cyprian. ep. 68. ad Hispanos, *nec rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta, et conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum, collegam nostrum, longe positum, et gestae rei ac veritatis ignarum, fefellit; ut exambiret reponi se injuste in Episcopatum, de quo fuerat jure depositus.* 5. Accessit denique ad haec omnia Episcoporum Roman. *ambitio*; quae illis fundamentis innixa, potestatem magis magisque in altum erexit. De quo ex Stephano, ejusque litibus cum Cypriano, uti postea patebit, abunde constat. Vid. quoque verba notabilia Firmiliani de Stephani adrogantia, ep. 75. ad *Cyprian.* supra §. LXXVII. in medium adducta. Quo etiam facit, quod Decius Inperator propterea *tolerabilius* credidisse tradatur apud Cyprian. ep. 52. ad Antonian. *contra se aemulum principem erigi, quam Romae constitui sacerdotem.*

§. LXXXII. Principem locum in clero minore, de quo agendum restat, tenuerunt *Diaconi*, vero suo conspectu Presbyteris *inferiores*, sed reliquis clericis *superiores*. Quod paulo latius deducendum est, eo etiam scopo, ut muneris dignitas et qualitas in lucem prodeat. Fuisse eos *ordine* a Presbyteris distinctos, et inferiores, ex supra dictis de Presbyteris clare satis constat: quae non repetam, nonnulla hic addidisse contentus. Can. Nicaeno 18*vo* jubentur Diaconi *manere intra suas mensuras, scientes se Episcoporum ministros,*

r *Presbyteris minores*, quare iis in Ecclesia inter Presbyte-
os *sedere* interdicitur. Adpellat quoque eos Cyprian ep. 3.
d Rogatian. *Episcopatus et Ecclesiae ministros.* Quod di-
crimen ex *officiis* quoque Diaconorum elucescit. Etsi enim
onnulla cum Presbyteris habuerint communia, uti *baptiza-*
r, *concionari*, *poenitentes* per inpositionem manuum recipe-
e: ea tamen non sine peculiari concessione, in casu ne-
essitatis, vel nemine de clero majore praesente, peragere
cebat. Quod de poenitentium reconciliatione luculenter
x Cypriano patet. Ipse enim ep. 18. ad *Clerum suum*,
dit. Oxon. permittit, ut *lapsi poenitentes*, *si incommodo ali-*
io et infirmitatis periculo occupati fuerunt, *non exspectata*
aesentia nostra, inquit, *apud presbyterorum quemcunque prae-*
ntem, *vel*, *si presbyter repertus non fuerit*, *et urgere exitus*
eperit, *apud Diaconum quoque exomologesin facere delicti sui*
ssint, *ut*, *manu iis in poenitentia inposita*, *veniant ad Domi-*
m cum pace. Sed inter officia, ordines distinguentia, eti-
i erat, quod diaconis *eucharistiam facere* negatum sit.
ersabantur quidem circa eucharistiam, munera populi re-
piendo, et sacerdotibus offerendo, nomina offerentium
citando, denique consecrata panis et vini elementa por-
gendo fidelibus, sed *panem et vinum consecrare* non pote-
rt. Can. Nic., modo citatus, *eos offerendi* potestate ca-
e diserte dicit. Utitur quidem Cyprian., in lib. de
psis, verbo *offerendi*, de Diaconis loquens, sed distribu-
nem intelligit, ut ipsa docent verba: *solennibus adinpletis*,
juit, *calicem offerre praesentibus coepit:* nec alio sensu ver-
Laurentii Diaconi, quibus Xystum Episcopum, ad mar-
ium properantem, adlocutus legitur, apud Ambros. de
iciis, et ex eo in *act. sincer. mart.* Ruinarti, capienda
t; quae haec fuerunt. *Quo sacerdos sancte! sine diacono*
eras? nunquam sacrificium sine ministro offerre consueve-
. *Quid in me ergo displicuit*, *Pater? num quid degenerem*
asti? experire certe, *utrum idoneum ministrum elegeris*, *cui*
misisti Dominici sanguinis consecrationem; scilicet non sa-

cramentalem in altari, ab Episcopo faciendam, sed ministerialem, qua Episcopo consecranti adsistebat, et populo, cum formula solita, *offerebat*; ut verba sequentia docent, quibus *consortium consummandorum sacramentorum* adpellatur. *Consecratio* itaque intelligitur non *facienda* a Diacono, sed jam *facta* ab Episcopo, ut *consecratio sanguinis* idem sit, ac *sanguis consecratus*.

§. LXXXIII. Reliquis vero clericorum ordinibus inferioribus fuerunt longe superiores. Erant enim Diaconi primi et honoratiores Episcoporum ministri, qui eorum etiam subinde locum supplebant, uti in conciliis, quando sedebant, et suffragia ferebant, non qua *Diaconi*, sed *procuratores*, loco et nomine Episcoporum. Cujus moris exempla haud rara sese sequent. temporibus offerunt. Deinde, poterant, absente Presbytero, inferiorem Clericum excommunicare, quod inferioribus non licebat Clericis. Const. Ap. l. VIII: 28. Officia denique eorum erant honorata valde. Praeterquam quod Episcopis inservierint, propterea eorum *oculi*, *os*, *angeli*, *prophetae*, dicti Const. Ap. II: 30. et oculi quoque ab Isid. Pelus. l. IV. ep. 188. praecipuum erat, fideles docere, et admonere, quomodo sese in quovis cultus genere debeant gerere in Ecclesia, quique minus decenter agebant, eos reprehendere et castigare: ibid. l. II. c. 57. Prius illud, quo in Ecclesia congregata instruebant praesentes, et adhortabantur, solemnibus saepe adhibitis formulis, ut supra notavi, dictum speciatim fuit κηρύσσειν *praedicare*; quod non denotat eo in casu *concionari*, sed κηρυκος *praeconis* vice fungi in Ecclesia: ibid. VIII: 5, 6. Sic Athanasius refertur a Socrat. H. II: 11. diacono suo jussisse, κηρύξαι εὐχὴν *proclamare precationem*, et ad eam adhortari. Vid. etiam Bevereg. ad can. concil. Ancyrani. Idem denique ex honore, quo diaconus ab inferiore clero adficiendus erat, colligi potest. Quemadmodum enim Diaconis, praesente Presbytero, non, nisi jussu ejus, sedere licebat; sic, diacono praesente, reliquis clericis, non nisi jubente

jubente diacono, illud fas erat: ut habet can. 20*mus* Laodicenus. Ceterum numerus eorum per omnes Ecclesias nec idem fuit, nec definitus. In variis erant *septem*, ad exemplum institutionis, ut putabatur, Apostolicae Act. VI. Quod de Ecclesia Romana testatur Cornelius apud Eus. H. VI: 43. et de Alexandrina in initio Severus Alexandrinus, vid. Bevereg. ad canon. Neo-Caesareens.: sed hoc tempore ibi oportet plures fuerint: utique *novem* memorantur ob Arianismum excommunicati in Ep. encyclica Alexandri apud Theodor. H. I: 4. Tradit quoque Sozom. H. VII: 19. Romae quidem *septem* esse, sed aliis in locis non fuisse *numerum definitum*.

§. LXXXIV. Praeter Diaconos jam hoc seculo fuerunt plures alii inferioris ordinis Clerici, uti Subdiaconi, Lectores, Cantores, Exorcistae, Acoluthi, Ostiarii, partim in Can. Apost., partim apud Cyprianum, ut ex supra dictis patet, memorati, omnes a Cornelio apud Eus. H. VI: 43. de quibus ad sec. sequens nonnulla monebo; ubi Disciplinae Ecclesiasticae adcuratiorem quoque dabo notitiam, quatenus et hoc sec. ex parte obtinuit. De litibus ad eam pertinentibus postea exponam suo loco, ut et de synodis propterea, et in causa haeresium, habitis. Quare ad vitam et mores Christianorum, seu *quartam* partem Ecclesiae essentiaem, pergo.

VITA ET MORES.

§. LXXXV. Parum hac parte habeo, quod dictis sec. Ido addam, nisi hoc unum, statum Ecclesiae, maxime circa medium sec., minus fuisse laudabilem, quoad vitae puritatem, et virtutis exercitium. Origen. ad Matth. p. 420. 41. ed. Huet., fastum, superbiam, aliorum contemtum, et tyrannidem in Rectoribus Ecclesiae notavit, et vivis depinxit coloribus; qui etiam de corruptione Christianorum in genere testatur, hom. X. in Genes. oper. nov. ed t. II.

... acriter
haud magni pretii

PA

§. LXXXVI. (
quorum alii ad E
et ex ea, qua tali
mundum, feliciore
neris partim ad do
res, unde splendo
dependet, spectat,
haeresium et schism
gationem per orben
nitatem a persecutio
vilibus dicam. De
Dona extraordinaria,
dis inde incipiam,
et visiones divinae,
ribus sit credendum,
priano, Gregorio T
jam produxit Dodwel
legi potest; licet pler
credulitate laborarint,
rint recentae

praeced. ex Origene et Theophilo jam obſervavi: adeo ut hac parte minus ſplenduerit Eccleſia. Loquuntur quidem, ubi cum gentilibus agunt, magnifice et hyperbolice de exorciſmo, tanquam miraculoſa expulſione daemonum, ſed, ubi mentem clarius exponunt, valde limitant eam poteſtatem, et ingens inter Chriſti, et Apoſtolorum, ejectionem daemonum, vere miraculoſam, ac exorciſmum, in Eccleſia uſitatum, diſcrimen haud obſcure patefaciunt, dum expulſionem non inperioſe, ſed per preces, et judicii Divini in Satanae poteſtatem denunciationem, fieri declarant, nec ſemper aut mox effectum habere fatentur. De quo plura dicere poſſem, ſed locum Origenis ad Matth. XVII: 21. nunc citaſſe ſuffecerit.

§. LXXXVII. Quod ad viros eruditione et pietate claros adtinet, non defuerunt quidem tales in Eccleſia, ſed longe minor fuit eorum copia. Recenſebo praecipuos, praeter eos, quos in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſt. ſupra recenſui. Inter Epiſcopos Romanos nemo per ſcripta, quae aetatem tulerunt, nomen eſt adeptus, pauci aliquo facto laudabili fuerunt clari. Miſſis Zephirino, Calliſto, Urbano, Pontiano et Antero, de quibus nihil ſingulare conſtat, *Fabianus*, ejus ſucceſſor, celebratur a ſingulari electionis modo, in eo ſito, quod, cum de Epiſcopo eligendo deliberaretur, *columba* narretur, e ſublimi repente delapſa, capiti ejus inſediſſe: ita utique *narrari* inquit Euſ. H. VI: 29. Sedit vero ab a. 236. ad a. 250. *Cornelius*, a. 251. electus, et unius tantum anni ac 3 Menſ. Epiſcopus, *Novatiani* tantum factione, qui Epiſcopatum ſibi rapuit, clarus fuit. Praeterea Centumcellas a Gallo Inperatore in exilium miſſus diem ibi obiit ſupremum, teſte Chronico Damaſi. Superſunt aliquae Cypriani ad eum Epiſtolae, qui ejus Epiſcopatum agnovit, et ſtabilivit contra Novatianum: ſed Epiſt. Cornelii ad Lupicinum Viennenſem ſpuria eſt, uti oſtendit Pearſ. Annal. Cypr. a. 252. *Stephanus*, qui Lucium, Cornelii ſucceſſorem, excepit, nomen ſuum damnanda

ambitione, et lite, quam cum Cypriano et Africanis exercuit, de quo poftea, ad pofteros propagavit. Sedit ann. 4. et M. 2., ut idem habet Chronicon. Succeffor ejus *Sixtus* II., a. 257. ordinatus, et Menf. 11. fedit, celebris martyrio fub Valeriano et Gallieno; nec non, quod corpora Petri et Pauli, ad Catacumbas, in fedem tutiorem, legatur, *in indiculo depofitionis* martyrum, tranftuliffe. *Dionyfius*, ejus fucceffor, a. 259., poftquam fedes annum vacaffet, hoc nomine celebrem fe praeftitit, quod Dionyfium Alexandrinum, haerefios, quae Chrifti divinitatem negat, accufatum, abfolverit, lecta ejus apologia; ut refert Athanaf. de *fententia* Dionyf. Alex. contra Arianos. De *Felice*, qui ei fucceffit, nihil exftat memorabile, nifi quod miffas fuper *fepulchra*, five, ut alia habet lectio, fuper *memorias* martyrum inftituiffe legatur in libro Pontificali. Sedit a. 4. M. 11. Miffo Eutychiano, qui 8 ann. et. M. 11. et Cajo, ab a. 283 ad 296., qui obfcuri funt nominis, *Marcellinus* memorandus eft, eo nomine clarus, quod, minis fuperatus, *thus* narretur adoleviffe *idolis*, fed mox, poenitentia acta, martyrio coronatus in perfecutione Diocletianea, in *Chron. Damafi*, et *actis* concil. Sinueffani: fed lapfum effe fictum, et acta fuppofitia, multis evicit Papebrochius in conatu *Chron. Hiftor.* ad *catalogum Pontificum.* Nec certum eft Marcelini martyrium, Veteribus non memoratum. *Inclaruit* quidem, tefte Theodoreto H. E. I: 3. *perfecutionis tempore*, et in ejus tempora dicit Euf. H. VII: 32. incidiffe *perfecutionem*, fed martyrio fuiffe adfectum nemo Veterum illorum tradidit.

§. LXXXVIII. Inter Alexandrinos Epifcopos principem hoc feculo locum tenuit Dionyfius, cujus hac aetate decefffores fuerunt *Demetrius* per ann. 43. fub quo claruit Origenes, et *Heraclas* ann. 16., e Gentili Chriftianus, et Origenis difcipulus, primum presbyter Alexandrinus, et fcholae Catecheticae praefectus, dein, Heracla mortuo, Epifcopus Alex. ab a. 247. ufque ad a. 265., et Gallieni 12*mum*, ftan-

te

te synodo Antiochena contra Paulum Samosat. mortuus, Eus. H. VII: 28. Celebre nactus est haud una de ratione nomen, unde Magni tulit elogium. Fautor fuit Origenis, et post mortem eum laudavit in Ep. ad Theoctistum apud Phot. Bibl. cod. 232. Novatiani schismati sese fortiter opposuit. Nepotis ac Chiliastarum AEgypt., hypotheses repressit, scripto quoque libro de *Promissionibus* Eus. H. VII: 24. Qua occasione de Johannis *Apocalypsi*, cui Chiliastae in primis innitebantur, opinionem suam exponit, quae huc redit; esse quidem librum divinum, sed non intelligibilem, nec Johannem Apostolum, sed alium aliquem, ejus nominis, sibi ignotum, esse autorem: argumentatur praecipue ex stili Euangelii, et Epistolae Johannis, differentia, et quod Johannis se hic expresse nominet in principio, et fine libri, secus ac in Euangelio et Epistola fecit. Quaestiones de hereticorum baptismo conatus est sopire, et pacem reddere sartam tectam, licet in Cypriani sententiam propensior. Eus. ib. c. 7. Contra Sabellium scribens in alterum visus est delapsus extremum; a qua suspicione sese purgavit in Ep. ad Dionysium Romanum, cujus fragmenta conservavit Athanas. de *sententiis Dionysii*. Synodo Antiochenae, licet vocatus, non interfuit prae senio, sed litteris, ad eam directis, Samosateni haeresin damnavit Eus. H. VII: 27. Ad ipsum Paulum, quae superest, Epistola, supposititia est; ut recte advertit Vales. ad Eus. ib. c. 30. Denique, grassante Deciana persecutione, prehensus quidem est a militibus, sed mirabiliter elapsus, Eus. ib. c. 40. Valeriana vero persecutione in exilium missus, sed triennio post rediit Alexandriam a. 261., variosque vidit ibi tumultus, AEmiliano tyrannidem occupante, Eus. ib. c. 21. Misso *Maximo et Theona*, memorandus est *Petrus*, qui sedem capessivit a. 300., et per 12 ann. tenuit, sub Maximino a. 311. martyrio coronatus. Eus. H. VII. cap. ult., qui, eum toto illo tempore maximam consecutum esse gloriam, seseque *arctiore vitae disciplina exercuisse*, tradit.

 §. LXXXIX.

§. LXXXIX. De *Hierosolymae*, seu *Aeliae*, quo nomine adhuc fuit insignita, Episcopis, post Alexandrum, quem in successione enarranda memoravi ad sec. praecedens, nihil habeo quod observem. Alexandro successit Mazabanes Eus. H. VI: 39., dein Hymenaeus, qui ab Eus. H. VII: 14. valde laudatur, et Synodo Antiochenae contra Paulum adfuit, ib. c. 30. Zabdas, et Hermon, postremus ante persecutionem Diocletian. ib. c. ult. Inter *Antiochenos* post Babylam, quousque catalogum sec. praecedente perduxi, pauci hoc tempore nomen nacti sunt. Babylae successor Fabius, Eus. H. VI: 39., Novatiani partibus faventior, synodum coegerat Antiochiae, cum litteras Cornelii de ejus facinoribus acceperat, sed quam morte praeventus non habuit ipse, verum successor ejus Demetrianus, cujus meminit Eus. ib. c. 46, et VII: 5. Eum excepit Paulus Samosatenus, de quo postea, cui deposito successit Timaeus, Cyrillus, aetate Eusebii, ib. c. 32. Tyrannus, cujus tempore Ecclesiarum vastatio per ultimam persecutionem maxime viguit, Eus. l. c. Ceterum cum Dorotheus, presbyter Antioch. sub Cyrillo, celebrioris fuerit nominis, ejus mentio hic obiter facienda est. Adpellat eum Eus. l. c. *doctissimum*, Script. S. studiosissimum, etiam, quod rarissimum erat, Hebraeae linguae peritum; quem Eus. dicit, se Script. S. exponentem audivisse. Fuit vero, ut refert Eus., ab ipso matris utero eunuchus, sed probe a Dorotheo, cubiculario Diocletiani, cujus martyrium describsit Eus. H. l. VIII., distinguendus est, secus ac fecit *Blondellus*: Vid. Vales. ad Eus. H. VII: 32. Floruit et alius Ecclesiae Antiochenae Presbyter, celebrioris adhuc nominis, Lucianus, silentio non involvendus. Insignem praestitit operam edendae et emendandae versioni Graecae LXX Interpretum: cujus editio propterea Lucianea est dicta, et per Ecclesias Orientis, Antiochia Constantinopolin usque, usitata, teste Hieronymo adversus Ruffinum. Num vero Pauli Samosat. erroribus fuerit infectus, disputatur. Utique Antiochenae

Ecclesiae

Eccleſiae ſub Paulo non tantum fuit presbyter, ſed Alexander, Epiſc. Alex., ipſum pluribus annis, a communione trium Epiſcoporum Antiochenorum ſeſe ſejunxiſſe, et collectas ſeorſim celebraſſe, teſtatur, apud Theodoret. H. I: 4. Atenim cum, illi ſectae eum fuiſſe addictum, diſertis non dicat verbis, fieri poteſt, ut Paulum cenſuerit injuſte depoſitum, et propterea ſucceſſorum ejus communionem vitaverit, donec ad Eccleſiae unitatem redierit: rediiſſe enim eum vel ex eo colligi poteſt, quod *trium* tantum Epiſcoporum meminerit Alexander, quorum fugit commercium. Conſtat utique, eum, martyrio ſub Maximino adfectum, pro martyre Eccleſiae fuiſſe honoratum, jam a ſec. IVto uſque. Vid. Tillemont. memor. Eccleſ. t. V. in not.

§. XC. Praeter hos celebriorum urbium Epiſcopos, et modo laudatos presbyteros, floruerunt adhuc alii, ſcientia et pietate illuſtres, a nobis non praetereundi, ſed paucis recenſendi. *Firmilianus*, Caeſareae Cappadocum Epiſcopus, Origenis admirator, et ſententiae Cypriani de baptiſmo haereticorum patronus, cujus duae ſuperſunt ea de re Epiſtolae inter Cyprianicas, vir magnae fuit autoritatis, et ſcriptis quoque clarus, quae citat Baſil. M. de Spiritu S. Interfuit priori ſynodo Antiochen. contra Paulum, cujus opinionem quidem damnavit, ſed cum ipſo mitius judicavit agendum. Sed ad poſteriorem tendens in itinere mortuus eſt. Euſ. H. VII: 30. *Theognoſtus* Alexandrinus, et ſacrorum librorum *Interpres* dictus, in titulo librorum *hypotypoſeôn*, quos *ſeptem* ſcripſit, Phot. Bibl. cod. 106., ubi eum, Origenem ſecutum, de Filio et Spiritu S. minus orthodoxe ſenſiſſe, tradit. Sed *mirabilis et ſtudioſus*, ſeu diligens, adpellatus Athanaſ. ad illud Euangelii, *quicunque verbum dixerit contra Filium* etc. Oper. t. I., etiam *vir diſertus* ab eodem de *ſynodi Nic. decretis:* ubi fragmentum ex ipſius operibus profert. *Anatolius*. ſcholae Ariſtotelicae Alexandr. primum praefectus, dein Theotecni Epiſcopi Caeſar-Palaeſtinae vicarius, denique Epiſcopus Laodicenus, vir ſui ſeculi omni-

um doctissimus, secundum Euf. H. VII: 32. scripsit *canones* paschales; cujus operis fragmentum exhibet Euf. l. c. *Pierius*, scholae Alexandrinae, sedente Heracla Episcopo, magister, et Ecclesiae presbyter, spontanea paupertate non solum, sed in primis Philosophicis, et sacrarum litterarum expositione, ac Ecclesiasticis concionibus, praeclarus fuit Euf. H. VII: 32. Sed et hunc Origenis inbutum fuisse principiis adfirmat Photh. cod. 119., ubi de ejus agit scriptis. Ipsi adjungit Euf. l. c. *Meletium*, vulgo *mel Atticum* dictum, Ecclesiarum Ponticarum Episcopum, quem talem fuisse tradit Euf., qualem quis hominem perfectissimum in omni genere doctrinae vellet describere. Athan. quoque orat. 1. in Arianos eum *magnum* adpellat, Vid. et Basil. M. de *Spiritu S.* cap. ult. *Victorinus*, non, ut nonnulli, Pictaviensis, sed Petaviensis, seu Pitabionensis, in superiore Pannonia Episcopus, ut singulari libello docuit Launoius, martyrio coronatus a. 303., non tam seculari, quam scripturaria peritia, variisque in Script. S. commentariis, fuit celebris. Fragmentum superest solum de *fabrica mundi* apud Cave Hist. Litter. Fuit quidem Chiliasta, sed comment. *in Apocalypsin* nomen ejus mentitur. Denique silentio non est premendus *Pamphilus*, nobilitate et opibus clarus, sed munificentia, et flagrante studio litteras promovendi, multo illustrior, Bibliothecam Caesareae-Palaestin. erexit instructissimam, Origenis ingens fautor, qui una cum Eusebio ejus quoque conscripsit apologiam Euf. H. VI: 33. omniaque ejus opera studiose collegit, Denique edidit, ope Eusebii, ex ipso Origenis autographo Hexaplorum editionem LXX Interpretum. Martyrium passus est sub Maximino.

HAERESES

§. XCI. Haereses, quae Ecclesiae pacem hac parte turbarunt, partim Christi divinitatem, vel personalem subsistentiam,

tentiam Filii et Spiritus S. inpugnarunt, partim Magorum systema cum Christianismo conjunxerunt. Ad priorem classem pertinent Theodotiani, Artemonitae, et Pauliani, qui divinitati Christi sese inprimis opposuerunt, praeterea Praxeani, Noetiani et Sabellianitae, qui personalem Filii et Spiritus S. negarunt subsistentiam. Ad posteriorem vero Manichaei. De quibus omnibus ordine, et paulo adcuratius, est differendum. *Prioris* generis insigniti quidem fuerunt ab Epiphanio generali Alogorum nomine, sed sine fundamento, et falso; ut ad praecedens sec. demonstravi: possunt, stilo recentiorum, rectius Unitarii adpellari; et ab autorum nominibus insigniuntur Theodotiani, Artemonitae, Praxeani, Noetiani, et Sabelliani, ac Pauliani, seu Samosateniani. Agamus de singulis. *Theodotus* a Gnostico illo, cujus eclogae exstant ad calcem operum Clem. Alex., probe distinguendus, eximie dictus ὁ σκυτεὺς *coriarius*, ab arte quam exercuit, et Byzantinus a patria, in persecutione aliqua lapsus, ut se excusaret, nec Christum abnegando grave crimen se commisisse demonstraret, *hominem*, non *Deum*, se abnegasse dixisse fertur apud Epiphan.; nescio, quo fundamento; quare ejusmodi narratiunculis temere non fidendum est. Illud verius, eum Romae detectum esse, et communione Ecclesiae privatum a Victore, Episcopo Romano; teste antiquo autore apud Eus. H. V: 28., qui ejus discipulos et adseclas etiam memorat Asclepiodotum, et Theodotum argentarium. Alter, *Artemon*, vel Artemas, adpellatus, unde Artemonitarum nomen fluxit, fueritne eo antiquior, an recentior, non convenit quidem inter eruditos, sed dubium mihi non est, quin secutus fuerit Theodotum, et non praecesserit; uti jam demonstravit Wesselingius meus *Probab.* c. 21. Utique 1. Theodotus, exeunte seculo II*do*, sub Commodo, Pertinace, Juliano, et Severo Inperatoribus floruit, uti constat, sed de Artemone Patres Antiocheni in Epistola synodica, a. 271. scripta, apud Eus. H. VII: 30. contra Paulum Samosaten. loquuntur, ut adhuc in vivis, nec

obscure innuunt, Paulum fuisse discipulum Artemonis, vel ejus haeresin, cum jam exspirare videretur, renovasse. 2. Autor antiquus apud Eus. l. c., praeterquam quod Artemonis non meminerit, Theodotum diserte adpellat *parentem* et *autorem* illius opinionis, quae Christum negat Deum: cui concinit Timotheus Presbyter, a Cotelerio editus.

§. XCII. Theodotus, ut ejus systema exponam, Christum quidem dixit ψιλὸν ἄνθρωπον *nudum hominem*, sed non eo, quo ante ipsum nonnulli haeretici, sensu, acsi ex Josepho et Maria, instar reliquorum hominum, esset natus, et non ex Virgine: secus ac Epiphan. haer. LIV. tradit. Antiquus enim autor apud Eus. H. V: 28. illud non habet, et autor *adpendicis* libr. Tertull. de Praescript. haeret., *ex virgine* eum statuisse Christum natum, diserte tradit: nec Paulus Samosat., cujus haeresis a Theodoto repetitur, Christum negavit e virgine. Sed quo sensu antiquus iste, et coaevus, autor apud Eus. l. c. Theodotum adpellare possit τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα ταύτης τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας *ducem et parentem illius Deum abnegantis defectionis*, et quidem πρῶτον *primum* dixisse, esse Christum *nudum* hominem, difficultate non caret, cum, Ebionaeos, Cerinthianos, et Carpocratianos idem dixisse, constat. Suo loco relictis, quippe ab omni probabili alienis, quae alii protulerunt, duo mihi suppetunt, quibus haec difficultas optime videtur tolli. *Unum* est, quod Theodotus, non absolute, sed restricte, adpellatur autor istius haeresios, relate nimirum ad haeresin Pauli Samosateni, de qua ibi agitur. Licet enim sec. I. fin., et initiis II*di*, ejusmodi quoque exstiterint haeretici; illud, quominus Theodotus pro autore haeresios, quae per Paulum tantos dedit motus, habeatur, non inpedit. Sic Paulus eam haeresin suo tempore renovasse dicitur ab Euseb. in init. cap. et Artemon ib. VII: 30. in epistola synodica Antiochen. diserte ejus *Pater* adpellatur. Theodotus itaque eorum, qui postea eam haeresin propagarunt, *primus* dici potest Christum pro *nudo* habuisse *homine*. Sed

alterum

alterum est, quo haeresios, quae Christum, e *virgine* natum, pronunciavit nudum hominem, autor sensu absoluto haberi potest, quatenus ante ipsum haeretici Christum existimarunt ex Josepho quoque procreatum, praeterea λόγον *sermonem* cum eo unitum. Quae Cerinthianorum, Ebionitarum ac Carpocratianorum fuit hypothesis; exceptis tantum nonnullis Ebionaeis, qui Christum e virgine agnoverunt natum: sed qui numerum non fecerunt. Theodotus vero, praeter nativitatem e virgine, et justitiae praecellentiam, nihil in Christo statuit divini, cum antiquiores haeretici λόγον *sermonem* Dei crediderint cum eo unitum. Dixit propterea Christum *hominem solitarium et nudum, nulla alia prae caeteris, nisi sola justitiae autoritate;* uti autor adpendicis Tertull. de praescript. haeret. c. 53. loquitur. Quod ipsum verba Novatiani *de regula fidei* c. 12. indicant, quibus *Christus novo more ab istis districte homo nudus adseritur, per eos rursum Christus Pater Deus omnipotens comprobatur:* quorum priores sunt Theodotiani, posteriores vero Sabelliani. *Districte* autem *nudus* dicitur homo, qui nihil aliud, vel Deum scilicet, secum unitum, non habet. Sic ex. gr. Tertull. contra Marc. I: 3. *veritas Christiana districte pronunciavit, Deus, si non unus est, non est:* opponitur illud poeticae ac pictoriae licentiae, quae plures celebrat Deos: est itaque *districte* idem quod *emphatice*, et secundum propriam vocum vim.

§. XCIII. Quod idem ex discipulo Theodoti, qui *Theodotus argentarius* audit, confirmatur: qui ab antiquo autore apud Eus. H. V: 28. sub Zephirino Episcopo Romano vixisse traditur. Statuit autem, Melchizedecum Christo superiorem esse, quatenus Christum *purum hominem*, sed Melchizedecum *magnam Dei virtutem* dixit, et *non tantum hominem*, ut habet J. Damascen. de haeres., sed alii, ut Epiphan., August. et autor Praedestinati, habent, *et non hominem;* quod forte probabilius, cum *sine Patre, matre* etc. dicatur, nisi homo divinitus natus a Melchizedecianis fuerit intellectus. Ipsum

ergo *hominem* quidem, sed non *nudum*, verum *divina* praeditum virtute dixerunt; sed Christum *nudum* hominem, adeoque Melchizedeco inferiorem: quare in Melchizedeci nomine feguntur celebrasse *oblationes*, eumque pro internuncio Angelorum, et virtutum coelestium, habuisse. Tradunt quidem nonnulli Veterum, uti Josephus autor *hypomnestici* in cod. pseudo-Epigr. V. T. Fabricii tom. II. et Gennad. Massiliens. *dogmat. Ecclef.* l. III. Artemonem in Christo agnovisse *fermonem Dei inhabitantem*, sed sine fundamento, et contra vetustissimorum diserta testimonia: quare audiendi non sunt.

§. XCIV. Hanc haeresin cum circa medium sec. renovasse tradantur Pauliani, vel Paulianistae, etiam Samosateniani dicti, ad eorum illustrandas opiniones me conferam, postquam de *Paulo*, Episcopo Antiocheno, qui a patria Samosata, Syriae Comagen. civitate, *Samosateni* traxit cognomen, unde adseclae ejus Pauliani et Samosateniani adpellati sunt; quaedam, relate ad vitam et mores ejus, praemifero. Describitur vero in epist. synodi Antiochenae apud Euf. H. VII: 30. tanquam superbia, adrogantia, rapinis, voluptatibus, aliisque criminibus, et vitiis, valde infamis. Tradunt Patres Synodi, ipsum antea pauperem, Episcopum factum ad summas pervenisse divitias, per scelera ac sacrilegia, fratrumque concussiones. Inter fastus signa refertur, quod *ducenarius* (quo nomine venerunt procuratores, qui *ducenta sestertia*, annui salarii titulo, accipiebant a Principe. De *ducenariis* vid. Salmasius ad vitam *Pertinacis*, in Hist. August. scriptor.) maluerit adpellari quam Episcopus; per forum incesserit magnifice, dictans inter ambulandum epistolas, stipatus praeeuntium et sequentium magna turba; sublimem sibi thronum in Ecclesia exstruxerit, et secretum, instar fecularis magistratus, habuerit, femur manu percutere, et tribunal pedibus pulsare solitus; sibi quoque publice adclamari, et oraria concuti, voluerit. Praeterea doctores mortuos petulanter laceraverit, de se magnifice locu-

tus;

tus: Pſalmos quoque, in Chriſti honorem cani ſolitos, abrogaverit, et alios in ſui honorem introduxerit, de ſe dici paſſus, *ſe eſſe Angelum coelo delapſum* etc. Denique, una dimiſſa uxore, duas ſecum duxiſſe pulcherrimas, deliciis diffluxiſſe, et epulis ingurgitaſſe, etc. traditur. Tam atris licet autores aequales, et ſynodum agentes Chriſtianam, eum depingant coloribus, fidem tamen vereor ut mereantur, quippe acerrimi ejus adverſarii, et profeſſi hoſtes: maxime cum Patres nimio orthodoxiae ſuae ſtudio inflammati, vel leviſſimos de haereticis rumores captare fuerint ſoliti: uti nemini, in hiſtoria non hoſpiti, non ex multis exemplis conſtat.

§. XCV. Nec deſunt, quae judicium noſtrum in ſuſpenſo tenent in hoc ipſo caſu, argumenta. 1. Ipſi illi Patres candide fatentur, ſe nec examen inſtituere, nec judicium de veritate horum criminum ferre, voluiſſe. Sic enim narrationem de Paulo incipiunt; *ſed quia, a fidei regula recedens, ad ſpuria et adulterina dogmata ſe tranſtulit, hominis, ab Eccleſia alieni, actus examinare nihil adtinet;* eodem quoque modo narrationem claudunt. Cum itaque examen non fuerit de ipſo inſtitutum, nec judicium prolatum, adeoque ipſe nec accuſatus nec convictus, manet utique in incerto, num ex rumoribus, aut male fundatis narratiunculis, an certis probationibus, ea inpacta fuerint Paulo. 2. Cum ipſe in priore ſynodo Antiochena, erroribus ipſi inputatis negatis, fuerit abſolutus, ut Patres ipſi narrant, et Theodoret. haeret. fabul. II: 8. adſerat, eos *Dominum pro concordia laudantes, domum rediiſſe;* cui mirum non accidat, eum tunc ob crimina non fuiſſe damnatum, ſi de eorum veritate conſtitiſſet. Qua etiam ratione hoc cohaeret cum iis, quae modo ex Patribus adtuli, ſe *ideo noluiſſe examinare crimina, quia haereticus erat, ab Eccleſia ſemotus.* 3. Nec illud nihili eſt, quod Lucianus, Vir omnium conſenſu ſanctiſſimus, cujus ſupra memini, Pauli depoſitionem tam aegre tulerit, ut cum tribus ejus ſucceſſoribus recuſaverit communionem exercere. Si enim ob errores eum minus recte,

ac Christiane, censuisset sede deturbatum, virum, tantis v
tiis et sceleribus infamem, nonne puduisset defendere? 4.
Illud me male habet, quod in gratiam Zenobiae refer
ipsum negasse divinitatem Christi, uti ex Chrys. hom. VI
ad Joh., Theodoreto l. c., Nicephoro H. VI: 27. liqu
Quae calumnia inde videtur nata, quod Zenobiae, t
Orientem tenenti, celebratissimae Reginae, Judaicae religi
addictae, valde acceptus fuerit Paulus, teste Athanas.
solitarios, qui tamen ejus haeresin inde non derivavit.
se Epiphan. haer. 65. quoque non inde, sed a *superbia*
repetit, dicens, *eum mente elatum excidisse veritate.* Qu
quod ipsi Patres Antiocheni ejus non expresse meminer
5. Denique inter ea, quae modo memoravi, sese nonn
offerunt, quae vel suspicioni debent originem, vel
utramque partem flecti, saltem benigniorem ferre pos
interpretationem. Rapinarum utique et concussionum
rationi cum praemittitur, eum Episcopum factum esse
paupere divitem, sicut inde suspicio rapinarum facile
tuit oriri, ita eam minus esse solidam elucescit, cum al
de dives fieri potuerit, maxime quia munere politico,
ducenarii judicis, quoque functus est, et in florente
Zenobiae gratia. Unde etiam derivari potuerunt, qua
fastu et *superbia* traduntur, cum majorem praeferre po
rit, quam tunc solebant Episcopi, splendorem. Quo e
referre licet, quod thronum habuerit altiorem, et trib
lis instar; et majorem comitatum. Quod et ideo minu
eo debuisset reprehendi, quia sec. seq. longe majorem
tum praetulerunt Episcopi; qui et tunc, sicut et nunc,
lieres subinde habuerunt *subintroductas*; de quo postea.
autem divinitatem Christi negaverit, cantica veterum,
celebrantia, mirum non est eum cum aliis commutasse,
non fuit insolitum, nec ab Episcoporum autoritate alie
Quod ipsum ansam praebuere potuit, ipsi inputandi,
cantica in sui honorem introduxerit, seque gesserit A
lum coelo delapsum.

§. X

§. XCVI. Sed relinquamus haec ſuo loco, et in ejus hypotheſes, quae ipſum fecerunt haereticum, accuratius inquiramus; vera a falſis diſtinguendo. Quo fini vetuſtiora potius, quam recentiora, conſulenda ſunt monumenta, licet ſint adverſariorum ejus. De ipſius enim Pauli ſcriptis, quae haud pauca fuerunt, *plena quoque citationum locorum Script. S.*, teſte Vincentio Lerinenſ. in *commonit.* p. 314. nihil ad manus noſtras pervenit. Vetuſtius autem non ſupereſt monumentum Epiſtola Synodica Antiochen. apud Euſ. H. l. c. Exſtat quidem Epiſtola Dionyſii Alex. Epiſcopi ad Paulum, cum decem Pauli propoſitionibus, et ad eas reſponſionibus Dionyſii, ſed ſpuriam eſſe jam advertit Valeſ. ad Euſ. H. VII: 30.; recentiorem vero, et ab Eutychiano confictam, demonſtravit Le Quin Diſſ. Damaſcen., ſicut et Salig. *de Eutychianiſmo* ante *Eutychen* p. 359., forte ab ipſo Cyrillo Alex., aut ejus ſuaſu. Errant itaque, qui hujus Epiſtolae, quippe nullius uſus in opinionibus Pauli dijudicandis, autorem ſecuti, Pauli et Neſtorii confundunt errores, acſi Paulus Filium Dei agnoviſſet ab homine Chriſto diſtinctum, et per operationis efficaciam tantum cum eo unitum: quod Neſtorio ſolet inputari. Origo enim hujus confuſionis ab Eutychianis repetenda eſt, qui, ut Neſtorio crearent invidiam, eum de Chriſto hominem facere, ut Paulus fecerat, calumniati ſunt. Unde haec Pauli et Neſtorii opinionum confuſio nata eſt ſec. *Vto:* ſicut *libellus conteſtationis cleri* Conſtantin., 160. ann. poſt Paulum, quoque habet, *Neſtorium ejuſdem ſententiae eſſe cum Paulo Samoſateno*, apud Valeſ. ad Euſ. H. VII: 28. Vid. quoque Aſſeman. Bibl. Or. vol. IV. ubi falſitatem accuſationis etiam probat ex ipſo Neſtorio, Socrate H. VII: 33. et Mario Mercat. De quo poſtea ſuo loco.

§. XCVII. In Epiſt. Synod. Antioch., ut ex antiquis monumentis Pauli hypotheſes in lucem proferam, haereſis ejus generali phraſi adpellatur κακία ἀρνησίθεος *quia Deum et Dominum ſuum negat*, quae mox ad Chriſtum reſtringitur,

cum dicitur, negasse *Filium Dei e coelo descendisse*, et statuisse, Christum esse tantum κατωθὲν *e terra natum*. Ex quo recte colligitur, eum *nihil* in Christo agnovisse *Divini:* quod ipsum adcuratius declaratur in fin. epist., cum haeresis ejus eadem esse traditur ac *Artemonis*, qui ejus *parens* dicitur. Quod Eus. H. V: 28. quoque adfirmat, et Alexander, Episc. Alex., in Epist. apud Theodoret. H. I: 4. ipse quoque Epiphan. haer. 65., quem ita secutus est August. de haeres., ut errorem ejus non vitaverit. Tradit enim, *Artemonis haeresin, cum defecisset, esse a Paulo instauratam:* sicut Epiphan. dixit, *diu ante exstitisse Artemonem*. Ex Epist. vero Antiochen., Artemonem et Paulum fuisse aequales haud obscure patet, cum de Paulo habetur, *scribat ad Artemam, si lubet*. Cum itaque Artemonis haeresis fuerit, ut supra adferui, Christum esse ψιλὸν ἄνθρωπον *nudum hominem*, qui praeter miraculosam nativitatem e virgine, et virtutis praecellentiam, nihil divini habet, nec ante nativitatem ex Maria exstitit, idem de Paulo adfirmaverunt Vetustiores. Patrum Antiochenorum verba, modo prolata, huc manifeste tendunt. Eus. H. E. VII: 27. eum statuisse diserte tradit, Christum esse κοινὸν τῇ φύσει ἄνθρωπον *communem natura hominem*, nihil super communem hominum naturam habere, adeoque ταπεινὰ καὶ χαμαιπετῆ *humilia ac terrena* de Christo sentire. Athanas. orat. II. contra Arian. declarat, Christum, secundum Paulum, *non fuisse ante nativitatem e Maria, et totum natura esse hominem, nihilque plus;* orat. IV. dicit, *communem esse hominem, ut alii sunt homines*. Sic et Chrysost. ad Ps. CIX. et homil. 8. ad Ep. ad Hebr., ut et August. de haeres. *Christum non semper fuisse dicunt, sed ejus initium, ex quo de Maria natus est, adseverant, nec eum aliquid amplius quam hominem putant*. Concinit autor Praedestinati, et Theodoret. dial. II. *inconfus.*

§. XCVIII. Sed hic ipsi Veteres interpellant, et aliquid dubii injiciunt, ubi tradunt, Paulum statuisse, λόγον *sermonem*

nem Dei, non quidem perſonalem, ſed *efficacem* Dei operationem in Chriſto fuiſſe, ejuſque reſpectu *Deum* eſſe, et adpellari: quod ab Artemone, qui id non ſtatuit, diſcederet, et ad Noeti haereſin propius accederet, niſi quod, ſi fidendum ſit Epiphanio, ex mente Pauli, *verbum* Dei tantum operatum fuerit, et non unitum cum Chriſto ſuper eum venerit, et ante paſſionem abierit, ſecus ac Patripaſſianis, ut adpellantur, viſum fuerit. Athanaſ., de *Incarnat. Chriſti* clare teſtatur, Paulum in Chriſto agnoviſſe *Verbum e coelo efficax, et ſapientiam:* λόγον προφορικὸν *ſermonem prolatum* adpellat Joh. Damaſcen. de haereſ. Sic et autor *hypomneſtici* apud Fabricium in cod. pſeud. V. T. tom. II. Quod ad hanc differentiam Veterum adtinet, alterutrum ſtatuendum eſt, vel 1. Paulum nihil aliud per *ſermonis* in Chriſto *praeſentiam* intellexiſſe, quam gratiae Dei ac virtutis, qua fulſit, abundantiam, et praeſtantiam, ita ut homo fuerit *gratia Dei* excellentiſſimus: quod Theodoret. l. c. confirmat, ubi Paulum eſſe detectum et deprehenſum refert ſtatuere, Chriſtum hominem *divina gratia inſigniter ornatum;* vel 2. Diſcipulos ejus aliquos eo deveniſſe, ut λόγον *ſermonem* Dei cum Chriſto homine unitum dixerint, ut ſeſe ad receptas opiniones et phraſes adcommodarent, vel cum Praxeanis arctius conjungerent. Quod autoritate Athanaſ. adfirmo; quippe qui orat. V. in Arianos tradit, *quoſdam ex diſcipulis Pauli Samoſat. Sermonem a Filio ſeparare, dicentes, alium eſſe Chriſtum, alium verbum; verbum per Chriſtum eſſe locutum.*

§. XCIX. Qua ratione niſi quis conciliaverit, ſtatuendum eſt, eos, qui Pauli opinionem cum Noeti aut Sabellii confuderunt, aut *verbum* Dei cum Chriſto homine unitum, ex mente Pauli, dixerunt, a vero aberraſſe. Inter ipſum enim et Artemonem fuit perfectus conſenſus, et Chriſtum dixit nudum plane hominem, ut ex ſuperioribus conſtat. Accedit 1. can. Nic. 19*no* ſolos Pauliniſtas juberi ex haereticis novo tingendos baptiſmo: cujus alia nequit eſſe ratio, at

quod illi Christum pro puro habuerint homine, nulla divi-
nitate praeditum, adeo ut ipsum cum Deo noluerint in
baptismi formula conjunctum: sicut propterea Psalmos i
Christi, qua Dei, honorem abrogasse traditur Paulus. Illorun
autem baptismus tantum secundum Veteres erat repetendus
qui formulam baptismi, *in nomine Patris, Filii et Spiritu*
S. mutarunt. Vid. Aug. l. c. autor Praedestin. haer. 44
et Bevereg. ad can. cit. 2. Paulum vocem *ὁμοούσιον homoou-
sion* repudiasse in Trinitate, quod, si λόγον *sermonem* in Chri
to statuisset, aut Sabellii pressisset vestigia, non fecisset
quippe cui haec vox maxime in usu erat. Cum enim Sa
bellius Filium dixerit *effluvium*, ἀπόῤῥοιαν, eum adpellav
ὁμοούσιον, quia ea vox de *effluviis* tunc usurpari solebat, qu
re Patres Antiocheni eam vocem spreverunt; ut supra ob
servavi. Sunt quidem, qui eum voce hac usum esse ce
sent, sed ex male intellecto loco Athanas. l. c., qui ejus no
tantum non meminit, sed contrarium potius indicat. A
firmat quidem Hilarius *de Synodis*, eum confessum esse *h
mousium*, licet perverso sensu; sed dubium non est, qu
loco Athanasii fuerit deceptus. Ceterum, quae Pauli fue
de Trinitate opinio, non constat, cum Veteres taceant;
recentioribus fidendum non sit.

§. C. Paulus Samosatenus, ann. 260. Episcopus factus *A
tiochenus*, ut fata ejus subjungam, haud diu post vulga
coepit haeresin suam. Congregati autem sunt a. 264., G
lieni 11*mo*, Antiochiam Episcopi Orientales, et anno se
invitarunt ad Synodum Dionysium Alexandrinum, qui pr
senectute se excusavit. Condemnatus autem est a Syn
do a. 266., Gallieni 13*mo*, teste Eus. in Chron. Qua rati
ne tempora quoque digessit Pearson de success. P. P.
Diss. I. et inde firmavit, quod Synodus ad Dionysium R
manum *triennio* ante mortem ejus scripserit, quippe qu
a. 269. contigit, teste catalogo Pontificum. Pagi quid
ad Baron. a. 271. statuit, Synodum a. 269., adeoque s
Claudio, fuisse actam, eo innixus fundamento, quod lib

lus *conteſtationis* Cleri Conſtantin., qui exſtat in actis concilii Epheſini, Paulum ante annos 160 eſſe damnatum tradat, quem libellum a. 429. putat ſcriptum eſſe: ſed haec nimis ſunt lubrica, et numerus admittit latitudinem aliquam. Ceterum num plures fuerint coactae Synodi, an una eademque per duos treſve annos continuaverit, qualia non deſunt exempla alia concilii diu continuati, et aliquoties prorogati, ex. gr. Carthagin. ſub Cypriano, inquirere non vacat, nec tanti eſt. Illud ex Euſ. colligi ſolet, ante ultimam hanc Synodum fuiſſe aliam habitam, cui praeſedit Firmilianus, et in qua Paulus fuit abſolutus, cum diſſimularet haereſin, uti Patres Antiocheni tradunt apud Euſ. H. VII: 30. ubi dicunt, Firmilianum bis veniſſe Antiochiam, et damnaſſe ſententiam, ſed ipſum Paulum diſſimulantem abſolviſſe: de variis tamen Synodis non loquuntur. Quicquid ſit, damnatus tandem noluit loco cedere, ſeſeque autoritate Zenobiae tuitus eſt, uſque ad Aureliani tempora, quando, ſuperata Zenobia, coactus eſt id facere juſſu Aureliani. Euſ. H. VII: 29. quem locum Valeſ. minus recte de ipſa Synodo tunc habita interpretatus eſt, cum de Paulo, ante in Synodo damnato, nunc vero exturbato, agat; ut recte Pagi l. c. et in Diſſ. *hypatica* in fin. Refert autem Euſ. ib. c. 30. Aurelianum *interpellatum judicaſſe, iis domum Ecclesiae eſſe tradendam, quibus Italici Chriſtianae religionis Antiſtites, et Romanus Epiſcopus, ſcriberent.* Ad quae verba notari meretur, 1. Romano Epiſcopo adjungi reliquos Italiae Epiſcopos, ne quis, Romani ſolius judicio eſſe ſtandum, opinetur. 2. Non agi de Paulo jure an injuria damnato a Synodo, ſed de *domo* Eccleſiae et Epiſcopi, cujus foret, num Pauli depoſiti, qui cedere nolebat, an Domni, a Synodo ei ſuffecti. Interea vera conſtituti Aureliani ratio fuiſſe videtur, quod Zenobiae partibus fuerit Paulus contra Inperatorem addictior, et propterea in odium inciderit Inperatoris. Ceterum factum illud eſt a. 272. de quo vid. Pagi ad Baron.

§. CI. Vertamus nos nunc ad Praxeanos, Noëtiano Sabellianos, qui unam in Trinitate personam, ac Pat in carnem venisse, dicuntur statuisse, et propterea *Patri fianorum* generali epitheto insigniti sunt. Primus, vel i primos, qui hanc haeresin in medium protulit, est *Prax* quem Tertull. contra Prax. init. depingit, tanquam *a etiam inquietum*, *insuper de jactatione martyrii inflatum*, *ol lum*, *et simplex*, *et breve*, *carceris taedium*. Cui eo m fidendum est, quod infensus ejus fuerit hostis, quia E copum Romanum a Montanistis abstraxisse habebatur. N rat enim ib. Tert., Praxeam primum ex Asia hanc haer Romae intulisse, et Episcopum Romanum, Montano fav tem, partim falsa de Montanistis referendo, partim dece rum exemplum proferendo, induxisse, ut pacis litteras clesiis Asiae et Phrygiae, Montanismo infectis, datas, vocaverit. Intelligitur Victor per illum Episcopum, *decessores*, qui Montanum damnarunt, alii esse neque ac Soter et Eleutherus; Anicetus enim in censum ve non potest, cum sub eo vix notus fuerit Montanus: recte advertit P. Allixius de *scriptis Tertull.* Quo et facit, quod Victor dicatur favisse Praxeae ab autore pend. libri de *Praescript. haeret.*, qui eum adpellat *Victorin* Dicit quidem eum *corroborasse haeresin* Praxeae, sed non e adoptasse: adeoque Praxeae favendo id ab eo esse fact statuere licet. Ex eo itaque colligendum non est, *Victo* Papam intelligi non posse. Praecipuus, sed et acerrim ejus adversarius fuit Tertullianus, qui Carthagine *Prax nas avenas* fructificantes avulsit, ut est l. c., et libr contra Ipsum conscripsit, adhuc obvium inter scripta T tull. Cui recte convenit, quod Praxeam et Hermogene idem sentientes, in Africa fuisse, refert August. h 41.

§. CII. Prope ab ejus aetate afuit *Noëtus*, ejus adse Smyrnaeus gente, teste Hippolyto, in libro contra ipsi autore aequali, cum ante ann. 220. floruerit, Hippol

ei

enim ann. 222. scripsit librum, a. 230. martyrio coronatus, qui de ipso, ut mortuo, loquitur. Epiphanius, dum eum fuisse *Ephesinum* tradit, excusari potest, quia ibi forte versatus fuit et docuit, sed vix potest error ipsi condonari, quo haeresin Noëti ab ann. 245. repetit, annos 130. fuisse elapsos, cum opus suum a. 375. scripsit, tradens; ipse enim Noetum ante Hippolytum obiisse refert. Ceterum narrat Hippolytus, eum a Presbyteris coram Ecclesia esse convictum, reprehensum, et *ejectum* Ecclesiae communione; sed eum a Tranquillo, Episcopo Chalcedoniorum, esse damnatum, refert autor Praedestinati c. 36. quod Hippolyti narrationi addendum videtur, cum *ejectio* ex Ecclesia superet Presbyterorum autoritatem. Mox vero post ejus mortem haeresin longe lateque disseminavit *Sabellius*, Afer Pentapolitanus, etsi de suo, ut mox patebit, aliquid addiderit: floruisse autem eum ante ann. 230. probavit recte Jackson praefat. ad Novatianum. Epiph. utique tradit, Noeti discipulos, quorum unus fuit Sabellius, mox post Magistri mortem haeresin propagasse; et Isidorus Hispal. in Chron. scribit, eum a. 221. floruisse. Inter adversarios ejus eminuerunt Dionysius Alexandr. et Novatianus, qui eum pluribus refutavit in libro de *regula fidei*, qui superest. Plura de ipso non constant; ipsum Ecclesiae communione fuisse privatum, ex Philastrio refert August. de haeres. Ceterum fuit omnium ejus generis haereticorum celeberrimus, quare ab ipso potius, quam Praxea aut Noeto, sunt denominati.

§. CIII. Quod ad hypotheses eorum adtinet, quae nunc luci sunt exponendae, personalem trium in divinitate subsistentiam eos negasse, et unitatem, aeque subsistentiae ac essentiae respectu, statuisse, in genere quidem constat, sed quid per Filium, et Spiritum S. proprie intellexerint, adeo liquidum non videtur, saltem non convenit inter doctos. Audiunt vulgo *Patripassiani*, et Patrem in carnem venisse, ac passum esse, ex eorum opinione, censetur. Adpellantur quoque propterea υἱοπάτορες *filiopatriarii*, et eorum haereses

υἱοπατορία. Vid. Cyrill. Hierosl. Catech. IV. §. 8. et Toutteus; etiam *unionitae*, quia unionem Dei, seu sin ritatem, et unionem personae, statuerunt, cum Cath non *unionem*, sed *unitatem* admiserint, illam ad perso hanc ad essentiam referentes. Vid. Hilarius de *Trin* l. IV. fin. et VI: 11. et ibi not. Ex quibus facile c gitur, Patrem, Filium et Spiritum S. diversas, secun eos, esse unius personae relationes et denominationes, manifestationes. Sabelliani secundum Basil. M. hom. Oper. t. II., dixerunt, Filium nihil esse ac λόγον ἐνδια καὶ ἕξιν *sermonem insitum ac habitum* Patris. Sic et Patı Filium et Spiritum S., esse ψιλὰ ὀνόματα *nuda nomina*, personae aptata, eos statuisse dicit Chrysostom. hom. ad Ep. ad Philipp. Verum eruditus ille Joh. Damas editor Le Quin in not. ad eum de *haeres.*, viros illos Filium et Spiritum, diversas Dei unius *efficientias*, seu fluvia quaedam, per se non subsistentia, sed radiorum star, ad certa opera emissa, ac mox, illis effectis, retra intellexisse, demonstrare conatus est. Cui sese opposui Wesseling. Probab. c. 27.

§. CIV. 1. Sabellium, ut a certioribus ordiar, ejusn effluxus, quocunque etiam modo rem perceperit, sive modum *effluviorum*, sive particularum *sectarum* naturae vinae, sive alia ratione, in animo habuisse, et ad Fil ac Spiritum S. adplicuisse, nonnulla Veterum testimo mihi persuaserunt. Joh. Damascen. haeres. 62. utique i clare adfirmat, et in eo discrimen inter ipsum ac Noët ponit, quod Patrem passum negaverit Sabellius, sed Fil dixerit προφορικὸν καὶ πάλιν ἀναχεόμενον τὸν λόγον *verbum pr tum, ac iterum revocatum.* Athanasius, ut ad antiquiora gam testimonia, orat. V. in *Arianos*, haud obscure indi Trinitatem, secundum Sabellium, esse μονάδα πληθυνθ *unitatem dilatatam.* Vid. et Hilar. de Trinit. l. I. §. et Greg. Nazianz. Orat. I, XXIII, XXV et XXXVI. I dentius adhuc autor *disputat.* cum Ario, in synodo Nicae

ſub Athanaſii nomine latens, oper. Athan. t. I., Chriſtum ex mente Sabellii adſerit, λόγον προεληλυθότα ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ πάλιν εἰς τὸν πατέρα ἀναλυθέντα *ſermonem ex Deo egreſſum, et rurſus in Patrem reſolutum.* Confeſſio quoque fidei Syrmienſis apud Socrat. H. II: 30. damnat eos, qui dicunt, τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ πλατύνεσθαι ἢ συστέλλεσθαι *eſſentiam Dei dilatari, vel contrahi*, quique πλατυνομένην οὐσίαν *dilatatam eſſentiam* dicunt Filium eſſe. Quorum etiam meminit Damaſus Epiſcopus Roman. in Ep. apud Theodoret. H. V: 11. licet a Sabellio diſtinguat. Dabo denique omnium antiquiſſimum teſtimonium Alexandri, Ep. Alexandr., qui Arium detexit, apud Theodoret. H. I: 4. ubi, Sabellio adtribuit opinionem de ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀποῤῥοίαις *effluviis diviſionum*, Filio et Spiritu S.

§. CV. 2. Praxeanis vero et Noetianis certum quidem eſt, ex Tertull. et aliis, ſententiam de Patre ipſo incarnato et paſſo fuiſſe inputatam; ſed num eam admiſerint, ſeu directe ſtatuerint, an per conſequentiam inde elicuerint Veteres, difficilius eſt determinatu; eo magis, quod eodem modo contra Sabellium diſputaverint, qui tamen diſerte negavit, Patrem eſſe paſſum; ut ex J. Damaſceno, et opinione ejus, modo expoſita, elucescit. Idem tamen Sabellio fuiſſe adfictum ex Novatian. c. 12. Methodio in *convivio decem virginum* edit. Combef. p. 113., et aliis, manifeſtum eſt. Patripaſſiani quoque aeque adpellati ſunt Sabelliani, ac reliqui illi haeretici Arianizantes, in confeſſione fidei apud Socrat. H. II: 19. *illi*, inquiunt, ſcilicet qui Patrem natum et paſſum volunt, *ſunt, qui a Romanis Patripaſſiani, a nobis Sabelliani adpellantur.* Athanaſ. vero orat. V. in Arianos, conſequens eſſe Sabellianiſmi clare innuit, ubi dicit, *ſi igitur unitas dilatando facta eſt Trinitas, Trinitas autem eſt Pater, Filius, et Spiritus S., ſecundum Sabellium:* qui etiam in lib. *de ſententia Dionyſ.* contra Arianos, *Patrem pro nobis hominem factum*, inputat Sabellianis. De Praxeae et Noeti opinione tutius itaque eſt, nihil certi definiviſſe.

Licet enim contra Sabellium eadem ratione disputaverit Veteres ac contra eos; num tamen et hi, aeque ac Sabellius, ejusmodi *efficientias* per Filium et Spiritum S. intellexerint, dubium est, eo magis, quod discrimen illud diserte notaverit J. Damascen. l. c. Accedit, Origen. in Matt. p. 470. eos memorare, qui Patrem et Filium τῇ ὑποστάσει ἓν *personam*, seu *subsistentiam*, *unum* statuunt, τῇ ἐπινοίᾳ μόνῃ καὶ τοῖς ὀνόμασι διαιροῦντες τὸ ἓν ὑποκείμενον *sola cogitatione et nominibus*, *unum idemque subjectum dividentes*.

§. CVI. Forte nihil aliud voluerunt Patripassiani dicere, ac quod Beryllus statuit, Bostrorum in Arabia Episcopus, ab Origene in Synodo, ann. 238. coacta, cum eo disputante, raro exemplo, conversus ad saniorem mentem, tempore Gallieni Inperatoris; ut tradit Euseb. H. VI: 33. Negasse ibi fertur Beryllus, Christum προυφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν (seu ante incarnationem habuisse *propriam essentiae circumscriptionem* h. e. subsistentiam, seu essentiam characterizatam, et seorsim subsistentem: id enim phrasis, multis obscura visa, omnino significat) addit, statuisse μηδὲ θεότητα ἰδίαν ἔχειν *neque Deitatem propriam habere* (scilicet post nativitatem ex Maria, quod non observatum Doctos a vera ejus mente abduxit) ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικὴν *sed in se residentem solam Paternam Deitatem* (h. e. Patrem se in Christo homine conspiciendum praebuisse, eumque animasse et duxisse.) Quam interpretationem egregie confirmat Origen. comm. ad Ep. ad Titum, ubi eorum facit mentionem, *qui ante adventum carnalem Christum substantialiter et proprie exstitisse negant*, *sed hominem natum Patris solam in se habuisse Deitatem.* Quod idem est, acsi dicas, Patrem in carnem venisse ac passum esse. Sed qua ratione Patris Deitas in Ipso resederit, num per modum quondam operationis, an *effluvii* alicujus, ἀποῤῥοίας, definiri nequit: nec etiam, num animam humanam in Christo negaverint, ita ut divinitas Patris ejus locum suppleverit, quod Socrat. H. III: 7. innuere videtur, cui adsurgo, neque

nequeo, eo magis, quod Christum pro vero *homine* habuerint.

§. CVII. De alterius generis haeresi, *Manichaeismi* nomine nota, quae hoc seculo nata est, sed per plurima sequentia ingentes dedit turbas, antequam exponam, Scriptorum, ex quibus, tanquam fontibus, notitia ejus petenda est, praemisisse catalogum, non abs re fuerit. Haeresiarcha ipse primum, et adseclae ejus secundum, mererentur locum in historia hac tradenda, ut facile in oculos incurrit, si scripta eorum superessent. Sed hisce subsidiis fere omnibus caremus, cum libri eorum partim negligentia et incuria hominum perierint, partim flammis fuerint traditi, jussu Paparum Romanorum, Gelasii, Symmachi, et Hormisdae, teste Anastasio; tradit quoque Augustinus *contra Felicem* Manichaeum, ejus *codices sub sigillo publico custodiri*, scilicet ut comburantur. Nihil itaque restat, praeter fragmenta quaedam ab adversariis inserta scriptis suis contra eos, sed passim valde mutila. *Epistolae fundamenti*, a Manichaeo ad amicum scriptae, quae omnia ejus continebat dogmata, fragmenta reperiuntur apud Augustin. in singulari libro, quo eam refutavit, sed, ubi maxime opus foret, deficiunt. Comparent quoque apud eundem in *opere inperfecto* contra Julianum nonnulla ex Epistola quadam Manichaei. Exstat praeterea Epistola Manichaei ad Marcellum in *Actis* Archelai, apud Epiphan. haer. 66. Fragmenta quoque Epistolarum conservavit Fabricius Bibl. Gr. lib. V. Denique ex Manichaei adseclis nulli sunt, quorum scripta aetatem tulerunt, si a Fausto, Milevitano Afro, viro diserto, discesseris, cujus librum refutavit August., verbis ipsius exhibitis, nec tamen totum systema hic traditur, cum nonnullae tantum tractentur quaestiones, nec illae tam explicentur, quam vindicentur, ac molliantur.

§. CVIII. Scriptores vero Ecclesiastici, sive sint Historici, sive Manichaeismum refutarint, hic praecipue consulendi, in censum per sequentia aliqua secula veniunt sequen-

tes. Superfunt quidem *acta Archelai* cum Manete, pri a Zacagnio edita, dein Fabricio ad calcem operum Hi lyti, fed nec funt genuina, nec hujus, fed fequentis, culi. *Acta* funt difputationis Archelai cum Manete habi a. 278., ut volunt, ab ipfo Archelao, Epifcopo Carrha in Mefopotamia, Syro confcripta fermone, dein in G cum converfa ab Hegemonio, et ab alio in Latinum. G ca vero non fuperfunt, praeter fragmenta quaedam a Epiphan. l c., Latina adhuc mutila. Genuina effe l acta communis fuit opinio ante Beaufobrium; qui, quan novi, primus pro fpuriis habuit, et, meo judicio, c evicit in *hift. Manichaeifmi* p. I. l. I. c. 12.— Verus rum autor eft Hegemonius ipfe, qui circa ann. 330., t Heracliano, Chalcidenf. Epifcopo apud Phot. Bibl. c 85., floruit: fed num confinxerit, an, quod probabili ex monumentis Syriacis compofuerit, dubium eft. I mihi certum videtur, ipfam difputationem non fuiffe Archelao cum Manete habitam, fed ab autore fictam, q ut Manichaeifmum refutaret, illos in fcenam produxit cum difputantes, ficut Petrum et Simonem, ex. gr. au Recognit. Clementis. Scatent utique acta vitiis, quae autore aequali committi, ut videtur, non poterant, uti p ea patebit. Nec ufquam demonftrari poteft locus, ubi bita narratur difputatio, fcilicet in urbe Mefopotamiae, f jecta Romanis, dicta Carcar. Praeterea nemo Graecor difputationis, aut actorum, meminit, praeter Cyrill. H rofol.; Africani vero fec. V. adhuc ignorarunt; cum nu apud Auguft. eorum occurrat mentio: nemo quoque Ori talium fcriptorum, nec Ephrem Nifibenfis, nec Abulfa gius, aut Eutychius Alexandr., nullus eorum, quorum m tio fit apud Dherbeloth. in Bibl. Orient., Hyde de rel Perfarum, Affeman. Bibl. Orient. producitur, qui ea n moravit. Solus Renaudot. ex Severo Jacobita, Afmunir Epifc. fec. X., hiftoriam Manichaei, et difputationis e cum Archelao quodam, enarravit, fed longe diverfam

ad

actis nostris. Composita vero fuisse acta circa ann. 330. ut dixi, ex ipsis colligi posse videtur actis: dicit enim ex. gr. Archelaus §. 27. *paracletum*, si is foret Manichaeus, non nisi plusquam 300 annis post Christum venisse: nisi quis illud minus adcurate, velit dictum, uti apud Pacian. ep. 3. ubi Novatianus dicitur docuisse post Decii principatum, id est post 300 fere annos Dominicae passionis. Sed Euseb. forte de actis non siluisset, si ante ann. 330 exstitissent. Ceterum, cum antiquissimum sit hoc monumentum, usum praestare poterit haud exiguum, licet ei per omnia fidere non liceat, quippe vera falsis mixta complexo.

§. CIX. Praeter Historiae Ecclesiast. conditores, et qui haereticorum catalogum ex professo contexuerunt, postea suis locis recensendos, et satis notos, memorandi sunt ex Veteribus aliqui, qui Manichaeismum refutarunt: quos per secula recensebo. Tres sec. IV., Titus Bostrensis, Serapio, et Didymus, Gr. et Lat. exstant in Antiq. Lat. Canisii ex edit. Basnagii vol. I. Declamavit quoque Cyrill. Hierosol. catech. VI. in Manichaeos, sed ex Actis tantum Archelai sapit, et propria addidit figmenta. Sec. V. Augustinus censeri potest hac parte maximam adferre utilitatem, cum Ipse ab ann. aetatis 19. ad 28. hac haeresi fuerit infectus, eamque saepe defenderit. Suppeditavit quidem multa ad Manichaeismi notitiam facientia, quae opuscula reperiuntur oper. August. ed. Bened. tom. VIII. Sed coeca fide quicquid de Manichaeis tradit August. adsumendum non est, cum dogmata saepe minus recte perceperit, narratiunculas temere nonnunquam adoptaverit, consequentias quoque cum doctrinis confuderit, et innocuas phrases male et in perversam partem acceperit. Manichaeos, in oriente superstites, refutare adgressus est, sec. VIII. Joh. Damascenus in *dialogo* contra eos oper. tom. I. Esse ejus dialogi verum autorem Damascenum, recte quidem demonstravit, Le Quin in *praemissa admonitione*, sed contra Paulicianos, qui non fuerunt Manichaei, sine solido fundamento censuit

 scriptum

scriptum esse. Ceterum principia et dogmata eorum magis explicantur, quam refutantur, et absurdis onerantur consi quentiis. Denique sec. IX. duo autores calamum in Manic strinxerunt, qui adeo secum conveniunt, ut, alterum (altero descripsisse, censeri posset; innuo Photium, cuj libros quatuor contra Manich. edidit Wolfius; et Petru Siculum, quem edidit Raderus. Quo etiam faciunt *form lae* abjurationis Manichaeismi, seu anathematismi apud C teler. in Patr. Apost. tom. I. Tollium Itin. Ital. et Fabr cium ad calcem oper. Hippolyti. Conferendi tandem cu hisce scriptoribus omnibus Orientales, Syri, Persae, et Ar bes, ut G. Abulfaragius, Eutychius, et quorum excerpt exstant apud Dherbelot, Asseman. Bibl. Orient., nec nc Hyde de relig. Pers.; nec negligendi ex Gentilibus Simpl cius, qui sub Justiniano vixit, in comm. ad Epictet. c. 3 et Alexander Lycopolita, in *auctario* noviss. Combefis. ton II. qui omnium optime cum Manichaeis congressus est Quod vero ad Recentiores adtinet, satis notos, omnibu palmam, meo judicio, praeripuit Beausobr. in hist. Mani chaeismi, Gallice scripta, cujus vestigia passim pressi.

§. CX. In historia Manichaeismi de *autore* agam, ips *Manichaeismo*, ejusque *fontibus et fatis*. *Natus* fuit Man chaeus secundum chronicon Edessen. apud Asseman. B. C t. I. ann. aer. Graec. 551, cui aer. Christ. 240 respond (aera enim illa hanc antecedit annos 310. vel 311.) In *di putat*. Manetis cum Archelao, habita, ut putatur, a. 275 vel 276., aer. Vulg. Annos dicitur habuisse 35. *Genere* fu isse Persam, omnes testantur Veteres, licet Ephrem hymi XIV. apud Asseman. eum Babylonium, seu Chaldaeum, fa ciat: quod acta Archelai firmant, quibus, ipsum Chaldaic tantum loqui, traditur. Quo admisso, *Persa* oportet dica tur, quod sub Persarum dominio fuerit natus. Adpellati primum fuit *Corbicius*, ut Acta habent, vel *Cubricus*, ut au tores Graeci, verius *Carcubius*, a loco nativitatis *Carcub* in provincia Chald. Hazidis: fuit utique in primaria ej

provincia

provinciae urbe Presbyter. Tradunt porro Acta, eum fuisse servum, sed a Terebinthi vidua emtum, ac manumissum. Quod scriptores orientales non tantum silent, sed et inde refutatur, quod, teste Sharestanio apud Pocock. Hist. Arab., fuerit origine Magus, adeoque nobilis originis. Vidua mortua, ejus ex asse haeres factus, adoptavit secundum Acta, nomen *Manetis*: quo cum *servi* apud Graecos adpellati fuerint, ut ex iis, quae Fabric. Bibl. Gr. l. V. adtulit, ac Gataker. Misc. c. 35. constat, quin ansa *servitutem* ipsi adsignandi inde nata fuerit Graecis, vix dubium videtur. Sed quid nomen illud significet, et quare eo fuerit insignitus, non convenit inter Doctos, quorum variae sunt conjecturae. Mihi, quod Usserio ac Gatakero jam visum, nihil occurrit probabilius, quam ab Hebr. מנחם repetendum esse *Manetis*, et *Manichaei* nomen, ac *paracletum* significare, qualem non tam viduae sese praestitit, quam sese ipse postea venditavit inter homines, cum post viduae mortem hoc nomen demum dicatur sumsisse. Fuit autem illud nomen inter Orientales honorabile, Syris et Arabibus Regibus familiare, etiam Patriarchis et Episcopis in Oriente: uti notum est.

§. CXI. Tempore intermedio, usque ad vulgatam haeresin, qualem sese praestiterit, quidve egerit, scriptores Graeci et Latini silent. Acta Archelai tantum habent, ipsum in *urbe regia* Persarum habitasse (sive Seleucia, sive Ctesiphon, intelligatur, in quibus Parthi, et dein Persae, reges hyberna solebant agere) *et fuisse eruditum*, *secundum doctrinam*, *quae in illis locis est*, *et pene dixerim*, inquit autor Actorum, *super omnem hominem*. Consulendi itaque sunt Orientales, qui defectum illum supplent. Confirmant non tantum ejus in omni fere scientiarum genere eruditionem, adeo ut praeter linguam Chald. vernaculam quoque calluerit Graecam, nam transtulit, ut ipsa tradunt Acta, libros Scythiani, Graece scriptos, teste Photio, l. c. lib. I. c. 12. magnus quoque fuerit musicus, pictor, et mathematicus, as-

trologus ac medicus: ut ex ſcriptoribus Orientalibus liqu apud Dherbelot. l. c. et Renaudot. in *hiſtoria Patriarc Alexandr.* Sed referunt inſuper Orientales, eum inſigne navaſſe operam ſcientiae Script. S. ac Theologiae, ſin *Chriſtianum* factum, (ex Magis enim ortus, et non natu fuit Chriſtianus) *Presbyteri* gradum eſſe adeptum adhuc venem in civitate capitali provinciae Huzitidis, nec n ingente ſeſe ſtudio oppoſuiſſe Infidelibus; *Sacerdos fact eſt*, inquit Abulfarag. l. c., *Elwaſi*, *docuit et interpretat eſt libros*, ſcilicet ſacros, *et cum Judaeis*, *Magis*, *Ethni diſputavit.* Vid. et Dherbelot. in voce *Mani.* Unde, illud obiter obſervem, patet, quanti ſint ſcriptores Grae et Latini faciendi, qui Manem, non niſi ſub vitae finer tradunt perveniſſe ad notitiam Chriſtianae religionis. Vi Acta Archelai §. 45. Dein *Philoſophicis deceptus ſtudiis*, a Abulfaragius, *animum ad haereſin formandam adpulit.* Excor municatus propterea venit in aulam Saporis I. regis Perſ rum, et in ejus favorem ſeſe adeo inſinuavit, ut eum expeditionibus bellicis non tantum, teſte Alexandro Lyc pol. l. c. comitatus fuerit, forte propter peritiam in M dicina, ſed et ſua dogmata ipſi perſuaſerit, vid. Hyde Renaudot. l. c., puta Philoſophica, a Magorum doctri non multum aliena. Cum enim ſeſe, tanquam Apoſtolu Chriſti oſtentare, et Magorum aeque ac Chriſtianorum r ligionem purgare coepit, mox in odium ac perſecutione Saporis incidit. Id quod publice adgreſſus eſt agere ſi Aureliano Inperatore, ut tradit Abulfar., ann. 267. Prae tendit autem vocationem divinam, per quietem acceptan ut habet autor Muhammedanus apud Hottinger. Hiſt. E cleſ. tom. I., ſeſeque *Paracletum* profeſſus eſt a Chriſto pr miſſum. Fuiſſe autem hanc veram perſecutionis, quam Sapore paſſus eſt, cauſam, ex Dherbelot. manifeſtum e imo ex Ipſis Actis Archelai haud obſcure colligitur. Lic enim ea referant §. 53. Manem ob ſuſceptam, ſed non pe fectam, ſanationem filii Saporis aegrotantis, et mortui, carcer

carcerem fuisse conjectum, mox §. 54. tradunt, regem Persarum, audito eum Christianam religionem propagare, suppliciis voluisse adficere. Solus ex Orientalibus Abulfar. tanquam ex fama refert de Filio Saporis ipsi, ut sanetur, tradito. Quod si verum, causa odii Saporis praecipua tamen fuit non infelix sanationis successus, sed Christianismi propagatio.

§. CXII. Manetem e carcere elapsum aufugisse in castellum Mesopotamiae Arabion dictum, referunt Acta; sed Orientales apud Dherbeloth. et Renaudot., eum sese in Turkestan. contulisse, ad ortum maris Caspii, multosque sua haeresi infecisse; quod videtur longe verius, cum eam sectam in India, Chataia, et China valde viguisse, et etiamnum vigere, constat, teste Assemanno. Praeterea castellum aliquod Arabion in Mesopotamia plane est ignotum. Forte originem narrationis dedit, quod postea Hormisdas, filius Saporis, ipsi faventior, castellum tradatur, ut mox narrabo, struxisse in Curistana, ut ibi securius degeret. Narrant praeterea Orientales, Manem in urbe Tehighil habitasse, ejusque Templum egregiis ornasse picturis, hic quoque loci sese in antro aliquo per annum occultasse, ac migrationem in coelum, accepta revelatione divina, prae se tulisse. Scripsit utique hic librum suum, *revelationis*, seu Euangelii, titulo, admirandis ab ipso figuris ornatum. Vid. Dherbeloth. Cum in castello Arabion moraretur, ut Occidentalium habet narratio, pietatis et beneficentiae, mirabili prorsus casu demonstratae, Marcelli alicujus, ditissimi civis urbis Cascar, fama excitatus, scriptis ad eum litteris, dogmata sua ipsi conatus est persuadere. Qua occasione, litteris a Marcello acceptis responsoriis, venit Cascar, et cum Archelao colloquium illud in ejus domo, praesentibus judicibus gentilibus, habuit, sed causa cecidit: cujus acta prostant in Actis illis Archelai: quorum supra memini, et falsitatem demonstravi. Nec certioris fidei est alterum ejus cum Archelao colloquium in castello Diodori dicto, occa-

sione praebita, ut narratur, a Diodoro, ejus loci Presbytero, qui, cum Manes eum adgrederetur, evocasset Archelaum. Quae disputatio in Actis illis etiam reperitur. Interea fieri potuit, ut Manichaeus talem scripserit Epistolam, quae antiquitatis praefert criteria, et nihil a persona aut doctrina ejus habet alienum; habita praeterea fuerit aliqua disputatio in urbe Cascar, non Mesopotamiae, in qua ejus nominis nulla est, sed in Turkestania, ubi exstat.

§. CXIII. Mortuo Sapore, ut filum historiae ejus ex Orientalibus pertexam, ann. aer. Vulg. 271. secundum Pagi ad Baron., et Hormisda, ejus filio, regnante in Persia, rediit Manes, et regem sibi reperit faventem, ita etiam ut doctrinas ejus adoptaverit, ac tuitus sit: de quo vid. Hyde l. c. Cum autem ipsum a Magorum et Christianorum persecutionibus tutum praestare non posset, castellum in ejus gratiam jussit aedificari inter Bagdadum et Susianam in Curistana, ut ibi securius degeret. Dherbeloth. in voce *Dascerah.* Mortuo dein Hormisda, et in ejus locum suffecto Varane a. 273., scena valde mutata est, in perniciem Manetis. Cum enim Magorum zelo resistere non posset rex, Magorum doctoribus praecepit, ut cum ipso disputarent. Vid. apud Hyde et Renaudot. l. c. Quae disputatio ipsi fuit fatalis; cum inferior inde, ut credebatur, discedens condemnatus fuerit tanquam *haereticus*, seu Persarum et Arabum testimonio *Sadducaeus* inpius, quia resurrectionem, quam Persae credebant, negavit: secutum mox est, *jussu* Regis, Zelotis devoti, supplicium mortis, sed incertum cujus generis, autoribus secum discrepantibus. Alii enim, eum cruci fuisse adfixum, alii excoriatum, alii in duas partes sectum et divisum, referunt. Exspiravit sub Varane I. a. 277. quo ipso anno Rex quoque mortuus est. Memoriam mortis Doctoris sui celebrarunt adseclae ejus Mens. Mart. quotannis, teste August. contra Faustum l. XVIII: 5. sed tempestas cum morte Manichaei non desaeviit, quippe quae et adseclas corripuit: ut mox patebit.

§. *CXIV.*

§. CXIV. *Manichaeismus*, cujus generalem adgredior dare intellectum, genuina sua facie est religionis Magorum ac Christianorum mixtura; seu systema aliquod Philosophicum, in Magorum fundatum principiis, et cum Christianismi dogmatibus in concordiam redactum. Manichaeus enim, orientalis, seu Persicae, Philosophiae opinionibus inbutus, ea Christianus factus retinuit, ac cum Christianismo conciliare tentavit; ut Persis et Christianis satisfaceret, eosque in unam fidem, ac religionem, conjungeret. Cum vero Scripturam S. scopo nimis sentiret adversam, statuit. 1. Euangelistas et Apostolos, ejus autores, nimium tunc fuisse Judaismi principiis deditos, vel scripta eorum a Christianis Galilaeis, Judaizantibus, esse depravata. Prae se 2. tulit, Apostolum se esse extraordinarium, a Christo sub nomine Paracleti promissum, qui ea in lucem proferret, quae Christus revelare noluit, adeoque divinitus se ad id esse electum et missum, ut Christianam aeque ac Persicam reformaret religionem, et perficeret. Ex his explicandus est, et dijudicandus, principiis Manichaeismus.

§. CXV. Sunt vero quatuor fundamenta, quibus innixus, et ex quibus ortus est, paulo adcuratius tradenda. 1. *Primum* habet, Manichaeum esse supremum et infallibilem doctorem, omnibus reliquis, etiam Apostolis, superiorem, *paracletum* illum, a Christo promissum, si singularis intelligatur homo, vel potius, si Spiritus S. sit, ab eo inmediate actum, hominem etiam illum *Spiritualem*, cujus Paulus 1 Cor. II. meminit, *qui de omnibus judicat, ipse a nemine judicatur.* Credi itaque de se noluit Manes, nec crediderunt adseclae ejus, eum esse Christum aut Spiritum S., ut ipsis inputant Veteres, ambiguo nominis *paracleti* sensu, modo notato, forte decepti, sed Apostolum Christi, qualem sese in omnibus suis epistolis scripsit, teste August. contra Faustum l. XIII: 4. et a Spiritu S., seu paracleto, inspiratum ac ductum, uti August. refert de *utilitate cred.* c. 3. et formula quoque abjurationis habet, apud Fabric. oper. Hippolyti

p. 202. Qualis igitur a Montanistis fuit habitus Mont
talis a Manichaeis Manes: fanaticus verius quam inp
qui sibi aeque ac aliis imposuit: quo pertinet, quod
modo observavi, se in ecstasi, vel somnio, fuisse ad n
Apostoli electum jactaverit. 2. *Secundum* est, quod
eet in libris V. T. non negarint quaedam reperiri
ex. gr. Adamum esse primum hominem, et Patri
viros sanctos, pietati ac virtuti esse studendum, do
tamen, cultum, et officia, in illis occurrentia, repudi
tanquam Deo indigna, rationi ac conscientiae dictatis
traria. Quo fini urserunt, descriptionem Dei in illis
esse Deo injuriosam, officia, quae inculcantur, natura
non convenire, promissum vitae aeternae desiderari, c
ritualem Deo esse indignum, historiam creationis et
erroribus plenam, Prophetas de Christo servatore nost
hil praedixisse, sed longe alium depinxisse Messiam Ju
rum, etc. Vid Aug. contra Faust. Ceterum Manic
ipse, si Actis Archelai fidendum, legem consideravit
quam regulam fidei et vitae, pro eo tempore datam.
Africana Manichaeorum secta tenuit, omnes, qui sub V
vixerunt, fuisse in inferno usque ad Christum, quand
gulari gratia propter Christum sunt liberati, et salut
nati; quod ipsum de Gentilium Patriarchis credidit.
Faustus apud Aug. contra eum l. XXXIII.

§. CXVI. 3. Omnes N. T. libros receperunt; exc
Epist. ad Hebraeos, et Act. Apost., quia *illa* de lege
saica, tanquam typica, et sanctis V. T. nimis magn
loquitur, *haec* commenta ejus de paracleto, ante sua ter
ra non misso, nimis clare per effusionem Spiritus S.
tabant: praetexuit autem historiam mortis Ananiae et
phirae, et visionis Petri, tanquam Deo indignam, Au
contra Adimant. c. 17. Interea omnem autoritatem
N. T. ademerunt, statuendo, euangelia non esse ab A
tolis, quorum nomina praeferunt, scripta, sed ab aliis
ti *nominis* viris, semi-Judaeis. Aug. contra Faust. X

et XXXIII., qui alibi in Ep. ad Hieron., inter Hieronymi Ep. 97., falsitatem a Manichaeis, *non scribentibus Apostolis* tribui dicit, sed *nescio quibus codicum corruptoribus*, adeoque falsa continere veris mixta, quae a Manichaeo sunt separata, qualia erant *cum* contradictoria, uti censebantur, *tum* Christo et Majestate Divina indigna, ex. g. nativitas ex muliere, circumcisio, tentatio in deserto. Aug. contra Faust. c. XXXII. praeterea loca V. T. citata in N. ib. Sed doctrinas, praecepta, et passiones Christi receperunt. Haud absimili ratione infirmarunt Epistolas Apostolorum, quippe ab ipsis, nondum a Judaismo purgatis, scriptas. 4. Habuerunt quoque alios libros, quorum autoritate dogmata sua adfirmarunt. *a.* Poetas et Philosophos Gentiles aliquos censuerunt divinas quoque comprehendere veritates, sive a Patriarchis primis per traditionem acceptas, sive a Spiritu S. ipsis inspiratas: Spiritum enim statuerunt, sese ubique in animas, ab adfectibus purgatas, diffundere, adeoque inter Gentes non defuisse prophetas. Quorum libris usi sunt, tanquam principiis fidei et morum, sed et cum ea limitatione, ut vera a falsis secernere debeant. Inter eos autem libros eminuerunt, Zoroastris, Hermetis Trismegisti, prophetiarum Chami, Barcubbae et Parchoris. Aug. l. c. l. XIII. *b.* Apocryphos quoque Patriarcharum antiquissimorum libros agnoverunt, qui in Ecclesiis Orientalibus ipsis aliquandiu autoritatem aliquam habuerunt: uti sunt, *instructio Adami*, Testamentum ejus, et Sethi etc. Ipsis etiam *c.* apocryphis N. T., qui Apostolorum nomina praetulerunt, usi sunt: ex. gr. euangelio Tomae, Philippi, ejusque actis etc., qui ab ipsis quidem non sunt, ut putatur, conficti, cum antea diu exstiterint, et Lucium quendam, aut Leucium Carinum, etiam Leontium, et Seleucum, adpellatum, sec. II. habuerunt autorem. De quo supra suo loco monui. Placuerunt ipsis hi libri, quia nonnulla opinionibus et institutis eorum congrua continebant, ex. gr. virginitatis meritum, conjugii corruptionem, vel inperfectionem etc. *d.* Denique in hunc cen-

ſum venerunt ipſi illi libri, quos Manes, et praecipui *ejus* diſcipuli, exararunt. De quibus hic diſſeruiſſe nihil adtinet.

CXVII. His apertis fontibus, Manichaeiſmi dabo generalem conſpectum. 1. Dei *naturam* dixit Manes eſſe *lucem*, non figurate, ſed proprie, ſic dictam, expanſam et diffuſam, non tamen materialem, voce populariter ſumta, quae in ſenſus incurrit, ſed puram, ſimplicem, et ſpiritualem, ſeu ſubtiliſſimam, entibus tantum intelligentibus viſibilem, denique aeternam, intelligentem, et inmutabilem, quae cum craſſa materia nunquam miſcetur, nec miſceri poteſt. Quae opinio in fragment. epiſt. Manetis apud Fabric. Bibl. Gr. lib. V. clare exſtat; vid. quoque luculenta Dei a Manichaeo deſcriptio apud Auguſt. contra *Epiſtolam fundamenti* c. 12. fuitque eadem ac Valentin., Cabbaliſtarum, aliorumque Veterum: uti conſtat. Hanc vero ipſam fuiſſe lucem dixit, quam Apoſtoli in monte viderunt Matt. XVIII. cum Chriſtus transfiguratus eſt: qua de re inter ipſos Catholicos ſec. XIV. diſputatum eſt, inter Gregor. Palamam et Barlaamum, fueritne ea lux *increata*, quod Palama tenuit, an creata? de quo ſuo loco. Statuit itaque lucem illam ſenſibilem, ſed oculis a Deo ad majorem perfectionem formatis. Verum *inmenſitatem* ſubſtantiae divinae a Manete fuiſſe negatam, ex diſputatione cum Archelao colligitur, cum ibi eam inde refutat, quod, ſi Deus omnia repleret, nullus creaturis reſtaret locus. Vid. et Auguſt. contra Fauſt. l. XXVI. Num autem *unum* crediderint Deum, an *duos*? *diſputatur*: poſterius ipſis paſſim tribuitur a Veteribus, et Recentioribus, quia duo *principia aeterna* admiſerunt, unum *bonum*, alterum *malum*, ſeu materiam. Sed ipſi Manichaei, licet *malum* ſubinde Dei nomine inſigniant, illud a ſe inproprie fieri, et principium bonum pro vero Deo haberi ſolum, conſtanter adfirmarunt, adeoque unum ſe dicere Deum, ſcilicet Ens perfectum, beatum et bonum; quae in materia, altero principio, erant contraria; ut ex Aug. diſputatione

cum

cum Fausto manifestum est. Quo etiam facit, quod *malum* principium nec coluerint, nec colendum censuerint, secus ac ipsis inputatur; excepto Augustino, qui eos ejus criminis non accusavit. Illud tamen ab altera parte verum est, *materiam* ab ipsis statui aeternam, increatam, simul potentia praeditam, non quidem elementa aeris, ignis, terrae, et aquae, quae semper fuerunt divisa, sed corpora organica et animata ex se formandi, quia materiae adtribuitur motus, vita, et sensus, seu anima irrationalis: sed quae potentia est ea longe inferior, qua e nihilo quid creatur, aut rei insensibili datur sensus. Quae ipsa hypothesis cum, materiae adtributa quaedam divina inesse, admittere videatur, veri quoque Dei opera nonnulla ad materiam transferat, per consequentiam ipsis recte inputatur, quod alterum illud principium pro divino habeatur. Sedes licet Deo dederint in terra beata, et lucida, incorporea, et spirituali, Aug. contra *epist. fundamenti* c. 13, 20, cui Platonis *ἀνλιχ-θων* respondet in suprema regione universi, sic dicta, quod nostrae sit *opposita*; quem locum aeque aeternum ac Deum dixerunt, Aug. *contra Felicem* l. I. c. 17., *praesentiam* tamen Dei, per intellectum et voluntatem, ad omnia porrexerunt, et regimini Dei omnia ea subjecerunt. Aug. contra Adim. c. 7. inquit, Deum, secundum ipsos, *genti tenebrarum carcerem praeparasse*. Ipsi quoque, apud eundem contra *epist. fundam.* c. 20. illud regimen dicunt *per infinita spatia distendi, et nullo fine cohiberi*. Ceterum malo principio adsignarunt terram nostram in domicilium, unde post victoriam a Deo de *tenebris* illis reportatam, releganda est potestas tenebrarum in *tenebras exteriores*, ubicunque iste locus sit futurus. Vid. Secundinus in Epist. ad August.

§. CXVIII. Quod ad Trinitatem adtinet, Filium et Spiritum S., sicut proprie sic dictas crediderunt subsistentias, ita non e nihilo, ut postea Ariani, sed e Patris substantia, originem repetere, sive ab omni aeternitate, sive cum condere vellet mundum, et eandem possidere perfectissimo mo-

do essentiam, longe perfectiore utique ac reliquos spi Vid. August. contra Faustum l. XX. contra Fortunat. I. de divinis serm. XVI., denique Oper. Inperf. l. V et Phot. Bibl. cod. XXIV et CLXXIX. Statuerunt pr rea, eos esse Patri subordinatos, eoque, respectu digni et originis, inferiores: adeoque hac parte inter ipsi multos Catholicos hujus et praeced. seculi haud mu fuit discriminis. Illud singulare habuerunt, quod loca sonis divinis propria, et congrua, adsignarint, Patri si mam et inaccessam lucem, Filio solem, et Spiritui S. a vel Lunam. August. contra Faust. l. XXI. quod a Persi dentur transsumsisse. Nec tamen solem aut Lunam ac runt, verum Christum et Spiritum in iis residentes.

§. CXIX. 2. Praecipuus Manichaeismi error versatus circa originem mundi sublunaris, et materialis: cujus g ralem tantum dabo notitiam, ne longiores traham m quantum scopo sufficit: cum ex autoribus supra citatis cialiora ab harum rerum cupido facile possint peti. M dum *supralunarem*, seu Spirituum, Deo, tanquam causa ternae, vindicarunt in solidum, sed circa *sublunarem* lo aberrarunt, ne scilicet Deo bono, sancto, et sapienti, ad bere necesse habeant corruptionem moralem et physic vel miseriam, etiam confusionem, quam in eo esse cer runt. Fuerunt itaque eorum hac parte hypotheses seq tes. 1. Materiam esse Deo coaeternam, a se, et inde dentem, sed animatam, motu et vita, sed irrationali, p ditam: quam *tenebras* dixerunt. 2. Ex ea angelum mal seu daemona, esse ortum, potestatem tenebrarum dict et perfecte malum, cum praeter materiam animatam r possideat. 3. Hinc originem esse repetendam corpo carnalium, organicorum, et animantium. 4. Hanc pro tionem, ex materia factam, occasionalem esse creat mundi causam, a Deo bono institutae, qui spirituum, mentium, omnisque ordinis et boni in mundo causa Spiritus vero intelligentes esse emanationes Dei boni,

se inferiores Filio et Spiritu S., nec ipsam Dei essentiam participantes, nec ex ea ortas, verum e materia coelesti, quae substantia Dei adpellatur, quatenus ejus imperio est subjecta. 5. Hunc Spiritum purum cum substantia materiali, seu subtilissima materiae parte, quae altera est in homine *anima*, a Spirituali distincta, conjunctam constituere mentem et animam in homine, quae, praeter intellectum et voluntatem, habet adpetitum irascibilem et concupiscibilem, seu inclinationes naturales, homini proprias. 6. Peccatum originale esse naturale et necessarium, consequens materiae, cum Spiritu unitae: sine qua unione cum homo non sit, peccatum inde necessario fuisse ortum: adeoque spiritum non peccare, nisi violentia passionum compulsum; esse tamen liberum, et libertate abuti, quod malae animae non, uti potest, resistat. 7. Salutem itaque mentis in liberatione, ac purificatione, a materia esse sitam, quae in hac vita incipit in illis, qui gratia, a Christo oblata, recte utuntur, sed post mortem per gradus consummatur, priorem in Luna, posteriorem in Sole; quia illa est sedes Spiritus, hic vero Christi. 8. Christum inter et Jesum esse distinguendum, *illum* esse emanationem summi Dei et Patris, *hunc* vero aeonem, hominem primum et coelestem, filium matris vitae, seu animae universalis, qui, sese miscendo materiae, ibi reliquit partem, *animam* dictam, quae est Jesus terrestris et patiens, seu substantia coelestis per totam rerum naturam sparsa. 9. Carnem non fuisse cum Christo vere unitam, sed specie tenus tantum, et in ea specie crucifixum esse Christum. 10. Eum esse autorem salutis, quatenus veram dedit Dei notitiam, viam ad perfectionem docuit, et sua vita monstravit, exempli instar. Perfectionem vero per omnimodam carnis crucifixionem, animae malae, sentientis, et concupiscentis, repressionem, acquiri; adeoque ab omni carne, vino, et venere, et similibus abstinendum esse: sed quod in *Electis* Manichaeorum sese magis, quam in *vulgaribus*, exserit. 11. *Materiam* in judicio

judicio ultimo una cum daemonibus, et animabus, quae gratiam servatoris respuerunt, esse in ignem praecipitandam inexstinguibilem, nec tamen poenam illam aeternam esse, sed purgantem in fine. Reliqua, quae cum Gnosticis habuerunt communia, ut, resurrectionem esse nullam, et alia, mitto.

§. CXX. Est utique Manichaeismus vere recoctus Gnosticismus, seu orientalis Philosophiae ac Christianae doctrinae mixtura, unde tanquam ex fonte repetendus est: de quo, ut et magistris Manetis, quaedam dicenda sunt. De primo haereseos autore his verbis loquuntur *Acta* Archelai §. 51. *Quidam ex Scythia, Scythianus nomine, Apostolorum tempore, fuit sectae hujus autor et princeps.* In quibus id 1. falsum est, quod e Scythia dicatur oriundus, cum fuerit Arabs, vel Saracenus, ut mox ipsa habent Acta §. 52. *e genere Saracenorum:* quod Cyrill., Epiphan. et alii confirmant: adeoque haud procul ab ea Chaldaeae provincia, in qua fuit Manes, 2. nec illud verum est, quod *Apostolorum* tempore vixisse tradatur, cum a Serapione non tantum post Marcionem ponatur, sed ex Epistola Manetis ad Scythianum scripta, apud Fabric. l. c. pateat, eos fuisse aequales. Hic autem Scythianus in ipsis Actis Archelai, et apud Epiph., celebratur ab *ingenio et eruditione:* addit tamen Epiph. *magicam* scientiam, nescio quo fundamento, cum nemo Veterum ejus meminerit; cujus etiam farinae est, quod eum *infamem* mulierem referat duxisse uxorem, cum Acta simpliciter tradant, eum *captivam* quandam accepisse uxorem de *superiore Thebaide*; quod confirmat Socrat. H. I: 22. Nec fidem meretur Cyrill. Hierosf., cum eum nec Judaeum, nec *Christianum*, fuisse refert; adspiravit enim, ut Acta habent, ad Episcopatum, et Manetis ad eum litterae de Christiana ejus professione clare testantur. Plura de ipso non sunt nota, nisi quod Acta narrant, eum, cum in AEgypto suasu uxoris aliquandiu habitasset, Judaeam cum discipulo Terebintho petiisse, ut cum doctoribus ibi congrederetur, et

brevi

brevi esse vita defunctum. Quam historiam insigni fabula, relatu indigna, Epiphanius ornavit. Ceterum, quatuor libros, *mysteriorum*, *capitulorum*, *euangelium*, *et thesaurum ei scripsisse* Terebinthum, ejus discipulum, tradunt Acta. Sed qui Maneti verius inscribuntur, uti Beauf., qui de iis disseruit, probabile fecit.

§. CXXI. Sed origo Manichaeismi altius est repetenda, cum Gnosticisinus fuerit renovatus, et Philosophiae orientali, seu Magicae, natales suos debeat; ut ex loco, ubi primi versati sunt autores, et exacta ejus cum illa Philosophia convenientia, manifestum est. Doctrina quoque de duobus principiis inter Gentiles et Judaeos, jam ab antiquissimis temporibus, satis fuit vulgata. De quo vid. Wolfius de *Manichaeismo* ante *Manichaeum*, sect. II. Magi quoque ea statuerunt coaeterna, *unum* bonum, et proprie Deum, *alterum* materiam, et ex ea natum *spiritum* malum, Daemonem dictum, priorem omnis boni, et posteriorem omnis mali, causam necessariam, priorem *Hormisdam*, posteriorem *Arimanem*, adpellatum apud Persas. *Prius* autem nomen idem censetur ac *ἀγαθὸς δαίμων bonus daemon*, vel Deus, *Horo* enim bonum, et *Mazd* Deum signat, ut docuit la Croze apud Beausobr. l. c. *posterius* vero ens valde inpurum significat, ex *ahar et riman*, secundum Hyde de relig. Pers. Attamen Zoroaster aliquam mutationem in hoc systema Magorum censetur intulisse, statuendo, principium malum non esse *coaeternum* Deo, sed a supremo Deo duo condita esse entia, bonum et malum, hoc ut superioris consequens, sicut umbra sequitur corpus. Quod tamen nonnulli non de *materia*, quippe increata et Deo coaeterna, sed de spiritu aliquo e materia orto, interpretantur. Sed Zoroastreum systema mihi non satis notum est; nuper illud in clariorem protraxit lucem J. Brucker. Hist. Crit. Philos. t. I., qui probare conatus est, ipsam *materiam* ex Deo summo, post alias emanationes purae lucis, emanasse, et eam esse *Arimanium*. Quicquid de eo sit, videtur Zoroaster mixturam lu-

cis et tenebrarum, unde mundus sublunaris, cum omni lo, ortus est, non tam necessitati, quam arbitrio Dei scripsisse. Num autem materiam statuerit sensu et vita sam, an, ut Magi, et Manichaei, ei tribuerit sensum animam irrationalem, unde princeps tenebrarum natus non definiverim.

§. CXXII. De ortu, progressu, et fatis Manichaeismi cendum restat. 1. Duplex omnino admittenda est M chaeismi *epocha*, ut Orientales et Occidentales secum c cilientur. Secundum illos enim Manichaeus haeresin in P sia coepit vulgare a. aer. V. 268, ut ex Abulfar., et toria quoque Manetis, colligitur, cum natus fuerit a. 2 et antea Presbyter; quem honorem ante ann. aetatis consequi non potuit. Verum constans Occidentalium tr tio habet, epocham illam Manichaeismi figendam esse ann. *2do* Probi Inperatoris, seu aer. Vulg. 277. Vid. Ch nicon Eus., et Cyrill. catech. VI. Sit itaque haec poste epocha in inperio Romano, et prior in Persia. 2. T primi Manetis discipuli memorantur apud Cyrill. l. c. mas, Buddas, et Hermas: quorum secundus idem est Terebinthus in Actis Archelai, cum nomina Buddas et rebinthus eodem recidant: τερέβινθος enim certae spe arborem denotat, quam Chaldaei adpellant *butam*, vel *b mam*. Praemittitur quidem Manichaeo, tanquam ejus pr ceptor, in Actis, sed erronee, cum ex nominibus const unum eundemque esse Buddam et Terebinthum. To fuit missus in Indiam, et inde in AEgyptum, ut ex Act et Epiphan. patet, Buddas, vel Addas, in Scythiam, Hermas mansit apud Manichaeum. Hanc primam miss nem excepit secunda, qua Addas in Orientem, Hermas AEgyptum, et Tomas in Syriam est ablegatus. Praete duodecim, ad exemplum Christi, habuit discipulos, quor nomina apud Phot. et P. Siculum prostant, inter quos pr cipem tenuit locum Adimantus, qui Manichaeismum vi tur in Africam Proconf. invexisse, magnosque in ea fec

p

progressus, ab ann. aer. V. 290, fuitque, post Manichaeum, praecipue a Manichaeis Africae honoratus, teste Fausto apud Aug. contra Faustum, nec non formula abjurationis apud Fabric. in Oper. Hippol. 3. Denique ad fata Manichaeismi pertinet persecutio, quam passi sunt sub Varane, cujus furor, per Manetis supplicium non sedatus, sese in ejus adseclas quoque effudit, adeo ut multi fuerint occisi, alii in regiones vicinas aufugerint. De quo plura non dicam. Multum etiam passi oportet fuerint in Africa jam ab a. 285., si rescriptum Diocletiani et Maximiani Juliano, Proconsuli Africae, datum, apud Baronium, sit genuinum, quod non putaverim, cum ibi tunc vix innotuerit Manichaeismus, altum etiam de eo sit apud Euseb., et alios, ipsum Augustinum, silentium, nec ratio sit, quare, Christianis tunc favens, tam crudeliter saeviret in Manichaeos: ne alia proferam, quae adduxit S. Basnagius in Ann. Polit. Eccles. ad eum annum. Qui vero eorum, qui aliqua in posterum tenuerunt Manichaeismi capita, vel accusati sunt aut suspecti, per sequentia secula velit catalogum, adeat Wolfium in *Manichaeismo* ante Manichaeum sect. II.

SCHISMATA.

§. CXXIII. Duo haud exigui momenti *Schismata* pacem Ecclesiae haud parum hoc sec. turbarunt, *unum* in Ecclesia Africana et Romana, *alterum* inter ipsas illas Ecclesias. *Prius* est Novati et Novatiani cum Cypriano Carthagin., et Cornelio Roman. Episcopis, *posterius* inter Cyprianum et Stephanum Episc. Roman., utrumque circa disciplinam Ecclesiast., sed prius de admittendis lapsis ad communionem Ecclesiae, posterius de modo admissionis eorum, qui ab haereticis erant baptizati, num per novum baptismum, an sine eo per inpositionem manuum. De *priore* antequam exponam, Novati et Novatiani praemittenda est aliqua notitia; fuisse enim eos distinctos, et diversos, male a non-

 nullis,

nullis, inter ipsos quoque Veteres, confusos, ex Cypria
Cornelio, et Paciano Epist. ad Sempronianum, in Bibl.
Patrum, manifestum est. *Novatus* fuit Presbyter Carthagi
sed Novatianus Romanus; Novatus, licet non fuerit sch
matis caput, duplex tamen conflavit schisma contra Cypi
num et Cornelium, quare *fax et ignis* dicitur *ad confla*
seditionis incendia a Cypriano ep. 52. ad Cornelium. C
flavit utique, vel corroboravit, primum schisma Felicissi
contra Cyprianum, dein Novatiani contra Cornelium. I
pingitur quidem in ea epist. a Cypriano tanquam *pessi*
indolis, et corruptissimae vitae: sed cui, quippe acerri
adversario, fides, sine ulteriore probatione, haberi tuto
quit, eo magis, quod magnae fuerit in Ecclesia existimat
nis ac autoritatis, uti vel ex eo patet, quod, licet pres
per tantum, Felicissimum, schismatis unius caput futuru
fecerit Diaconum Carthagin., et Novatianum Episcop
Romanum: teste ipso Cypriano ep. cit., qui alia quoque
43. ad *plebem* indicat, omnes quinque presbyteros, qui c
Felicissimo formarunt schisma, *aetate et autoritate* fuisse
signes, ubi plebem admonet, dicens, *ne aetas vos eorum*,
auctoritas fallat. Novatianus, ut Veteres tradunt, pericul
laborans morbo, Christianismo per baptismum in lecto
sertus, presbyter Romae factus est, non obstante, qu
valetudine comparata, baptismus ejus non fuerit legit
consummatus, per conniventiam Episcopi, de regulis Ec
siasticis, invito clero et plebe, dispensantis. Sede d
Episcopali Romae vacante per mortem Fabiani, ipse
cum sociis electioni Cornelii opposuit, simul ope Nov
creari fecit Episcopum, et a tribus Episcopis, e viliss
Italiae plebe arte accitis, confirmari: sociis quoque
sanctissimum Domini corpus juramento in S. eucharisti
bi adstrictis, et confessoribus in partes suas adtractis.
terea Cornelii partes praevaluerunt, cum electio ejus a
priano, et totius orbis Christiani Episcopis, fuerit adp
bata, et pax per Cyprianum reddita Ecclesiae, quippe

et litteris, ut Epist. 46. ad *Confessores*, et in primis libro de *Unitate Ecclesiae*, eum in finem scripto, confessores reconciliavit Ecclesiae, et pacem restituit. Vid. Ep. 49 et 53. Haec summa est historiae Novatiani, ex Cornelio apud Eus. H. VI: 43. et Cypriani litteris hausta. Quae omnia a. 251. contigerunt. Vid. Annales Cypriani. Martyrio eum fuisse coronatum sub Valeriano refert quidem Socrat H. IV: 28. sed quo fundamento nescio: si ex *libro martyrii* ejus hauserit, futilem secutus est autorem, ut recte advertit Vales. ad Socrat. Ceterum fuit quidem indolis austerioris, Stoicam Philosophian, quam ante conversionem professus est, redolentis, attamen eruditus Vir, et magnae autoritatis, fatente ipso Cypriano ep. 55. ad Antonian., et libris ejus, in primis de *regula fidei*, testantibus. Liber iste novissime editus est a Jacksono, cum eruditis prolegomenis et notis: quo supra in doctrina Ecclesiae de Trinitate explicanda usus sum. Subjunctus etiam est elegans Novatiani tractatus, sub forma Epistolae, quam Presbyter Romanus in secessu suo ad eam scripsit Ecclesiam, *de cibis Judaicis*, quo discrimen mundorum et inmundorum animalium sub Lege eo tantum spectasse demonstrat, ut Judaei ad bonos mores informarentur, et a pravis abstraherentur, nec sub N. T. locum amplius habere, ubi omnis cibus mundus est, modo continentia observetur, et ab idolothytis abstineatur.

§. CXXIV. *Prius* schisma in Ecclesia Africana contra Cyprianum conflatum est a Felicissimo, ope Novati. Cyprian. Ep. 52. ad *Cornelium*. Felicissimus, qui cum aliis sese electioni Cypriani Episcopi opposuerat, odio, quod ab eo jam tempore in Cyprianum conceperat, eo usque indulsit, ut, quinque adjutus Presbyteris, et a Novato, qui ipsum, Cypriano inscio ac invito, Diaconum fecerat in coetu *in monte*, quem tanquam presbyter sub Cypriano regebat, incitatus, sese a Cypriano, ejusque coetu, publice separaverit, et, Fortunato constituto Episcopo, schisma perfecerit, Ec-

cleſia in *monte* collecta, omnibuſque, qui cum Cyprian ciebant, excommunicatis. Lectio enim non eſt ſollicita ut pro *monte* legatur *morte*, et factio in ipſa Eccleſia fuer ſtituta: ut nonnullis videtur; ſine ſolida ratione. Sed ma non fuit durabile, cum ſchiſmatici primum juſſu C ani, tunc abſentis, a Caldonio et Herculano Epiſc Rogatiano et Numidico Presbyteris, abſtenti, dein ab copis Africanis in concilio, eum in finem coacto, co nati ſint, propter hoc non tantum ſchiſma, ſed et f ra jam ante a Fortunato, ut ferebatur, commiſſa. decretum a Cornelio, Epiſcopo Rom., ad quem ſe c lerant ſchiſmatici, adprobatum eſt. Vid. Epiſt. Cy 41—44.

§. CXXV. *Poſterius* ſchiſma gravius fuit, et pericul ob Novatiani non tantum autoritatem et exiſtimati cujus modo memini, ſed et, quod confeſſores ipſi in adhaeſerint, et nonnullorum Epiſcoporum animi ad coeperint inclinari. Eccleſia utique Antiochena ſchiſma tur adprobaſſe, ipſo Fabiano ad illud propenſo. E VI: 44., qui ib. c. 49. narrat, quoſdam Antiochiae tos fuiſſe firmare ſchiſma Novati. Quam ob cauſam dus ibi habita eſt ſub Demetriano, ſucceſſore F quae Novatianum ſchiſmaticum depoſuit, a quo ten Novatiani opinione damnata, Eccleſias Orientis pac quiſiviſſe, et ſchiſma in Oriente fuiſſe exſtinctum, Dionyſius in Epiſt. ad Stephanum. Euſ. H. VII: 4, 5. Antonianus, Numidiae Epiſc., qui primum faverat lio, nutare coepit, poſteaquam Trophimus, et *thurifi* Cornelio eſſent ad communionem admiſſi: quem ſani cuit Cyprian. ep. ad Ipſum 55. Ceterum ſchiſma i vos quidem erupit ſtatim poſt Cornelii electionem, Paciano l. c. ep. 2. et aliunde patet, ſed jam ante, tatur, gliſcebat, apertumque ſpectabat ad ſchiſma, Cornelii Epiſt. apud Euſ. H. IV: 43. colligitur, ubi tianum jam ante fuiſſe a Moyſe martyre communio

pr

privatum adſeritur. Quod tamen, ante Cornelii electionem eſſe factum, non eſt adeo certum. Vid. Tillemont. l. cit. in not. ad Cornelium. Ceterum longe lateque ſeſe haec ſecta expandit, et in Phrygia ac Paphlagonia, propter auſteriorem iſtius gentis indolem, altiores egit radices; teſte Socrat. H. IV: 28. Per AEgyptum et Armeniam quoque propagatam fuiſſe, Epiſtolae Dionyſii ad eas Eccleſias, de *poenitentia* ſcriptae, demonſtrant. Euſ. H. VI: 46. Duravit etiam haec ſecta per ſequentia aliquot ſecula, Romae non tantum, ubi incepit, ſed et CPoli, et variis in Aſiae provinciis, Alexandriae, in Africa, et alibi. Vid. Tillemont. memor. Eccleſ. tom. III. p. III.

§. CXXVI. Verſatum fuit utrumque Schiſma, ut *cauſam* et rationem pandam, circa diſciplinam admittendi peccatores per poenitentiam ad Eccleſiae communionem; ſed oppoſitis rationibus. Feliciſſimi enim illud qualeſcunque peccatores, ſpeciatim lapſos, ſine plena et legitima poenitentia, recipiendos voluit, ac de nimia diſciplinae ſeveritate, quam Cyprianus urſit, conqueſtum eſt. Sed Novatiani hypotheſis fuit ſchiſmatica, nullos lapſos, ſeu mortalium peccatorum reos, licet poenitentiam profeſſos, ab Eccleſia eſſe adſumendos, verum Dei judicio relinquendos, adeoque nimiam diſciplinae publicae lenitatem ac indulgentiam reprehendit. Ex quo, medium inter duo haec extrema tenuiſſe Eccleſiam publicam, eluceſcit. *Temperamentum ſalubri moderatione libravimus*, inquit Cyprian. ep. 55. *ne in totum ſpes communicationis et pacis lapſis denegaretur, nec tamen rurſus cenſura euangelica ſolveretur, ut ad communicationem temere proſilirent.* Diverſa autem ea praxis innixa quoque erat diverſis principiis. Novatiani Eccleſiae negarunt poteſtatem competere lapſos recipiendi, ſimul per eorum communionem dixerunt contaminari Eccleſiam. Catholici utrumque negarunt, et diſciplinam temporibus tenuerunt eſſe adcommodandam: ut ex Epiſt. citata liquet. Novatiani porro, ut ſchiſmatis neceſſitatem defenderent, ſe, ſalva conſcientia,

commercium cum Ecclesia, per lapsorum communionem commaculata, habere posse negarunt. Catholici vero, dissensum Episcoporum hic, salva pace, obtinere posse censuerunt; sed schismaticos ab Ecclesia esse arcendos, et eos, qui cum ipsis tenent, excommunicandos, statuerunt.

§. XXVII. Quibus ut clarior infundatur lux, consuetudo Ecclesiae ante haec tempora in medium proferenda est: quo ipso disciplina Ecclesiae illustrabitur. Inter graviora crimina, quae publicae poenitentiae peccatorem subjiciebant, *tria* eminuerunt, circa quae disciplina nec semper nec ubique fuit eadem; *idololatriae* scilicet, *homicidii*, *et adulterii:* sive quod natura sua fuerint atrociora habita, sive quod decretum Apostolicum Act. XV. de *idolothytis*, *scortatione*, *et sanguine* (h. e. caede, uti nonnulli interpretati sunt, qui *suffocatum* non legerunt) ansam praebuerit; uti ex Tertull. de *Pudicitia*, et Paciano *exhort. ad poenitentiam*, in Bibl. M. Patrum, constat. Censuram haec crimina requirere severissimam et diuturnam constans fuit omnium temporum quidem opinio, sed num expiari possent, et delinquentes ad communionem Ecclesiae denuo admitti, an in poenitentiae statu relinquendi, eadem non videtur ante haec tempora Ecclesiarum consuetudo. Origen. hom. XV. in Lev. dubie loquitur, ubi dicit, *in gravioribus enim criminibus semel tantum, vel raro, poenitentiae conceditur locus*, si voces, *vel raro*, genuinae sunt, et non deinceps additae; cum in Mss. deficiant: de quo vid. notae in nov. edit. Oper. Origen. tom. II. Illud 1. certum est, plus una vice nunquam fas fuisse ejusmodi peccatores Ecclesiae per poenitentiam reconciliari. Herm. Past. l. II. mandat. 2do *servis Dei poenitentia una*. Vid. et Clem. Alex. Strom. II: 13. Notabilia sunt Tert. verba de *Poenit.* c. 7. *collocavit in vestibulo poenitentiam* (quae est post baptismum *prima*) *quae pulsantibus patefaciat: sed jam semel, quia jam secundo; sed amplius nunquam, quia proxime frustra.*

§. CXXVIII. Sed 2. num haec *una* semper fuit conces-

ſo, et *quando* obtinuiſſe, hac parte videtur in Eccleſiis diverſitas, *a.* Si periculoſiſſimo in morbo aliquis eam petebat, ejus non fuit in Eccleſia Africana compos factus, *quia rogare eos non delicti poenitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit;* ut inquit Cyprian. ep. 55. ad *Antonian.* ubi idem, quod dixi, ipſis quoque verbis adſerit. *b.* Quibuſdam in Eccleſiis Africae denegata fuit *moechis* pax in totum, ne una quidem ipſis conceſſa poenitentia ad veniam conſequendam, ante tempora Cypriani, ut ipſe l. cit. diſerte teſtatur, *et quidem apud Anteceſſores noſtros*, dicens, *quidam de Epiſcopis iſtic in provincia noſtra dandam pacem moechis non putaverunt, et in totum poenitentiae locum contra adulteria clauſerunt.* Unde illud ubique non obtinuiſſe in Eccleſia patet. Moechis utique in Eccleſia Carthagin. venia dabatur, ſi plenam egiſſent poenitentiam: uti ex Cypr. l. c. patet, et ex Tertull. de *pudicitia* c. 1. confirmatur, ubi haec occurrunt verba; *audio edictum eſſe propoſitum, et quidem peremtorium: Pontifex ſcilicet Maximus, quod eſt, Epiſcopus Epiſcoporum, edicit: ego et moechiae et fornicationis delicta poenitentia functis dimitto.* Ex quo recte colligitur, fuiſſe ea de re aliquam in Eccleſiis Africanis controverſiam, quae ejuſmodi decreto praebuit occaſionem: quod ex Cyprian. l. c. egregie firmatur. Sed cum illi, qui ſeveriorem defendebant diſciplinam, non ruperint unitatem, ſchiſma non fuit factum, ſed *unuſquiſque Epiſcopus*, ut ibid. inquit Cyprianus, *actum ſuum diſpoſuit et direxit, prout ſibi optime viſum.* Sed *c.* quod de adulteris dixi, ad *idololatras et homicidas* non videtur adplicandum: quia cum illis ſeverius fuit paſſim actum, ita ut venia ipſis non niſi ſub vitae finem fuerit nonnullis in Eccleſiis data, in aliis negata in totum. Quae hypotheſis noſtra ſequentibus eſt innixa fundamentis. 1. Prima et praecipua eſt ratio, quod Tertull. de *pudicitia* l. c. contra illud edictum favorabile diſputet cum *pſychicis*, ſeu Catholicis, ex conceſſo, quod contra propriam diſciplinam, quam in idololatriae et homicidii

criminibus exercebant, agerent, fi moechis veniam darent, quam aliis illis negandam effe docebant. Ex quo etiam principio fluxit, quod *tria* illa delicta aeque effe *atrocia et enormia* difputet, adeoque eadem feveritate punienda. Quae tota nimis inepta foret difputatio, Tertulliano indigna, nifi hypothefis adfumatur, moechis folis fuiffe veniam conceffam, reliquis vero in totum negatam, in iifdem Ecclefiis, Quid? quod ipfis illud ibid. c. 5. adfirmat verbis: *quid agis*, inquiens, *molliffima et humaniffima difciplina? aut omnibus eis hoc effe debebis — — — aut, fi non omnibus, noftra effe: idololatram quidem et homicidam femel damnas, moechum vero de medio excipis*. Sic et alibi in eodem libro, ut c. 12. Novi equidem quid Docti, qui nullis poenitentibus veniam in Ecclefia fuiffe negatam contendunt, ad Tertull. teftimonium refpondeant, dum alii eum mendacii accufent, alii dictum ejus ad Ecclefias Montaniflicas reftringant, fed fruftra, et vix refutatione dignum: cum prius nimis fit injuriofum, et pofterius ex ipfo libro infpecto fponte evanefcat.

§. CXXIX. 2. Ex modo dictis utique patet, controverfiam de moechis admittendis, nec ne, fuiffe in Ecclefiis Africanis motam, adeo ut Metropolita Carthagin. a laxanda fteterit difciplina, alii nonnulli Epifcopi rigidiffimae patrocinati fuerint. Quae difciplinae laxatio Tertulliani, jam Montaniftae, ftilum acuit in Catholicos. Cum itaque de *adulteris* tantum fuerit quaeftio, illorumque ad Ecclefiam admiffio, poft poenitentiam, decreta, rigidiorem circa *idololatras et homicidas* fuiffe difciplinam, plufquam probabile eft. Si enim omnia, poenitentia interveniente, remiffa fuiffent, fine exceptione, crimina, quae, quaefo, ejufmodi faciendi decretum ratio fuiffet? quare eo adeo commotus fuit Tertull. ut librum contra fcripferit? quare, adulterii tantum crimen mitius non effe tractandum, difputat? 3. Idem evincit hiftoria motuum, *lapforum* caufa hoc feculo fufcitatorum, eandem fcilicet rigidiorem difciplinam circa eos fuiffe exercitam

citam ante Cypriani tempus. Ipſe in initio nihil de lapſis definire voluit, ut nec Clerus Romanus, ſintne recipiendi, nec ne? quare non? ſi eorum admiſſio fuit conſtantiſſimi uſus in Eccleſia. Deinde, ſe in iis recipiendis, dicit, *neceſſitati* ſuccubuiſſe, et tempora remiſſiorem poſtulaſſe diſciplinam; ep. 55. ad Antonian., argumento, de vetere diſciplina fuiſſe quid remiſſum. Lapſos, a martyribus commendatos, recipi tantum voluit in initio, *ſi morbus* urgeret: unde et illud liquet, uſus ne quidem fuiſſe recepti, eos ſub vitae finem reconciliari Eccleſiae. Conf. cum dictis Albaſpinaeus obſ. l. II. et Petavius ad Epiphan. p. 228.

§. CXXX. Ex mea itaque ſententia rigidiori diſciplinae, circa tria illa crimina, locus fuit in Eccleſiis Africanis, ante tempora Tertull., reliquis peccatis gravioribus poenitentia, ſed *una* tantum, expiari ſolitis: de quo Tert., adhuc Catholicus, in libr. de *poenitentia* egit. Sed, progreſſu temporis, moribus per longam pacem diſſolutioribus factis, peccata ſcortationis et adulterii frequentiora fuerunt facta, adeo ut rigidior illa diſciplina, ſine notabili Eccleſiae detrimento, retineri amplius, ut videbatur, non potuerit. Unde mitius illud ortum eſt decretum de moechis recipiendis, ut, quod nimia non poſſit ſeveritate, leniore et mitiore efficeretur remedio. Cui decreto Tertullianus, Montaniſta factus, ſe oppoſuit, ſed ex longe aliis principiis, ac quae antea habuerat, ut Ipſe in lib. de *Pudicitia* indicat: quod et haec ejus verba ſignificant c. 1. *Erit igitur et hic adverſus Pſychicos titulus, adverſus meae quoque ſententiae retro penes illos ſocietatem* etc. Sed et alii Epiſcopi obtemperare huic decreto detrectarunt, ut ex dictis patet. Interea de *lapſis* nihil fuit definitum, donec remiſſiorem hac parte diſciplinam ſimilis quoque produxerit occaſio tempore Cypriani, ut ex Ep. 55. ad Antonian. manifeſtum eſt. Cui benigniori decreto ſeſe, uti Tertullianus ſuperiori, oppoſuit Novatianus, ex iiſdem etiam principiis: de quo mox.

§. CXXXI. Vigente enim auſteriore hac cenſura in Ec-

cleſia

clesia Occidentali, in primis Africana, *duo* se obtulerunt casus, qui disciplinae quandam produxerunt laxationem, sed una schisma Novatianum. *Prior* fuit ingens lapsorum numerus, et inter eos novum aliquod genus, quod, ex ignorantia magis, quam animo abalienato, censebatur idololatriae reum, nomine *Libellaticorum* notum. De numero lapsorum in persecutione Deciana ex Cypriano constat, et postea dicam: de Libellaticis hic paucis agendum est. Eorum crimen minus grave videbatur, quod non ipsi sacrificassent, nec suo id fieri curassent nomine, sed actis tantum inseri permisissent, vel data pecunia inpetrassent, se edictis contra Christianos satisfecisse. Qui *libellatici* sunt adpellati a *libello* securitatis, quem a Judice, seu Magistratu, acceperant: ut ex Cypr. ep. 55. ad Antonian. mihi videtur indubium, et ulterius ex Ep. Cleri Romani ad Cyprian., quae est 31, confirmatur. Consentit mecum autor *vitae* Cypriani, novissimae edit. Baluz. praemissae, qui consuli meretur, cap. 6. Illud tantum dubium videtur, num in actis publicis tantum fuerit scriptum, eos satisfecisse, et sacrificasse, an, quod verius, in *libellis*, qui securitatis ergo dabantur a Magistratu, quo verba Cleri Romani ducere videntur, quibus dicit, *eos se ipsos infideles illicite nefariorum libellorum professione prodidisse.* Aliorum sententiis examinandis supersedeo, ne nimias traham moras. *Posterior* casus fuit intercessio martyrum pro iis, et indulgentia ab ipsis concessa. Cum enim lapsi per veterem disciplinam in perpetuum communione Ecclesiae excluderentur, spe ad Ecclesiam redeundi penitus privati, ad Martyres confugerunt et confessores, ut eorum intercessione adjuti readsumerentur a Clero. De quo supra, ubi de martyrum praerogativa, necessaria monui. Meminit vero variis in Epistolis Cyprianus ejus rei, tanquam causae motuum. Ceterum, ut illud obiter observem, cum lapsi sese ad martyres conferre coacti fuerint, ut Ecclesiae reconcilientur, ipsis per receptam consuetudinem aditum ad Ecclesiam fuisse obstructum,

veniam:

veniamque, non obstante poenitentia, negatam, manifestum est; cum eorum *auxilio* alias opus non habuissent, nec ullo constet exemplo, martyrum intercessionem fuisse petitam, ubi disciplina permittit admissionem.

§. CXXXII. Hi duo casus primo Felicissimi, dein Novatiani, schisma pepererunt, saltem occasionem ejus praebuerunt, aut praetextum. Prius ex eo est ortum, quod Cyprianus, ab Ecclesia sua absens, ab antiqua et recepta disciplina remitti non posse censuerit, antequam pax, sedata persecutione, esset Ecclesiae restituta, et legitimum convocatum concilium, in quo haec ipsa lapsorum causa tractari ac definiri poterat. Vid. Epistolae in secessu scriptae, et Ep. 55. ad Antonian. In quam eandem mentem decreverunt Presbyteri et Diaconi Romani, nondum, in locum Fabiani, electo Episcopo, teste eorum Epist., 30. inter Cyprianicas. Attamen hoc adjunctum est temperamentum, ut iis, qui libello a Martyribus aut Confessoribus instructi essent, si periculosa laborarent infirmitate, subveniretur, et, exomologesi facta, pax concederetur ac venia. Quod temperamentum Cypriano extorsit necessitas, argumento, leges Ecclesiasticas eo laxari. Sic diserte Epist. 17—20. quae ultima ad Clerum Roman. totum hoc negotium clara collocat in luce. *Nec in eo legem dedi*, inquit, *sed cum videretur et honor martyribus habendus, et eorum, qui omnia turbare cupiebant, inpetus comprimendus* etc. Cum autem, simile quid a Clero Romano esse constitutum, mox subjungat, notari velim, temperamentum illud Cleri Rom. paulo laxius adhuc fuisse: habebat enim illud in genere, nulla martyrum facta mentione, *ut iis, qui post lapsum infirmitate adprehensi essent, et poenitentes, communicationem desiderent, subveniretur*: quod ex ipsis Cleri istius litteris, inter Cyprian. 30., clarissimum est. Num eo etiam usque sese porrexerit Cypriani temperamentum, dubium aliquatenus est, cum ab altera parte eorum tantum meminerit, qui martyrum ope sublevarentur, et in eorum id a se fieri gratiam dixerit, ab altera tamen

adfirmat, *suam sententiam cum eorum nulla in re discrepare:* quod nisi generalius intelligatur, vix cum superioribus conciliatur. Illud adhuc observandum, in hoc temperamentum consensisse tunc temporis ipsum Novatianum; teste Cypriano Ep. 55. ad Antonianum.

§. CXXXIII. Felicissimus vero, nondum eo contentus, nimiam Cypriani severitatem pro causa, vel praetextu, sumsit societatem cum eo rumpendi, separatumque coetum colligendi, duobus hisce nixus fundamentis, altero, confessorum autoritatem, qui lapsis dederant veniam, spretam esse ab eo, altero in lenitate sito, et charitate erga lapsos, quos, sine longa et continua satisfactione, mox ad poenitentiae professionem admittendos esse contendit, et ipso facto recepit; ut ex Cypriani Ep. 43. et aliis, modo citatis, constat. Sed cum haec factio a vetere et recepta disciplina nimium discederet, omni censurae quoque incideret nervos, praeterea a viris malae saltem famae originem repeteret, brevi concidit, multum eo tribuente Episcoporum autoritate, quae hoc tempore magnum adtigerat gradum, et cui sese opposuerat Felicissimus. Utique a. 251., persecutione prope finita, Cyprianus, Carthaginem redux, concilium Episcoporum habuit ingente numero, quo haec factio est condemnata, Cornelii quoque electio Romae adprobata, denique disciplina Ecclesiastica, lapsorum respectu, ordinata ac stabilita est, Cyprian. Ep. 45. ad Cornelium, et 55. ad Antonianum. Sed cum hoc decretum concilii, Romae quoque a Cornelio in synodo comprobatum, Novatiani quoque schisma fecerit irreparabile, de eo ante agendum est, quam ad ejus historiam pergam.

§. CXXXIV. Illud in genere certum est, temperamentum aliquod inter dissolutam Felicissimi, ac severiorem Novatiani, disciplinam fuisse constitutum, *ut nec in totum spes communicationis et pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, et, eo quod sibi Ecclesia cluderetur, secuti seculum, gentiliter viverent; nec tamen rursus censura Evangelica solve-*

retur,

retur, ut ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu poenitentia, et rogaretur dolenter paterna clementia, et examinarentur causae, et voluntates et necessitates singulorum: quae verba sunt Cypriani ep. 55. ad Antonian. Cum vero severa disciplina nec inter lapsos discrimen poneret, nec sub vitae finem eos admitteret, nondum ex verbis liquet, in quo praecise fuerit *temperamentum* situm, quam diu protrahenda sit poenitentia, num ad finem vitae, an justum temporis spatium? Probabile tamen verba faciunt, poenitentiam non ad mortem usque intelligi, sed citius finiendam. 1. Phrasis, *traheretur diu poenitentia*, generalior est, quam ut ad exitum vitae restringi queat: dixisset tunc *continuo*, aut in perpetuum, ad vitae exitum; aut quid simile. 2. Additur, *causas, voluntates, et necessitates singulorum* esse examinandas; quod locum vix habere potuisset, si ante mortem non foret terminanda poenitentia. Consulamus itaque alia loca, num majorem forte adferant lucem. Decretum in eadem Epist. his consignatum exstat verbis: *placuit, examinatis causis singulorum, libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subveniri.* Unde illud recte colligitur *a.* inter *Libellaticos et sacrificatos* statutum fuisse haud exiguum discrimen: quod et alio in eadem Epist. loco defendit Cyprianus. *b.* Libellaticis ulteriorem non fuisse inpositam poenitentiam, sed mox eos receptos esse. Verba enim id clare significant, et praxis confirmat. Communicasse enim se mox cum libellaticis indicat Cyprianus, et contra Novatianos, id carpentes, defendit in hac epist. Interea quid cum reliquis fuerit actum, ex verbis, *placuit in exitu subveniri*, non satis liquet. Videntur quidem, non nisi sub finem vitae eos admittendos esse, indicare, sed, cum non dicatur, *tantum* aut *non nisi* sub vitae finem, hanc quoque ferunt interpretationem, illos, intra justum poenitentiae statum absolutum, si morbo laborent difficiliore, recipiendos esse. Quo admisso sensu, verba praecise non declarant, quaenam ipsis fuerit inposita poenitentia, sed quid cum ipsis;

durante adhuc ea, sit agendum, quodve temper tum poenitentiae praescriptae fuerit additum. No itaque, quae qualisve poenitentia fuerit ipsis injunct quet.

§. CXXXV. Videamus num alibi illud clarius et di tius exprimatur. Epist. Synodica ad Cornelium, inte prianicas 57, decretum ita exponit; *ut sacrificati agere poenitentiam plenam, et, si periculum infirmitatis urgeret cem sub ictu mortis acciperent:* ubi et *temperamentum* c rit, *et poenitentia plena*, cujus illud est exceptio. *Poeni* vero *plena* non est eadem, ac ad mortem usque, nor tum, quod exceptio tunc foret frustranea, imo nulla, ipsum decretum esset, ut non nisi sub exitu, et tunc nes, admitterentur, sed etiam, quod *plenam* agere poer tiam, et in extrema admitti infirmitate, diserte tan diversa, distinguantur aliis in Epistolis. Sic ep. 64. a dum conqueritur Cyprianus, Victorem esse *receptum ant plenam poenitentiam egisset, nulla infirmitate urgente;* ir discessum esse ait *a decreti autoritate.* Ep. 4. ad *Pomp* jubet, *ut virgo corrupta agat poenitentiam plenam* — – *et, aestimato justo tempore, postea exomologesi facta ad siam redeat.* Elucescit, ut concludam, ex disputati concilio Carthagin. decretum esse, 1. ut *Libellatici*, p tentiam professi, mox admitterentur. 2. Sacrificatis praescribatur poenitentia, tempore non definito, sed a gulorum crimina adcommodando, cum omnes non a grave peccassent. Cyprian. ep. 55. 3. cum hoc tamen peramento, ut omnibus succurratur in exitu. 4. Nov nus excommunicetur, et pro haeretico habeatur, om quoque aliis, qui cum Ipso sentiunt, eadem inflicta p Cujus sententiae duae dantur rationes, *una*, quod schis cus sit, et ab Ecclesia se separaverit, *altera*, quod dis nae, in Synodo stabilitae, calculum negaverit addere, prian. ep. 55. Ceterum huc spectat, et hoc tempore sus est, canon Apostolicus 44., qui habet, *si quis Episc*

aut Presbyter, eum, qui se a peccato convertit, non receperit, sed ejecerit, deponantur, quia contristat Christum, dicentem; gaudium oritur in coelo super uno peccatore poenitente.

§. CXXXVI. Hypotheses vero Novatiani, hisce decretis oppositae, quae, hisce praemissis, sese facile offerunt, fuerunt sequentes. 1. Omnes *lapsos*, nullo facto discrimine, a communione Ecclesiae esse removendos, sine ulla spe absolutionis. 2. Nec *lapsos* tantum, sed quoscunque alios criminum *mortalium* reos. 3. Absque tamen ut spes salutis ipsis fuerit ademta, quia Deo per poenitentiam reconciliari possunt. 4. Sed Ecclesiae eos non licere recipere, quia eorum resipiscentia certo dignosci nequit, crimina quoque eorum hanc merentur poenam, denique Ecclesia per eorum admissionem contaminatur, eorum quippe participans peccata. 5. Cum eo itaque coetu communionem non esse habendam, qui cum lapsis, et ejusmodi peccatorum reis, communicat, cum id sine contaminatione fieri nequeat. Has genuinas ejus fuisse opiniones, partim ex Cypriani ep. 55. partim ex decreto synodi Carthagin. et Romanae, ipsi opposito, partim ex Paciano, in epist. ad Sympronianum in Bibl. M. Patrum, et aliis, clare elucescit, ut et ex Tertull. de *Pudicitia*, quocum hac parte fecerunt Novatiani, teste Paciano. Sed alii Veterum in ejus recensendis hypothesibus, ut saepe in haeresibus exponendis, sese minus aequos et adcuratos praestiterunt, cum tradant, lapsos salute ab ipso excludi, omnesque simul peccatores, qui post baptismum deliquerunt una cum ipsis, sine discrimine: uti Eus. H. VI: 43. Epiphan. haeres. 59. Theodoret. haer. fab. l. III. Vincent. Lirin. in Commonit., alii. Cautius J. Damascen. de haeres. c. 59., Novatianos *poenitentiam non accipere*, simpliciter tradit. Sed, quin illa fuerint Novatiano falso adficta, ad majorem ei conflandam invidiam, dubium non est. 1. Socrat. H. IV: 28. diserte testatur, eum ad *poenitentiam* fuisse lapsos adhortatum. Quod si salutis spem ipsis occlusam cen-

fuisset, nimis ineptum foret. Concinit Cyprian. ep.
2. Addit Socrates, eum criminum indulgentiam relic
Deo, penes quem jus est crimina remittendi. Quod i
ex Tertull., jam Montanista, lib. de *pudicitia*, luculenter
firmatur, cum, spem salutis ipsis non fuisse praeclusam
nitentibus, clare adfirmat: sicut et postea Donatistae
runt. 3. Socrates porro diserte tradit, Novatianum
tantum negasse recipiendos, qui *peccatum ad mortem p*
runt, non itaque omnes sine discrimine peccatores. 4.
nique, Novatianum nullo dogmate, tantum graviorum
catorum ad Ecclesiam per poenitentiam admissione, ab
clesia dissensisse Catholica, ex eo non tantum, quod Cy
nus et Cornelius ei nullum inputaverint, sed et quod
ob haeresin, sed schisma solum, condemnatus sit, manife
est. Cyprian. ep. 55.

§. CXXXVII. Pacianus ep. 3. ad Sympron. errores
vatiani his verbis exhibet: *quod post lapsum poenitere n*
ceat, quod mortale peccatum Ecclesia donare non possit,
quod ipsa pereat recipiendo peccantes. Ubi *a.* notandum,
nitentiam, quam Novatianus negavit dandam, vel invol
absolutionem, vel *publicam* intelligi, secundum leges Ecc
ae, quam num nonnullis in casibus recusaverit Nov
nus, dubium est, cum Cyprianus dubie loquatur, dic
miror quosdam esse sic obstinatos, ut dandam lapsis non p
poenitentiam, aut poenitentibus existiment veniam denegan
Sed Novatianum publicam admisisse poenitentiam illis
casibus fatetur Ambros. de *poenit.* l. I. c. 1. *b.* Pacia
opinionem Novatiani recte restringere ad *mortale* peccat
non ergo dixit Novatianus, jus aut potestatem non
Ecclesiae peccata post baptismum condonandi, sed tantu
gravioribus delictis id non licere Ecclesiae, sine propria c
maculatione, et participatione delictorum: uti ex Cypr
clarum est. Asclepiades Novatianus diserte dicit apud
crat. H. VII: 25. *praeter sacrificium idolorum sunt et*
multa peccata ad mortem, propter quae vos quidem Cler

nos vero etiam Laicos, a communione arcemus, ſoli Deo poteſtatem condonandi illis relinquentes. Quo ſupra dicta confirmantur, Vid. etiam de Aceſio Novatiano, qui ſynodo Nicaenae interfuit, quid tradat Socrat. H. I: 10. Sed Ambroſ. l. c. c. 3. refert, Novatianum nullum peccatorum diſcrimen ſtatuiſſe, ejus vero adſeclas, progreſſu temporis moderatiores factos, graviora diſtinxiſſe a levioribus: quod ex dictis non tantum refutatur, ſed et Attico, Epiſc. Conſtantin. apud Socrat. H. VII: 25. directe adverſatur; dicit enim, ſe *probare Novatianum, ſed adſeclas ejus inprobare*, quod ille tantum cum ſacrificatis communicare negaverit, hi contra ob levia delicta laicos a communione arceant: ſed quod Aſclepiades quoque de adſeclis verum eſſe negat. Ceterum praeter hunc errorem circa lapſorum admiſſionem, ipſis quoque alius tribui ſolet, quo ſecundas nuptias damnarunt, et *διγάμους* ejecerunt. Quod licet can. 8*vo* Nicaeno tradatur, Novatiano tamen non eſſe inputandum, Cypriani ac Cornelii evincit ſilentium, nec omnibus ejus adſeclis competere, demonſtrat locus Socrat. H. V: 22. Novatianos praeterea nullo in dogmate diſſenſiſſe cum Catholicis, ipſe fatetur Cyprian. ep. 60. ad Magnum.

§. CXXXVIII. Duo ſuperſunt de hoc ſchiſmate quaeſita, paucis ſolvenda; *unum*, quid diviſionem effecerit ſchiſmaticam? *alterum*, quid de ea judicandum ſit? Ad *prius* reſpondeo, inceptum quidem eſſe ſchiſma a Novatiano, propter diſciplinam apud Catholicos relaxatam, ſed a parte horum hanc ob opinionem illos pro haereticis non eſſe habitos, ſed propter ſeparationem eorum ab Eccleſia, alium erectum Epiſcopatum, et ſeparatos inſtitutos coetus: ſicut ex Cypr. ep. 69. ad Magnum certum eſt, indeque ulterius corroboratur, quod ipſe error de lapſis non readſumendis tanti non fuit aeſtimatus, ut ſalva pace diſſentire non liceat. Quo pertinet, quod ante et poſt in ipſa Eccleſia Catholica fuerint, qui eandem ac Novatiani tenuerunt praxin, abſque ut ab Eccleſia fuerint ſeparati, uti Cyprian. ep. 55

testatur, et ex variis concilii Illiberitani, ac aliorum, canonibus liquet. Praxeos quoque differentia Novatianos non tam permovit ad hanc ab Ecclesia separationem, quam opinio eorum de *communione* delictorum, ex lapsorum communione oriunda, qua Ecclesiam infici et corrumpi, adeoque in talis coetus communione salutis incurri periculum, statuerunt: ut ex Cypr. ep. 55. patet, *ita fit*, ibi inquit, *ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt, et idololatriam delinquentis ad non delinquentem transire* etc.

§. CXXXIX. Quod ad *alterum* adtinet quaesitum, qui sanum de hoc schismate ferre vult judicium, huic tempori, ut fieri necesse est, convenienter, is a. nullo deprehendet negotio, minime fuisse mirum, schisma illud longe lateque fuisse disseminatum, multosque in partes suas traxisse, 1. quia antiquam tuebantur Novatiani disciplinam, a qua reliqui discesserunt: quare Novatianus *dogmatista, et Ecclesiasticae disciplinae propugnator*, imo ἐκδικητὴς εὐαγγελίε *vindicator euangelii* eximie adpellatur, etsi ironice, in Epistola Cornelii apud Eus. l. c. 2. Videri voluerunt Novatiani *Apostolicam* sectari *puritatem*, Ecclesiam a gravioribus et manifestis peccatoribus efficiendo puram. Quod Cyprian. ep. 55. ipsis inputat, et, praeter praxin, ipso suo nomine professi sunt, quo καθαροὶ *puri* vocati sunt, ut ex can. 8 Nicaeno, Eus., et aliis, constat. Vid. Bevereg. ad can. cit., sed quando, et a quibus, illud ortum sit, dici pro certo nequit. Cyprian. utique et Cornelius ejus non meminerunt. Cyprian. quidem Ep. 69. eos *adulterata nomina finxisse* refert, sed hoc nomen, ut putatur, in oculis non habuit, verum nomina verae Ecclesiae usitata, et male ab ipsis recepta, ut Episcopatus, altaris, baptismi, Ecclesiae etc. quod ex loco inspecto facile patet. Nec definiri potest, num sibi dederint hoc nomen ipsi, an ab aliis sibi inpactum adsumserint. Theodoretus quidem alibi, ni fallor, illud Novatiano, tanquam autori, tribuit, sed quo fundamento, nescio. 3. Accessit, nimiam facilitatem in lapsis recipiendis

fuisse

fuiſſe Catholicis inputatam, productis etiam exemplis, ad majorem invidiam. Exemplum Trophimi et *thurificatorum*, a Cornelio feſtinanter receptorum, quo ipſe Antonianus fuit offenſus, et ad Novatiani partes inclinatus, excuſatur ex *neceſſitatis* tantum lege a Cypriano in Ep. 55., quia ingens alias multitudo cum Trophimo fuiſſet ſeparata. Nec alia deerant exempla ſimilia, nova enim inſtante perſecutione, lapſorum admiſſio fuit citius facta, quam alias permittebant leges Eccleſiaſticae. 4. Denique urſerunt Novatiani, diſciplinam, a priſtina ſeveritate deflectentem, magis magiſque ſenſim eſſe corrumpendam, donec tota tandem collabatur, et intereat: quod confirmavit haud parum experientia. β. Ipſa quaeſtio, ſi ſecundum dominantes hujus temporis hypotheſes conſideretur, Novatianiſmum magna ſe commendare ſpecie, negari nequit. Cum enim *abſolutam*, et non *hypotheticam*, ſeu conditionatam, ſtatuerint, communiter Chriſtianos inter ſe in Eccleſia exercere *communionem*, facile inde colligi poterat, alios, per arctam illam ſocietatem cum peccatoribus ejuſmodi, contaminari: quod tamen conſequens Cyprian. ep. 55. negavit. Deinde, cum lapſorum nimis facilis admiſſio peccatores adſociaret Eccleſiae, eam delictorum participationem, et propagationem, facile contingere poſſe, haud inprobabiliter diſputabatur.

§. CXL. Alterum ſchiſma, ex ſuperiore ortum, inter Eccleſias Africanas inprimis et Romanas, niſi Stephani Romani Ep. morte, et Cypriani moderatione, fuiſſet ſopitum, longe pejora habuiſſet effecta. Primam ejus praebuit occaſionem in Africana, vel Numidica primum, Eccleſia mota quaeſtio, num Novatiani, qui in fide, et formula, ac modo baptizandi, per omnia conſentiebant Catholicis, ad Eccleſiam reverſi, eodem modo, quo reliqui haeretici, ſint tractandi, adeoque, num et illi per *baptiſmum*, ut reliqui, ſint Eccleſiae reconciliandi, an nuda manuum *inpoſitione*? Quam quaeſtionem Cypriano primus propoſuit Magnus quidam, de plebe Chriſtiana laicus, adpellatur enim a Cy-

priano in Ep. ad eum *filius*. Ad quam quaestionem Cyprianus, in Ep. 69. ad Magnum, respondens, omnium haereticorum ac schismaticorum baptismum declaravit *nullum*, adeoque omnes, nullo facto discrimine, de novo esse in Ecclesia baptizandos. Quod idem retulerunt a Cypriano, et collegis synodaliter congregatis Carthagine, a. 255., responsum Numidiae Episcopi, qui eos eadem de quaestione, apud ipsos agitari coepta, consuluerant; ut ex Epist. synodica, inter Cyprianicas 70, patet. Quae prima est synodus Africana, super ea quaestione habita. Cum vero haec Africae Proconf. synodus motibus componendis non sufficeret, quia nonnulli Episcopi ab ea sese alienos profitebantur opinione, alia est a. 256. celebrata, ex Numidiae aeque ac Africae Episcopis composita, in qua superior est confirmata, sed praeterea decretum, Stephanum, Episcopum Romanum, de eo certiorem facere, ejusque rogare consensum. Quae prima fuit dissidii inter Stephanum et Cyprianum origo. Num jam ante cum Episcopis Asiae hac de re contenderit Stephanus, pro certo nequit adfirmari, licet non sit inprobabile. Utique Firmilianus Cappadox in Epist. ad Cyprianum quae inter Cyprianicas exstat, de Stephano dicit, *eum pacem cum singulis vario discordiae genere rumpere, modo cum Orientalibus, modo vobiscum, qui in meridie estis*: sed cum phrasis, *vario discordiae genere*, aeque ad aliam, ac praesentem, referri possit controversiam, res manet dubia. Dionys. Alexandr. tamen in Epist. ad Xystum apud Eus. H. VII: 5. ea de re agens, adserit, Stephanum *prius ad Ecclesias* Asiaticas scripsisse, et pacem fregisse. Sed cum illud tanti non sit, notasse suffecerit, Ecclesias Orientis eandem cum Africanis fovisse opinionem, teste *Epist.* Firmiliani ad Cyprian., idque ab antiquis jam temporibus; uti tradit Dionys. Alex. apud Eus. H. VII: 7., *declarans, se* Africanis accedere, ne *limites Veterum removendo, turbas reconcitet*: licet, eum Cypriano per omnia non consensisse, referat Basil. M. ep. 188. ad Amphilochium; et excerpta apud *Euseb.*

Euſeb. H. VII: 9. aliquatenus edocent. Sed unde illud tantum colligi poteſt, eum in baptiſmo renovando fuiſſe ſcrupuloſiorem. Pepuzianorum, ſeu Montaniſtarum, baptiſmum non repudiavit, teſte Baſilio M., forte quod legitima forma et formula eum fuiſſe peractum, ſecus ac vulgo putabatur, crediderit. Fidelem aliquem apud haereticos illegitime tinctum, ut putabat, et ad Catholicos reverſum, novumque petentem baptiſmum, declarat apud Euſeb. ſe *non auſum fuiſſe de integro renovare*: non quod illicitum, ſed minus neceſſarium exiſtimaret, quia jam diu in communione Eccleſiae denuo verſatus fuerat, et euchariſtiam participaverat.

§. CXLI. Sententia vero Afrorum et Orientalium, ut eam ante in lucem proferam, quam hiſtoriam ſchiſmatis enarrem, habuit, 1. Baptiſmum, ab haereticis, aut ſchiſmaticis, collatum, eſſe *nullum*, adeoque non *rebaptizandos*, ſed *baptizandos* eſſe eos dixerunt, qui ad Eccleſiam redeunt. Cyprian. Ep. 71. ad Quintum: *neque enim*, inquit inter alia, *accipiunt aliquid, ubi nihil eſt.* Qua ratione *unum* eſſe, et manere, baptiſmum in Eccleſia, defenderunt, nomen *Anabaptiſtarum* a ſe removerunt, et baptiſmum a ſe non iterari praetenderunt. 2. Illos porro tantum Eccleſiae eſſe *baptiſmo* reconciliandos, ſtatuerunt, qui ante in Eccleſia non fuerunt baptizati, quam coetui eorum ſe adjunxerant, adeoque in coetu haereticorum et ſchiſmaticorum ab illis baptiſmo erant tincti: uti diſerte docet Cyprian. Ep. 71. ad Quintum, et 74. ad Pompejum. Quod ipſum Creſcens a Cirta in concilio Carthag. adfirmavit, et Dionyſ. Alex. a Deceſſore ſuo eſſe obſervatum circa apoſtatas, et latentes haereticos in Eccleſia, teſtatur apud Euſ. H. VII: 7. 3. Baptiſmum autem hunc ſtatuerunt omnibus eſſe dandum, ſine exceptione, a quacunque haereſi aut ſecta baptizati eſſent, et ad Eccleſiam rediiſſent: uti ex Ep. 69. ad Magnum, et omnibus Cypriani ratiociniis clarum eſt, et certum. 4. Nec tamen hunc baptiſmum crediderunt ita neceſſarium, ut, qui

eo fuerint privati, propterea damnentur, ac pereant, neceffario: ficut ipfis verbis declarat Cyprianus Epift. ad Jubaian. ubi, *potens eft Dominus*, inquit, *mifericordia fua indulgentiam dare* etc. Adeoque 5., quod hinc fequitur, quaeftionem hanc non effe fundamentalem, aut de fide, cenfuit Cyprianus, fed de difciplina, quae propterea non debeat Ecclefias dividere, aut fchifma fufcitare, uti in fin. ejufdem Ep. confitetur; *nemini praefcribentes*, dicens, *aut praejudicantes, quo minus unusquifque Epifcoporum, quod putet, faciat, habens arbitrii fui liberam poteftatem* etc.

§. CXLII. Addam mox Stephani, Epifcopi Romani, fententiam fuperiori contrariam, ut fecum comparatae clarius elucefcant, et quaeftionis ftatum rectius definiant. Illud inter omnes dubio caret, eum omnes, qui a quacunque haerefi, aut fchifmate, baptizati ad Ecclefiam redierint, denuo in Ecclefia baptizari noluiffe, fed, *manuum* fufficere inpofitionem, cenfuiffe: fed duo in controverfiam rapiuntur, *unum*, num *nullos* plane ab haereticis baptizatos rebaptizari, an non *omnes* fine difcrimine, voluerit? *alterum*, num baptifmo haereticorum utilitatem, aut efficaciam, aliquam adtribuerit? Sunt, qui, prioris refpectu, exiftimant, Stephanum in alterum fe praecipitaffe extremum, ftatuendo, et eorum effe legitimum baptifmum, nec per confequens repetendum, qui fuetam formulam, *in nomine Patris, Filii, et Spiritus S.* fpreverint, vel mutaverint. Quam opinionem alii, praecipue Romano-Catholici, ftudiofe ab Ipfo depellunt. Quaeftionis anfam in primis haec Stephani verba apud Cyprian. ep. 74. ad Pompejum, et Firmilianum ep. 75. ad Cyprian., praebuerunt: *fi quis ergo a quacunque haerefi venerit ad nos, nihil innovetur, nifi quod traditum eft, ut manus illi inponatur ad poenitentiam: cum ipfi haeretici proprie* (h. e. proprio baptifmo) *alterutrum ad fe venientes non baptizent, fed communicent tantum*: ad quae verba reponit Cyprianus; *a quacunque haerefi venientem baptizari in Ecclefia vetuit, id eft, omnium haereticorum baptifmata jufta effe et legitima judicavit.* Quae etfi

etsi generalia sunt, pro hypothesi tamen habent, *baptismum* esse apud haereticos collatum, adeoque extra quaestionis statum non sunt extendenda. Praesupponitur autem in quaestione, baptismum apud eos administrari, adeoque externam retineri formam: quaestio enim non erat de externa administratione, sed baptismi valore; non, num bene an male id facerent, eoque nomine legitimus nec ne, aut nullus, quod ritus externi non observati fuerint, sed an, licet legitime administratus, apud Haereticos verus possit esse baptismus? Cyprianus statuit, apud nullum haereticum esse posse baptismum, Stephanus vero apud omnes esse; *ille*, haeresin et schisma facere baptismum *nullum*, *hic* vero, inde nihil accipere aut perdere baptismum. Generalia itaque verba illa Stephani ad hanc caussam nihil faciunt, cum ad externam formam non pertineant, sed eam potius integram esse praesupponant: nec inde colligi potest, quid faciendum censuisset Stephanus, si ab haereticis aliquibus externa fuisset adulterata forma. Quid? quod Firmilianus in Ep. cit. ad Cyprian. haud obscure significet, formam illam esse integram utrinque praesupponi, quia inde legitimum esse eorum baptismum colligi vult Stephanus. *Illud quoque absurdum*, inquit Firmilianus, *quod non putant*, *quaerendum esse*, *quis sit ille*, *qui baptizaverit*, *eo*, *quod qui baptizatus sit gratiam consequi potuerit*, *invocata Trinitate Patris*, *Filii et Spiritus S.* Quo nihil in hanc rem est evidentius. Accedit, mihi non liquere, ab aliquo haereticorum formulam baptismi fuisse depravatam, adeo ut ea hoc tempore in censum venerit. *Facilius*, inquit August. de bapt. l. VII. 25. *inveniri haereticos*, *qui omnino non baptizent*, *quam qui illis verbis non baptizent*. Recte itaque concluditur, ad praesentem quaestionem nihil fecisse *formulam* baptismi, sed tantum haeresin et schisma.

§. CXLIII. Alterum quaesitum de efficacia baptismi haereticorum, a Stephano admissa, aliqua vel nulla? ex hujus sec. scriptis definiri nequit. Num iisdem ex principiis, ex

quibus postea August. contra Donatistas, disputaverit Stephanus, equidem non adfirmaverim, ita ut ab Augustino concludi possit ad Stephanum. Adsumit quidem Cyprianus, cum Stephano disputans, remissionem peccatorum cum haereticorum baptismo, aeque ac cum Catholicorum, esse, ex opinione Stephani, connexam; quod diserte fecit Firmilianus ep. 75., sed num ea fuerit Stephani opinio, an per consequentiam illud inde derivaverit Cyprianus, dicere non habeo. Nec definio, num verba Stephani apud Firmilian. *haeresis quidem parit et exponit, expositos autem Ecclesia suscipit*, significent, baptismum haereticorum non nisi per reditum ad Ecclesiae communionem adferre *utilitatem*; quae Augustini fuit sententia: colligi tamen posse videtur ex *impositione manuum*, qua recipiebantur ab Ecclesia, quippe a qua Spiritus S. gratia censebatur dependere.

§. CXLIV. Utilius fuerit praecipua enarrasse argumenta, quibus utrinque pugnatum fuit. 1. Ad superiorum temporum *consuetudinem* ab utraque parte provocatum est. Stephanus diserte, verbis supra citatis, *nihil innovetur, nisi quod traditum est.* Quod et de Ipso Eus. H. VII: 3. testatur. Cyprianus quoque et Firmilianus, novitatis invidiam studiose a se removentes, demonstrarunt, in Oriente et Africa jam a longo non tantum illum suum obtinuisse morem, sed et a conciliis fuisse confirmatum. Sic in Ep. ad *Quintum* adserit, *illud ab antecessoribus suis esse statutum*, et ad Jubaian. *multos jam annos et longam transiisse aetatem, ex quo sub Agrippino, bonae memoriae viro, convenientes in unum Episcopos plurimos hoc statuisse.* Firmilianus denique diserte, *nos veritati et consuetudinem jungimus* etc.; memorat quoque concilium Iconiense longe ante haec tempora in Phrygia habitum. Cujus, ut et Synadensis, meminit quoque Dionys. Alex. apud Eus. H. VII: 7. loco notabili. Quae concilia, sicut diu antea, ita occasione Montanistarum, teste Firmiliano ad Cyprian., fuerunt celebrata; ut recte advertit Vales. ad Eus. l. c. Sed num haec consuetudo semper ibi viguerit,

guerit, adfirmare nequeo. Tertull. de *bapt.* c. 15. *idem*, tanquam receptum, memoravit, et Clem. Alex. Strom. I. c. 19. fin. baptifmum haereticorum adpellat *aquam alienam*. Firmilianus femper in Oriente locum tenuiffe indicat, firmatum autem dicit in Synodo Iconienfe. Sed Cyprianus altius cum non repetat, quam ab Agrippino, innuere videtur, tunc decreto fynodali fuiffe confirmatum. Quo fundamento Auguftinus de *baptifm.* l. II. et Vincentius Lirin. commonit. l. I. morem illum ab Agrippino repetunt, tanquam autore, nefcio quam folide: utique ante Tertullianum jam fuit recepti ufus. Quo vero tempore concilium fub Agrippino habitum eft, non conftat. Quod vero, *confuetudinem* cedere debere *veritati* difputet in Epiftolis, huc fpectantibus, Cyprianus, arguit quidem, eum non fidere traditioni, nec inde rationem velle peti, fed non, alium aliquando viguiffe morem.

CXLV. 2. Quod ad alia adtinet argumenta, *a.* Palmarium Stephani fuit *unitas* baptifmi, ex Ephef. IV., quae omnem excludit iterationem, cui Cyprianus occurrit, inculcando, non *rebaptizari*, fed *baptizari* primum in Ecclefia, ab haerefi reverfum, cum baptifmus ejus fuerit *nullus*. *b.* Baptifmi valorem non ab iis, qui conferunt, fed a formula et externa forma legitima pendere, videtur Stephanus urfiffe, ut Firmilian. l. c. innuit: fed Cyprian. et alii in *unitate* Ecclefiae fe fundarunt, extra cujus focietatem externam, ficut nulla falus eft, ita nulla gratia, nulla facramenta. Ex quo fonte varias petiit rationes Cyprian. in Epift. ad Magnum, Quintum, Pompejum, et Jubaïanum, ut et Firmilian. ep. ad Cyprian. nec non Epifcopi in concilio Carthag. fub Cypriano. *c.* Haud fpernendam denique petiit Cyprianus, cum fociis, rationem ex recepta hypothefi de *impofitione manuum*, qua ad communionem Ecclefiae recipiebantur a diffentientibus, connexa quippe unice cum remiffione peccatorum, et gratia Spiritus S.: unde fequebatur, baptifmum, fecundum ipfos diffentientes, ab haereticis

 extra

extra Ecclesiam administratum, omni valore carere, et pro nullo habendum esse. Quo pertinet, quod Heraclas apud Eus. H. VII: 7. adserat, novo baptismo opus non esse ante defectionem baptizatis, quod jam ante *spiritum sanctum* in Ecclesia acceperint. Quod si observasset Vales. ad eum locum, nôn obhaesisset, lectionemque tentasset. 3. Tandem *consequentiis*, ut fieri adsolet, se invicem adgravarunt odiosis. Stephanus iis nimiam objecit severitatem, *illi* nimiam facilitatem Stephano; haereticos et schismaticos per eos a reditu ad Ecclesiam absterreri contendit Stephanus, *illi*, haereticis favere Stephanum, et Ecclesiam hominibus pollutis, quippe baptismo non ablutis, repleri regesserunt, si sine eo admittantur: addiderunt quoque, injuriam fieri Ecclesiae, ejusque praerogativas multum inminui, si in communione haereticorum acquiri possit per baptismum remissio peccatorum, et gratia Spiritualis.

§. CXLVI. Hae lites eousque processerunt, ut injuriosa inter verba, quibus se mutuo diffamarunt Ecclesiarum Antistites, seque invicem Antichristos adpellarunt, sese nequidem continuerint, sed ad apertum *schisma* fere adductae sint Ecclesiae: cujus tamen causa uni Stephano, viro turbulento et superbo, inputanda foret. Cum enim Cyprianus, *salva* pace utrinque dissentire posse Episcopos, eosque res Ecclesiarum suarum ordinandi potestatem habere singulos, *contenderet*; Stephanus, vehementer indignatus, ut refert Eus. l. c., forte etiam, quod duobus jam conciliis, se *inconsulto*, id stabilivissent Africani, Episcopos Africae et Orientis communione sua declaravit indignos. Num vero eos, sententia lata, excommunicaverit, an intra minas manserit, disputatur. Posterius defenderunt Vales. ad Eus., et Natal. Alex. in Hist. Eccles., propterea ab ipso operum ejus nupero editore castigatus, sed falsa nixi hypothesi, de Episcoporum Roman. potestate et autoritate, sese eo usque porrigente, ut alios Episcopos excommunicare, verbo proprie sumto, potuerit: quale quid nec factum est, nec fieri

potuit,

potuit. Verum, qua ratione Episcopus Episcopum, qui sunt aequales, excommunicare valet, illud non tantum minatum esse Stephanum, sed et perfecisse, mihi est indubium. 1. Litteris ad Asiaticos datis, se cum iis, si in errore persisterent, uti fecerunt, communicare nolle, diserte significat apud Eus. H. VII: 5. 2. Cyprian. ep. 74. ad Pompejum adserit, eum *sacerdotes Dei abstinendos putasse*. 3. Firmilian. ep. 75. ad Cyprian. expressis tradit verbis, Stephanum *se ab Ecclesiis scidisse*; addit, *dum enim putas, omnes a te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti* etc. subjungit mox, eum *pacem* cum Ecclesiis *rupisse*. Denique 4. narrat ibid. Firmilianus, legatos, ab Africanis ad eum missos, ut concilii Carthag. decretum ipsi significarent, *ne quidem ad sermonem saltem colloquii communis* fuisse admissos a Stephano, imo eum praecepisse *fraternitati universae, ne quis eos in domum suam reciperet* etc. Quod si verum, ut debet, nisi, quod absurdum, Firmilianus mendacii accusetur, de excommunicatione perfecta certo constat.

§. CXLVII. Quod vero non perfectum fuerit schisma, moderatiori Cypriani, et sociorum, studio est acceptum ferendum. Coegit quidem novum concilium Cyprianus, quod est in hac causa Carthagin. III*tium* a. 256, cui 87 ad minimum adfuerunt, et eadem sententia unanimi confirmata est consensu; cujus acta ad calcem Oper. Cypr. supersunt, sed pax cum dissentientibus non est fracta; ut ex praefatione, concilio praemissa, omni animadversione digna, patet. Adcessit, Stephanum brevi post fuisse mortuum, Xystum, ejus successorem, pacis et moderationis fuisse studiosum, praeterea novam invasisse Ecclesias persecutionem. Purum putum vero est Baronii figmentum, nullo nixum fundamento, fatentibus ipsis nonnullis Catholicis, Orientales et Africanos, mente mutata, in Stephani consensisse sententiam. Ceterum de fatis utriusque partis sententiae, vid. Bevereg. de canon. Apost. l. II. c. 12. notae edit. Oxon. Cypriani ad concil. Carthag., in primis Launoius in Epist.,

qui etiam demonstrat, Cypriani majorem, quam Stephani, per omnia sequentia tempora, fuisse existimationem. Illud tantum observo, duos extare canon. Apost. 46 et 47. idem, quod Cyprianus ursit, continentes, quorum prior est restrictior, qui ad haereticos baptismum restringit novum, posterior generalior, ad omnes impios extendens: unde conjicio, *illum* ante haec tempora, *hunc* hoc ipso tempore, esse conditum. De synodi vero Nicaenae *canone* ad sec. seq. agam.

PROPAGATIO ECCLESIAE.

§ CXLVIII. Cum ad Ecclesiam, relate ad mundum, seu Infideles, pertineat *propagatio* ejus per orbem, et *persecutio*, quam subiit, de *priore* paucis absolvere potero, cum generalia tantum hoc seculum suppetit testimonia, de inmensa Christianorum per orbem diffusione; quae citasse suffecerit Vid. Origen. contra Cels. l. I. p. 68 et III. p. 117. *Nimius est*, inquit Cyprian. ad *Demetrianum*, *copiosus noster populus*, *hostibus facile opponendus*. Plura exstant apud Minut. Fel. in Octavio, et Arnobium adv. Gent. l. I et II. quae cuique facile ob oculos veniant. Sed in *primis* legendus est Euseb. H. VIII: 1., qui de Christianorum ingente copia, Ecclesiarum multitudine, propagatione Ecclesiae, quae in dies major majorque fiebat, denique splendore et favore Christianorum apud Gentiles, paulo ante persecutionem Diocletianeam, mirabilia et stupenda narrat. Romae jam hoc tempore fuisse 46 basilicas, ex totidem presbyteris, quot ibi fuisse refert Cornelius apud Eus. H. VI: 43., colligi posse putat Vales. ad l. c. De Galliae *Episcopis* testatur Cyprian. ep. 68. ad Stephanum. Euangelium vero per Gallias a medio hujus seculi fuisse ubique plantatum, Ecclesiis variis erectis, et Episcopis constitutis, per Dionysium Parisiensem, ejusque socios, inter quos *eminuit* Saturninus, Trofimus, et Martialis Lemovicensis, ex Sulpitio Se-
vero

vero, Gregorio Turonensi, et actis Sanctorum, constat. De quo pluribus exposuit Tillemont. Memor. Eccles. tom. IV. p. III. Interea de propagatione Christianismi per Hispaniam, Britanniam, Persiam, aliasque terras, nihil peculiare suppeditat nostrum seculum. Sed cum inter Caesares Romanos unus alterve narratur fuisse a religione Christiana non alienus, ea de re aliquid superest dicendum.

§. CXLIX. In familia Alexandri Severi plerosque fuisse Christianos, testatur Eus. H. V: 28., mater quoque ejus Mammaea *religiosa* et *valde pia* foemina adpellatur ab eodem l. VI: 21. quae etiam Origenem, ut ab eo instruatur, narratur ad se invitasse ibid. Cum tamen eam nec Eus., nec Hieron., Christianam adpellet, res in medio tutius relinquitur. Fuit quoque a Romanis deificata, teste Lampridio. Sed ipse Alexander Severus Christianis non tantum dicitur favisse, sed et imaginem Christi in larario habuisse, eumque in Deos relatum voluisse; repugnantibus ICtis Ulpiano, Paulo, et Modestino, ut volunt; nescio quam vere et solide; licet fieri potuerit, ut a statu reip. illud alienum judicaverint prudentes illi Politici et ICti, alias religionis Christianae hostes, aut persecutores, cum Baronio et aliis, neutiquam habendi. Temere utique Ulpianus censetur iste *Domitius*, qui a Lactantio *Institit* V: 11. traditur, *in libris de officio Proconsulis septem rescripta Principum nefaria collegisse, ut doceret, quibus poenis adfici oporteret eos, qui se cultores Dei profitebantur.* Plures enim Domitii nominis fuerunt, nec Ulpianus eo solo nomine insignitus fuisset: abhorret quoque ejusmodi institutum a temporibus ante Ulpianum, et ab ejus aetate: ut ex superioribus constat, ab ipsa etiam Ulpiani, viri boni, indole. Nec denique, Christianos, sed Gentiles Judaeos, aliosque maleficos, forte etiam inter Pseudo-Christianos, in oculis habuit Ulpianus l. I. §. 3. *de extraord. Cognit.* ubi medicis salarii persecutionem concedit, sed non illi, *si incantavit, si inprecatus est, si, ut vulgari verbo,* inquit, *inpostorum utar, exorcizavit.* etc. De

quo legi meretur oratio Cl. P. de Toullieu pro *Ulpiano*, habita Groningae a. 1724.

§. CL. Ceterum Inperatorem fuisse Christianum baptizatum, sed occultum, praeterea coetui Gnosticorum addictum, ingeniose disputat Jablonskius in peculiari dissertat. et ex eo potissimum probabile facit, quod Orpheum, aliosque Philosophos, junxerit Christo in larario, et gemma ejus monogramma Christi praetulerit, cum hac inscriptione, *Sal. Don. Alex. Fil. Ma. Luce* h. e. *salus donata Alexandro filio Mammaeae, luce*, seu die Christi natali, in memoriam baptismi ejus, die festo nativitatis Christi, qui est *6tus* Jan. apud Gnosticos. Equidem nihil definiverim, illud adfirmasse contentus, Caesarem favisse Christianae religioni, sicut et aliis, et Christum, tanquam doctrina et virtute insignem virum, honorasse, non minus, si non magis, quam omnes alios Philosophos, eodem nomine celebres. Praeter ipsum majore jure pro Christiano videri posset habendus Philippus Arabs, quem Eus. H. VI: 34. diserte eo titulo insignivit; quem historici seq. temporum passim secuti sunt: sed, cum praeter Lactantium, ipse Eus. vit. Const. l. IV: 62, 74. Constantinum adpellet *primum* Inperatorem Christianum, oportet, si secum conciliandus sit Eus., Const. M. publice et palam, Philippus vero latenter et occulte, pro Christiano habeantur: quod ex ipso Eus. l. c. cap. 79. quid roboris acquirit, ubi Const. M. tradit *primum*, qui *διαφανῶς*, aperte et palam, professus est Christum. Interea, ne alia minoris momenti memorem, haud parum obstat, quod alii historici, ipse Lactantius, de eo sileant, et praeter nummos, gentilismum redolentes, cusos, celebrati fuerint ludi seculares sub Ipso more paganorum. Plura qui velit, adeat Scaliger. ad Chron. Eus., Pagi ad Baron., et Ez. Spanhem. Numism. alios; quos pro et contra, ut dicitur, citavit Fabric. in *Luce salut.* Euangel. etc. p. 256.

PERSE-

PERSECUTIONES.

§. CL. Seculum hoc respectu valde est notabile, cum in illud incidant variae, eaeque publicae, ac atrocissimae, persecutiones, quae a Deciana inceperunt, et cum Deocletianea decennali finitae sunt, ac Ecclesiae periodi constituunt characterem, quae ab a. 250. sese ad 313. porrigit, simul belli, ab Inperatoribus suscitati, cum Christianis, ad eos funditus exstirpandos, conspectum habet. Quae persecutiones paulo adcuratius sunt enarrandae, quoad autores, causas, modum, et circumstantias loci ac temporis. *Prima* fuit Deciana, quousque historiam persecutionum, sic vulgo dictarum, perduxi ad sec. praecedens, nomine persecutionis publicae digna, suscitata ab Inperatore Decio; qui, ex nobili in Pannonia oriundus familia, virtuti suae inperium debuit. Electus est a militibus in Illyrico, et Philippo Arabe, qui contra eum movebat, a militibus Veronae trucidato, ejusque filio a Praetorianis, confirmatus est ann. 249., ut probavit Pearson. in Annal. Cyprian., sed haud diu tenuit inperium, ann. enim ejus 3*tio* inchoato, in expeditione contra Gothos, Thraciam depopulantes, misere cum exercitu periit, ann. 251. Quae, aliunde nota, verbo suffecerit adtigisse. Princeps fuit inperio utilis, quem Aurelius Victor, et Zosimus, *artibus cunctis et virtutibus instructum* adpellant, sed *exsecrabile animal* Lactant. de mort. Persec., propter vehementiam scilicet persecutionis, quam non nisi *malus* instituit.

§. CLI. *Causam* inpellentem ab odio Decii in Philippum Arabem, decessorem ejus, qui Christianis inpense faverat, repetit Eus. H. VI: 39. sed a nimia Christianorum copia, ac gentilismi decremento, superstitionisque neglectu inde orto, Gregor. Nyssenus in vita Gregorii Thaumaturgi. Addere liceat calamitates publicas, quibus Romanum Inperium undequaque premebatur, Christianae religioni inputari solitas. Erant utique hoc tempore barbarorum populorum in-

cursiones frequentes, et gravissimae; ut ex histori quam hic non tracto, notum praesuppono. Quibus bus motus Decius Christianismum opprimere, uti progressui obicem ponere, decrevit, ut antiqua sta religio, et ira Deorum placaretur. Fuit vero pe *publica*, *universalis*, *et saeva:* quae tria ad *modum* e tinent, et distincte illustranda sunt. 1. *Publicam* fu autoritate Inperatoris munitam, ejus *edicta*, quaqu missa per Inperium Romanum, ut Greg. Nyssen. t satis evincunt: memoravit quoque Dionys. Alex., au qualis, apud Eus. H. VI: 41. edictum φοβερώτατον *admodum* a Decio publicatum. Fuit quoque 2. *salis*, per totum Inperium Romanum grassata. Incep mae, ubi, praesente Decio, Fabianus Episcopus rio est coronatus, Moyses, Maximus, Celerinus, pr Clerici, in carcerem conjecti sunt, et varie cruciati H. VI: 34. et Chronicon Damasi. In Africa quid p rint Christiani per incarcerationes, dein exilia, tande tyria, ex Cypriano, autore coaevo, facile colligitur dine quoque exhibetur a Dodwello de *paucit. mart* andriae, et vicinis in locis, quantopere saevierit pers ex Epist. Dionys. Alex. apud Eus. l. c. elucescit. laestina testis est Origenis historia, qui et ejus m hom. IX. in Jos. De Asiana testatur Nyssen. in vit gorii: ne de reliquis provinciis agam. Vid. Ruinart. ad *acta mart. sinceriora.*

§. CLII. 3. Inpetus quidem ejus, ut de *gravitate* nam, in Antistites magis Ecclesiae, quam reliquos C nos, cecidit, ut ex Fabiani martyrio, Cypriani, D Alex., Gregor. Neocaesar. et Origenis historia const ex eo confirmatur, quod sedem Romanam tenuer annum vacuam Decius, quippe qui *multo tolerabilius bat levari adversus se aemulum principem, quam consti mae aemulum sacerdotem;* ut habet Cyprian. ep. 52. S quoque communis et saeva valde persecutio, ut ex

el

elucescit indiciis. *a.* Tanta fuit edicti severitas, ut tempora Antichristi, longe terribilissima, repraesentare videretur, quae Dionysii phrasis est, apud Eus. H. VI: 41., et summum, ut ibid. additur, omnibus incusserit terrorem. Quo pertinet, quod *metatorem* Antichristi adpellet Decium Lucianus apud Cyprian. ep. 20., *execrabile animal* Lactant. l. c.; eumque cum *prima bestia* Danielis, quae e mari adscendit, comparaverit Optatus Milev. contra Donatist. l. III. *b.* Ingens quoque fuit martyrum et confessorum numerus. De sola AEgypto Dionys. Alex. apud Eus. H. VI: 42. *sed et alii complures per oppida et vicos discerpti sunt:* addit mox: *quid opus est commemorare multitudinem eorum, qui in montibus ac per solitudinem oberrantes, fame et siti, frigore ac morbis, et latronum aut bestiarum incursu, interiere.* Cypriani quoque ep. 40. *copiosum martyrum numerum*, inquit, *Numidicum presbyterum ante se misisse.* Vid. et Dionys. in Epist. ad Domitium et Didymum, apud Eus. H. VII: 11. si ad hanc, quod vult. Eus., et non, ad Valerianam, respiciat persecutionem, uti censet Ruinart. *c.* Denique tormentorum et cruciatuum omne genus fuit adhibitum. In Africa processit saevitia a carceribus ad exilia, et inde ad caedes, ut modo notavi. In carcere autem non detinebantur solum, sed variis adterebantur cruciatibus, ut ex Luciani Epist., inter Cyprianicas 20*ma*, et aliunde, liquet. Carcer autem et eo spectabat, ut vexationis diuturnitate expugnaretur constantia, Cyprian. Ep. 54. Docuit quoque Pearson. annal. Cyprian. a. 250. ante Proconsulis adventum poenam exilii et carceris esse inflictam per Magistratum, sed eo praesente *tormenta et carceres saeviisse.* Cruciati itaque sunt in carceribus, nec inde, leviorem fuisse persecutionem, colligendum est.

§. CLIII. Supersunt circumstantiae *locorum* et *temporis.* De locis cum ex universalitate per orbem Romanum, modo memorata, constet, de *tempore* egisse sufficeceris. Incepit statim ac Decius ad imperium pervenit, *quasi hujus gratia*,

 inquit

inquit Lactant., *provectus esset ad illud principale fast* *furere protinus coepit, ut protinus caderet.* Inperii q suscepti, et edicti publicati, nuncius eodem fere ter venit Alexandriam, teste Dionys. Alex. apud Eus. H 41. Primus itaque persecutionis fuit 249., quo inperiu adeptus, in cujus fine incepit. Viguerat quidem Al driae jam ante annum aliqua persecutio, sed popularis a. 248., Euseb. ibid., ubi Dionysius refert, plebem a quodam Mago fuisse ad superstitionem tuendam incit: Sed post Decii edictum longe vehementius saeviit tempestas. Duravit quidem persecutio per omne In ejus tempus, sed ann. 2*do* fuit paulo remissior: uti e colligi posse videtur, quod passus fuerit Decius Corne eligi Episcopum Roman., et frequens ac liberius fueri ter Africanos et Romanos commercium, testibus Epi Cypriani. Fervorem persecutionis jam a. 250. fin. rese in Africa, ex Cypriano, et aliunde, jam adfirmavit Pea in Annal. Cypr., forte per Proconsulum Africae mut nem.

§. CLIV. Decio successit Trebonianus Gallus, du Praeses Moesiae, ab exercitu superstite, qui eo conflux electus, et a Senatu Romano adprobatus a. 252. fin., mox filium Volusianum dixit *Augustum*, et in Decii m riam ejus filium Hostilianum adoptavit, et consortem perii fecit, qui a. 252. peste periit. Fuit autem Gall perium funestum valde, per continuas Gallorum depopul nes, et terribilem pestem, quae a. 252. incepit, et c nuos quindecim duravit annos. Occisus denique est, una Volusiano, ab exercitu, cum contra AEmilianum, legio Pannonicarum ducem, creatum Inperatorem, duceret, nondum duos inplesset annos. Sub eo publicam vig persecutionem tacent quidem Lactantius, Sulp. Seve et alii, sed Dionys. Alex. apud Eus. H. VII: 1. diserte firmat, et Cyprianus clare significat. Dionys. de Gall fert, eum ad *eundem*, ac Decium, *inpegisse lapidem*,

ait, cum imperium ejus in statu esset prospero, cuncta ex animi sententia succederent, *viros sanctos, qui pro pace ejus et incolumitate preces ad Deum adlegabant, expulerit sedibus suis*, et in exilium miserit, Cornelium puta, Episcopum Romanum, qui Centumcellas est ablegatus, et ibi mortuus, teste Catalogo Pontificum, Lucium quoque, ejus successorem, ut idem tradit Catalogus, aliosque ex clero Romano. Cujus persecutionis meminit Cyprianus, ep. ad Lucium ab exilio reducem, dicens, *repentinam persecutionem nuper esse exortam, et subito prorupisse*. Causam inpellentem praebuisse videtur, quod jam observavit Pearson. Annal. Cyprian., saevissima pestilentia, per totum inperium terribiliter grassata: qua compulsi calamitate Principes, Gallus et Volusianus, ad aras Deorum confugerunt, nummos cuderunt, cum inscriptione *Apollini salutari*, denique omnes ad sacrificandum edictis publicis adegerunt: unde Christianorum, hoc recusantium, orta fuit vexatio. Quo respicere videtur Cyprianus ep. 49. ad Cornelium, in ipso persecutionis exordio scripta, cum dicit, *his ipsis etiam diebus, quibus has ad Te litteras feci ob sacrificia, quae edicto proposito celebrare populus jubebatur, clamore populorum ad leonem denuo postulatus in circo.*

§. CLV. Persecutionem fuisse Deciana graviorem existimat Dodwell. l. c., sed sublesto nixus fundamento, unice in praedictione Cypriani sito, qua, *graviorem et ferociorem pugnam* inminere, sibi revelatum esse, dixit in ep. 57. ad Cornelium, et 58. ad Thibarenos. Quae si vera fuerit revelatio, et non ex imaginatione, aut conjectura, uti nonnullis jam tunc visum fuisse ipse innuit Ep. 69., orta, ad Galli persecutionem, ut putat Dodwell., non est referenda, sed posteriorem, cum in Ep. 61. ad Lucium, quae durante persecutione Galli scripta est, de inminente adhuc loquatur, contra quam parandos vult milites Christianos: *imminentis enim Antichristi* phrasis, qua utitur, illud clare denotat. Nec desunt rationes, quae, minus atrocem fuisse hanc

 persecu-

persecutionem, evincunt. Praeterquam enim quod Veteres eam passim praetermiserunt, nulli sunt ab Eus. aut aliis memorati martyres, et Dionysius Alex. l. c. eam in exilio tantum ponit; praeterea fuit brevissimi temporis, et Romae praecipue viguit. De quibus *loci et temporis* circumstantiis aliquid dicendum restat. Licet reliquas provincias plane exclusas nolim, cum Dionys. generalius loquatur, quam ut ad *urbem* restringi queat, Cyprianus persecutionis, alibi etiam vigentis, fecerit mentionem in Ep. ad *Cornelium*, Romanae tamen Ecclesiae maxime incubuit, uti ex Ep. 61. ad Lucium patet. Loquitur enim ibi Cyprianus de ea, tanquam quae Romae vigebat, et ad eam spectabat. De *brevitate* temporis satis testatur, quod Galli inperium fuerit *biennio* minus, nec per omne ejus tempus duraverit. Non enim incepit, nisi postquam in inperio fuisset confirmatus, et res ejus aliquandiu prospere fluxissent; ut modo vidimus ex Dionysio apud Eus.; cessaverat praeterea ante ejus obitum, cum incursiones barbarorum Inperatorem aliis inplicuerunt negotiis. Utique ex Lucii Episcopi reditu Romam ab exilio, et ingente fratrum gaudio, recte colligitur, persecutionem saltem longe fuisse remissiorem.

§. CLVI. *Tertia* persecutio publica fuit longe gravior, a Valeriano, ejus autore, *Valeriana* dicta. Electus fuit statim post mortem Galli inperator ab exercitu ad Rhaetias, et a Senatu adprobatus, ann. 253. Successerat quidem Gallo AEmilianus, sed post tres menses vel morbo est extinctus, vel ab exercitu occisus. Infelicem et turpissimum quoque exitum habuit Valerianus: a Sapore enim, Persarum rege, ad colloquium invitatus, cum in Mesopotamia versaretur, circumventus et captus est, anno septimo inperii nondum completo. Qua in servitute turpissime habitus, usque ad a. 269, miseram subiit mortem, ejusque pellis detracta, et rubro infecta colore, in Templo ibi est suspensa. Lactant. mort. Persec. c. 5. Ceterum laudatur a Trebellio, sed *inertem et stolidum* eum adpellat Aurelius Victor.

Causam persecutionis inpellentem hanc refert Dionys. Alex. ep. ad Hermannonem apud Eus. H. VII: 10. Inperator antea summopere mitis, et benignus erga Christianos, adeo ut eos complexus fuerit, et domus ejus Christianis repleta, subito mutatus, et in eos concitatus est, per Magorum summum fautorem et patronum, Macrianum nomine, (illum enim esse intelligendum, ex epist. Dionysii manifestum est, ut jam advertit Vales.) qui postea occupavit inperium, *Archisynagogum* eorum sarcastice, ut videtur, propterea a Dionysio adpellatum: virum summae autoritatis apud Valerianum, ita etiam, ut, *bellum Persicum gerens*, *Macriano totam remp. tradiderit*, referente Pollione. Ipse autem a Magis in spem inperii erectus, hanc iis retulit gratiam, ut Inperatorem in Christianos, Magis et eorum superstitioni inimicos, et ipsis maxime odiosos, accenderit.

§. CLVII. Fuit, ut *modum* ejus illustrem, persecutio et *publica*, et *gravissima*. Duplicis edicti, vel rescripti Inperatoris, exstat mentio, *prioris* in actis Proconsularibus Cypriani, quae operibus ejus in edit. Oxon. et Paris. praemissa sunt, a Ruinart. quoque edita in *Act. sincer. Mart.*, sed *posterioris* in Ep. 80. Cypriani ad *Successum*. Prius fuit a. 257. vulgatum, et moderatius, exilium tantum intentans iis, qui *Romanas ceremonias recognoscere noluerunt*, et Episcopos ac Presbyteros praecipue feriebat, sed addit, *capite esse plectendos*, *qui conciliabula faciant*, *aut coemeteria ingrediantur*. Sed posterius longe fuit severius: narrat Cyprianus l. c. Valerianum rescripsisse ad Senatum, *ut Episcopi et Presbyteri ac Diacones in continenti animadvertantur*: *Senatores vero*, *et viri egregii*, *et equites Romani*, *dignitate amissa*, *etiam bonis spolientur*, *et si*, *ademtis facultatibus*, *Christiani esse perseveraverint*, *capite quoque mulctentur: Matronae ademtis bonis in exsilium relegentur: Caesariani*, *quicunque vel prius confessi fuerant*, *vel nunc confessi fuerint*, *confiscentur*, *et vincti in Caesarianas possessiones descripti* (rectius *adscripti*, vel *inscripti* frontes) *mittantur*. Cujus majoris severitatis ratio peten-

da est, partim ab eo, quod superiori edicto se opposi Christiani, a conventibus et coemeteriis non abstine partim, quod, ut recte Pearson in Annal. Cyprian., su inperii fuerit Macriano commissa, a parte quidem mil cum Inperator Antiochiam tenderet, et contra Persas veret, ut ipse Inperator in oratione, ad Senatum missa, Pollionem. testatur. Missae autem in hanc formam, Cypriano l. c., fuerunt Valeriani litterae ad Praesides vinciarum.

§. CLVIII. Gravissimam fuisse persecutionem, sicut priani praedictio, divinitus ipsi facta, ferebat, quae ad adplicanda est, cum ultima fuerit temporum Cypriani in praecedentem, ut modo notavi, non quadret, Ep ad Cornel., et 58. ad Thibarenos, qua *graviorem et fe rem pugnam inminere* sibi revelatum esse adseruit; ita nys. Alex. apud Eus. H. VII: 11. *acerbissimam* fuisse dit, et Lactant. l. c. c. 5. *multum justi sanguinis fusum* firmat. Ex Cypriano quoque constat, post prius edi jam multos omnis generis, ordinis, et sexus, Christ persecutionem passos esse, multos martyrio coronatos, tos variis cruciatibus adfectos; ut adserit in Epist. 7 *fratres in metallo constitutos*, in exilio Cypriani, ade post prius tantum edictum, scripta. Qui furor, poste edicto vulgato, quin multum creverit, dubium non Macrianus enim tunc omnia curabat, et *persecutioni qu insistebant Praefecti in urbe*; ut verba Cyprian. ep. 8 *Successum* habent.

§. CLIX. Viguit, et grassata est, persecutio, ut *locos* strem, per universum inperium; edictum, ut modo no fuit ad *omnes provincias missum*, et ubique facti sunt tyres. Illustriores Romae fuerunt, qui memorati sunt, phanus, licet de eo dubitari possit, ut fecit Pearson Cypr., Sixtus, vel Xistus, et cum Ipso Quartus, diac forte a. 257. Cypr. ep. 80. ad Successum, qui addit, *fectum in urbe continuo insistere persecutioni, ut qui sibi*

fi

fuerint animadvertantur, et bona eorum fisco vindicentur. Cum Sixto, Felicissimum, Agapetum, aliosque Diaconos, fuisse passos, licet minus recte tradant martyrologia, ut recte advertit Pearson Ann. Cypr., probabile tamen mihi sit, eos haud diu post martyrio esse coronatos, quod utique de Laurentio Archidiacono, *craticulae* inposito, statuendum est. De quo vid. Ruinart. l. c. In Africa inpetum sustinuit primus Cyprianus, in exilium missus a. 257., dein ann. sequente capite plexus: ut ejus acta demonstrant. Secuti postea sunt plures, ut ex actis Jacobi et Mariani, Numidarum, Montani, aliorumque Cypriani discipulorum, liquet. De illis, quae Alexandriae gesta sunt, legendus est Dionys. Alex. apud Eus. l. c., ubi *multos* factos esse martyres tradit. In Palaestina celebrantur ad bestias damnati Priscus, Malchus, et Alexander. Eus. H. VII: 12. In Hispania Fructuosus, Episcopus Tarraconensis, ejusque diaconi Augurius et Eulogius: quorum acta exstant apud Ruinart. l. c.

§. CLX. Quod ad *tempus* et durationem adtinet, convenit fere inter doctiores, persecutionem ante ann. 257. non inchoasse; durasse vero per annos *tres* et *dimidium*, seu mens. 42. ex Epist. Dionysii apud Eus. H. VII: 10. manifestum est, cum in Valeriano dicat inpletum esse, quod Ap. XIII. de bestia praedictum est, *illi datum esse os magna et inpia loquens, et datam esse potestatem, et menses* 42., quot mensibus itaque duraverit oportet persecutio. Cessasse autem mox cum captivitate Valeriani persecutionem, patet ex rescripto Gallieni apud Eus. H. VII: 12., non multo post captum Valerianum publicato, quo sublata est persecutio: unde simul liquet, eum a. 260. factum esse captivum, et non, ut alii opinantur, 259. Loquitur enim Dionys. non de Alexandrinae tantum, sed universalis persecutionis, duratione. Pax, post Valerianum captum, mox restituta est a Gallieno, edictis per orbem emissis, quibus praecipitur, ut a religiosis locis abstineant gentiles, Christianis nullam facessant molestiam, coemeteria recuperent Christiani. Eus.

H. VII: 13. qui c. 15. pacem cunctis Ecclesiis fuisse ditam adfirmat: quam etiam ob causam Gallienus a D Alex. apud Eus. ib. c. 23. fin. *religiosissimi et Dei am* *simi* elogio ornatur. Quae pax usque ad Diocletianea ravit persecutionem, parumper tantum per levem quan et brevissimam illam, Aureliani interrupta: cujus n paucis est danda.

§. CLXI. Nona ordine, secundum vulgatam opinio vere hujus seculi quarta, adscribitur Aureliano, strenu Romano inperio utilissimo, principi, qui res collapsas dammodo restituit, sed ad crudelitatem propensiori. vit ipse Christianis in principio inpense, sed processu poris, paulo ante mortem, *quorundam consiliis coepit in ut persecutionem moveret contra Christianos*, ut inquit H. VI: 30. fin, qui mox subjungit, *eum paratum jan compositis contra nos edictis, ut ita dixerim, subscribentem est divina justitia, quasi constricto cubito conatum ejus mens: fulmine* scilicet, ut ipse ait in Chron., ad ann. *juxta eum, comitesque ejus, ruente.* Ex quo loco Dod l. c. colligit, intentatam quidem ab ipso, sed execu non esse mandatam persecutionem, adeoque nullos ful martyrium. Cui sese Ruinart. in primis opposuit l. c. I dem eam magis intentatam, quam effectam, dici deb adeoque vix in censum venire, non negaverim, quippe Eus. verba non tantum directe tendunt, sed quod ex tant. mihi dubio carere videtur: qui l. c. cap. 6. d *Aureliano ne perficere quidem, quae cogitaverat, licuisse, sed tinus inter initia furoris sui exstinctum esse.* Quae etiam ratio, quare Sulp. Sever. ejus non tantum non memin sed ipse Eus. H. VIII: 4. eam quoque silentio invol cum tempus intermedium a Valeriano ad ultimam p cutionem Diocletianeam adpellet *pacis* tempus, quo Sa alto quasi sopitus somno fuit, nec nisi clam Ecclesiae diatus. Quae martyrologiis, quae innumeros, praecipu Galliis, exstitisse martyres tradunt, fidei denegandae su

unt; in primis cum fons erroris pateat, quem Marci Aurelii et Aureliani confuſio peperit, uti ipſe Ruinart. l. c. in S. Symphoriano agnovit.

§. CLXII. Nec tamen in Dodwelli ſententiam iverim, ſed aliqua jam fuiſſe emiſſa edicta, et perſecutionem incepiſſe ante Inperatoris mortem, et poſt continuaſſe ad breve tempus, cenſuerim: 1. Lactant. illud clare indicat, ubi, Inperatorem crudelibus *factis*, non itaque propoſito tantum, iram Dei laceſſiviſſe, dicit, *initia* quoque furoris memorat, imo diſerte addit, ſcripta nondum ad *ulteriores* provincias perveniſſe; edita itaque fuerunt aliqua, et in vicinis ſaltem regionibus, utique Thraciae, ubi erat Imperator, publicata. 2. Euſeb. *nonam* ſub Aureliano non collocaſſet perſecutionem, ut fecit in Chron., ſi intra minas manſiſſet, et nihil fuiſſet peractum. 3. Inter fulmen, de quo Euſ. loquitur, et mortem Inperatoris, aliquid temporis fuit interjectum, ut ex Chron. Euſ. Gr. et Lat. patet: quo ſpatio intermedio perſecutio incipere potuit: praeterea, cum *ſex* menſ. fuit interregnum, quo edicta non fuerunt revocata, utique a malevolis conſiliariis potuerunt executioni fuiſſe mandata. 4. Conſt. M. quoque in orat. ad *ſanctorum coetum* cap. 24. Aurelianum jungit Valeriano et Decio, et perſecutoribus adnumerat. 5. Nec multum negotii denique faceſſit Euſ. in Hiſt. l. c., quia minus proprie et adcurate loquitur, ubi Aurelianum, ſubſcribentem edictis, ultam eſſe e *veſtigio*, dicit, divinam juſtitiam, addit enim *ut ita dixerim*, *quaſi:* ne dicam nonnulla edicta cenſeri poſſe jam emiſſa, cum aliis ſubſcribens fuit fulmine ictus. Lactant., ut modo notavi, diſerte habet, edicta cruenta ad *ulteriores* provincias nondum perveniſſe.

§. CLXIII. Intermedio tempore, uſque ad Diocletianeam perſecutionem, licet forte non defuerint martyria, ſi acta eorum apud Ruinart. ſint genuina; nova tamen perſecutio ante eam non ingruit; quae ultima fuit, et omnium ſaeviſſima, ac *decem* duravit annos, a primo autore Diocletia-

no adpellari solita *Diocletianea:* quam aequales autores Euseb. et Lactant. descripserunt, adeo ut major nobis hic adfulgeat lux et certitudo. Causae efficientes memorantur Diocletianus, Maximianus Herculeus, Galerius Maximianus, Maximinus Daza, Severus, Maxentius, et Licinius, septem numero, qui partim simul, partim successive, Inperii Romani partem tenuerunt. Constantius vero Chlorus, ejusque Filius Constantinus, non adnumerantur persecutoribus. Diocletianus vero regnare incepit a. 283. Maximianus factus est Augustus a. 286. Galerius cum Constantio Caesar a. 292. et cum eo Augustus, Diocletiano et Herculeo se abdicantibus, a. 305. Severus et Maximinus tunc Caesares: dein Constantinus, mortuo Patre a. 306. et Maxentius arrepto Romae inperio: denique Severo, in bello cum Maxentio mortuo successit Licinius a. 307., quo Maximinus etiam se Augustum dixit, Galerio autem a. 311. mortuo, Constantinus superavit Maxentium a. 312., et per Licinium quoque Maximinum; ita ut Constantinus et Licinius tantum superfuerint, inter quos primum pax fuit et amicitia, dein bellum, quo Licinius interiit. Quorum Principum historiam aliunde praesuppono notam, utique nostrum non est hic enarrare. De eorum moribus prolixe exposuerunt Euseb. et Lactant., sed quibuscum omnino Gentiles scriptores sunt conferendi. Illud constat, Diocletianum et Herculeum fuisse barbarorum strenuissimos et felicissimos debellatores, rerumque collapsarum egregios instauratores, et Inperii Romani statores, ita ut illud nunquam magis quam sub iis, et duobus Caesaribus Constantio Chloro et Galerio, floruerit. De quo ipse legendus est Euseb. H. VIII: 13. Attamen a moribus, si Diocletianum, in quo avaritiam et timiditatem tantum taxat Lactant., et Constantium excipias, minime censentur laudabiles. Herculeus depingitur superbus admodum, libidinosus, et truculentus, Galerius tanquam omnes saevitia superans: *inerat huic bestiae*, inquit Lactant. c. 6. *naturalis barbaries.* Severus ipsi audit saltator temulentus, ebriosus: Maxi-

Maximinus meticulosus, et, praeter ebrietatem et libidinem, ad insaniam usque superstitiosus, Eus. VIII: 14. Maxentius erat summus tyrannus, et ob scelera populo ac principibus odiosus: Vid. etiam vit. Const. I: 33. Galerius Maximianus et Maximinus gravissime a Deo puniti sunt. Lact. c. 33. 49. Eus. H. IX. et ad Ps. XLVII.

§. CLXIV. Primus persecutor censendus est Diocletianus, tanquam primus Inperatorum, *Inperator* propterea eximie adpellatus Lactant. c. 15. *Rex Veteranus* c. 19. et Eus. VIII: 13. *rectorum* illius temporis *πρωτοςατης*. Galerius vero pro persecutore praecipuo habetur et acerrimo, propterea dictus totius persecutionis *πρωτοςατης* Eus. VIII: 16. Ultimus fuit Maximinus: Severus vero et Maxentius non adeo graves fuerunt Christianis, propter inperii brevitatem, Maximianus Herculeus persecutionem minus ursit in Italia et Africa, Constantius Chlorus numero persecutorum eximendus est, sicut Eus. Vit. Const. I: 13. et in adpendice ad H. E. l. VIII: 17. diserte eum pronunciavit liberum, quod et aliunde confirmat Baudrius ad Lact. c. 16. Licet inficias ire nolim, aliquos ibi in initio, ipso forte absente, fuisse martyrio adfectos, aut eum *passum fuisse, conventicula dirui, quae restitui poterant, ne dissentire videretur a majorum praeceptis*, ut Lactant. c. 15. tradit. Nec ad horum persecutorum classem referendus est Licinius, quippe per quem Constantinus liberavit Christianos ab ultimo persecutore Maximino, nec, nisi sex annos post pacem a Const. M. datam, intentavit aliquam persecutionem, a. 319., de quo ad sec. seq. Sex itaque tantum numerandi sunt persecutores, majore minoreve gradu, Diocletianus, Maximianus Herculeus, Galerius, Severus, Maximinus, et Maxentius.

§. CLXV. Vertamus nos ad caussas *inpellentes* et *occasionales*. Maxima inperii Diocletiani pars usque ad a. 298, fuit Christianis faventissima, et prosperrima, ita ut mirum in modum creverit et floruerit Ecclesia, sicut pluribus narrat Eus. H. VIII: 1. Sed ab eo tempore animus ejus erga

Chriſtianos mutatus eſt, occaſione ſacrificiornm, *ex futura quaerebat, et exitus rerum aucupabatur*, in bell Narſeo, Perſarum rege, *non reſpondentium, nec futura ſtrantium:* quod, Chriſtianis militibus inputatum, In rem *in milites primum accendit: Tunc ira furens*, verl Lactantii cap. 10. *ſacrificare non eos tantum, qui ſac niſtrabant, ſed univerſos, qui erant in palatio, juſſit eos, ſi detrectaſſent, verberibus animadverti, datiſque a poſitos litteris, etiam milites cogi ad nefanda ſacrificia pit, ut qui non paruiſſent, militia ſolverentur.* De quo e et aliis, mox plura. Incepit ergo perſecutio a mili quod et ex Euſ. l. c. et Chron. ad ann. 17. Diocl liquet. Haud diu poſt *Galerius Maximianus inflammat lere advenit Bithyniam*, ubi Diocletianus hyematum c ſerat, *ut ad perſequendum Chriſtianos inſtigaret ſenem* Diocletianum, *qui jam principium fecerat.* Lactant. Fuit itaque Galerius primus et praecipuus incentor, cletianus enim diu, ut Lactant. inquit, *repugnavit ejus oſtendens, quam pernicioſum eſſet inquietari orbem terrae, ſanguinem multorum, illos lubenter mori ſolere; ſatis eſſe latinos tantum et milites ab ea religione prohiberet.* N *men deflectere potuit praecipitis hominis inſaniam.* Cen men Diocletianus *amicorum ſententias adhuc experiri*, ſc ut a ſe in alios derivaret invidiam, ut in pravis ſolel tionibus, cum bonas faceret ſolus; imo Apollinem q Mileſium ſtatuit conſulendum. Nihil interea omiſit rius, quod iram ejus in Chriſtianos inflammare poſſet. pertinet, quod *occultis miniſtris palatio ſubjecerit incen* quod mox Chriſtianis eſt inputatum. Euſeb. H. VI dicit, *ſe neſcire, unde ortum ſit* incendium: et Con in orat. ad *ſanctos fulmini* adſcribit: quod ſi verum nimis malitioſe fuerit Chriſtianis inputatum oportet illi tantum pro incendii jam orti promotoribus ſint Quo caſu Diocletianum *ira fuiſſe inflammatum*, refert tant. c. 14. maxime cum *quindecim diebus interjectis*, e

teſte, *aliud rurſus incendium molitus* fuerit Galerius. Poſtea, ut illud obiter addam, aliae ſunt a Maximino excogitatae fraudes: ex. gr. legationes urbium ad Maximinum, auxilium contra Chriſtianos petentium, ſubornatae; dein acta Pilati in Chriſti contumeliam ab inpoſtore confiđta, et ubique ſparſa; ut omnium animi in Chriſtianos irritarentur: mulierculis quoque Chriſtianis per tormenta ſunt expreſſae horrendorum criminum, a Chriſtianis patrari ſolitorum, confeſſiones. Euſ. H. IX: 2.

§. CLXVI. Sed quid Galerium in primis et Maximinum inpulit? Lactant. c. 11. culpam confert in matrem Galerii, *Deorum montium* (vel, ut Graevius legit, *Deae montium*, aut *Deorum matris*, ſcilicet Cybeles) *cultricem*, foeminam ſuperſtitioſiſſimam, *quae quotidie pane ſacrificabat, et dapibus ac epulis ſuis vicanos exhibebat*, ſeu alebat, a quibus cum Chriſtiani abſtineant, in ejus odium incurrebant, ita etiam, ut *filium ſuum, non minus ſuperſtitioſum, querelis muliebribus ad tollendos homines incitaverit.* Sed ſi haec acceſſerit ratio, ſola, aut praecipua nequit haberi, cum tanti non potuerit furoris eſſe cauſa. Galerius ipſe in edicto, quo ſuperiora crudelia revocavit, apud Lact. c. 34. et Euſ. H. VIII. 17. vano praetextu uſus, declarat, ſe in Chriſtianos fuiſſe incitatum, quod primaevam ſuam corruperant religionem, et in varias fuerint diviſi ſectas. Equidem exiſtimaverim, praecipuam cauſam fuiſſe *cum* ſuperſtitionem, *tum* ambitionem inſtaurandae religionis antiquae, quae per nimiam Chriſtianorum copiam fere ad extrema pervenerat, et Chriſtianae delendae, tanquam a prima origine multum diverſae, ſimul diviſae, adeoque falſae, ſimul facile exſtirpandae. Sicut itaque Romani inperii inſtauratores, ac liberatores, fuerunt, et celebrati ſunt, ita quoque reſpectu religionis idem ambierunt: Quod a temporum conditione non abhorret. Chriſtiani enim nimis erant multiplicati, et capita ubique erexerant, nec amplius videbantur ferendi; adeoque, reliquis hoſtibus debellatis, ſoli reſtabant, tanquam inteſtini hoſtes devincendi.

§. CLXVII. Gravissimam, et omnium dirissimam,
persecutionem, secus ac Dodwell. opinatus est, ex
et Lactant. mihi dubio carere videtur, licet nec pe
nes annos, nec omnibus in locis, aeque saevierit,
non adeo in Occidente, quam Oriente, nec tam in
quam progressu, ab a. 304., quando Galerius rerum
titus, sed nec intermedio tempore defuerunt halc
Quae omnia ex ipsa pertractatione, quam adgredior
cescent. *Publicam* fuisse, rescriptis et edictis Inpera
munitam, persecutionem, quod ante omnia est obs
dum, ipsa edicta satis evincunt, variis temporibus e
et ordine recensenda. 1. *Primum* est Diocletiani, quo
lites cogi ad nefanda sacrificia, praecepit, *ut, qui non*
issent, militia solverentur. Lactant. c. 10. Qua occ
paucos subiisse martyrium tradit Eus. H. VIII: 4. P
situm illud fuisse a. 298. demonstravit Pagi ad Baron.
tamen generalior militum persecutio coepit, nisi initi
culi sequentis, ut ex Chronico Eusebiano Latino c
tur, et Euseb. H. E. l. VIII. indicat. Sed haec pra
tantum fuerunt, cum *quinque* ann. post coeperint ali
severiora, vulgari edicta, quae persecutionem omnim
et universalem complexa sunt. 2. *Secundum* ergo o
edictum prodiit a. 303., die 23*tio* Febr., Nicomediae,
habebat, *destruendas esse Ecclesias*, *sacros codices combu*
honorati infamia notarentur, *plebeji libertate spoliarentu*
in Christianae fidei proposito permansissent. Eus. H. VII
fin. Ubi *plebeji* sunt inferioris conditionis homines,
posite ad honoratos, vel *servi*, quibus spes libertatis a
tur in perpetuum. Eus. enim eos adpellat τὰς ἐν οἰκετίαις.
edictum die 23*tio* Febr. diserte adligat Lact. c. 12.
Terminalium diem ad septimum Kalendas Martias, dicit,
tum. Euseb. quidem Mense Martio fuisse publicatum re
sed de publicatione in Syria, paulo serius facta, in
potest, sicut in Palaestina et Alexandriae mens. April.,
die paschatis, teste Chron. Alexandrino. 3. *Tertium*

eſt inſecutum, cum *non diu poſt* in provinciam veniſſe, ubi erat Euſebius, ipſe referat l. c. Summa erat, *omnes ubicunque Eccleſiarum Antiſtites primum quidem conjiciendos eſſe in vincula, dein vero Diis ſacrificare omnimodo cogerentur.* Quod edictum in duo dividit Euſ. ib. c. 6., diverſis edita temporibus; ſed unius tantum, die 24 Febr. publicati, meminit Lactant. c. 13. Duravit haec, quae Antiſtites tantum feriit, perſecutio per annum. Euſ. de martyr. Palaeſt. c. 2. fin. qui, multos fuiſſe martyrio tunc coronatos, addit. 4. Secutum dein eſt, anno 2*do* perſecutionis, proprie dictae, *quartum* edictum, quod univerſalem Chriſtianorum, nullo facto diſcrimine, perſecutionem omnimodam continet, ſpeciatim per tormenta, ut non tam interirent, quam ad religionis gentilis profeſſionem compellerentur. Euſ. de martyr. Palaeſt. c. 3. Prodiit illud a. 304. ut contra Dodwell. demonſtravit Pagi, et ab hoc tempore eorum ſanguis magna copia narratur fuſus; in eos, nulla generis aut ſexus habita ratione, ubique inpetu facto. Denique 5. *quintum* eſt a Maximino Daza emiſſum, poſtquam Galerius Maximianus, morbi vehementia preſſus, paulo ante publicaſſet, ad finiendam perſecutionem, edictum a. 311. Maximinus enim ne ſex quidem Menſ. Chriſtianis permiſit pace frui. Euſ. H. IX: 2: ſed cum eos variis artibus primum vexaſſet, ſaeviſſima edidit edicta in Oriente, ubi tyrannum agebat, novo etiam exemplo in aes inciſa, et publice propoſita, cum antea in charta perſcriberentur. Euſ. l. c. cap. 7.

§. CLXVIII. De *atrocitate* perſecutionis multa teſtantur, 1. Propoſitum horum Principum fuiſſe Chriſtianam religionem, ſi pote, funditus exſtirpare, ex modo memoratis edictis, et cauſa inpellente, ſupra explicita, non tantum eluceſcit, ſed ex die perſecutioni deſtinato, et inſcriptionibus, quoque colligi poterit. Dies dictus fuit *terminalia*, quo Dei *termini* feſtum agebatur, menſ. Febr. 23., qui anni cenſebatur extremus, *ut quaſi terminus inponeretur huic reli*-

gioni; inquit Lactant. c. 12. Produxit vero Baronius ad a. 304. inscriptiones columnis incisas, et in Hi repertas, quae quasi trophaeum victoriae, de Christian portatae, continebant, ex. gr. *nomine Christianorum d qui remp. evertebant: superstitione Christi ubique deleta; Deorum propagato.* Vid. etiam notae ad Luitprandi nicon. p. 341. et Gruter. Inscript. pag. CCLXXX. lit etiam huc EZ. Spanhem. Num. diss. V. singularem mum Maximiani Herculei, in quo Hercules visitur h πολυκεφάλυ *multorum* capitum, cum qua decertat, vi cum inscriptione, *Herculi debellatori*. Hydra itaque magni viri mente, designat Christianorum gentem, po persecutiones et funera renascentem semper. Quae si sint, de quo disputari potest, vanissimam quidem pr eorum Principum jactantiam, sed simul de proposito eo ac persecutionis vehementia, testantur, adeoque huc adp poterunt.

§. CLXIX. 2. Haec edicta severe fuisse executioni data, adeoque saevissimam fuisse persecutionem, scrip aequales, et ab his temporibus proximi, uno testantur nes ore. Sulp. Sev. *acerbissimam* adpellat, *quae per decen tinuos annos plebem Dei depopulata est*, addit mox, *unquam magis bellis mundus magis exhaustus est.* Adserit que Eus. Vit. Const. c. 13. Inperatores, *caedibus Chr norum, tanquam civili quodam bello, provincias sibi sub polluisse.* Lactant. mort. Persec. c. 16. *vexabatur ergo versa terra, et, praeter Gallias, ab Oriente usque ad Occ tres acerbissimae bestiae saeviebant*:

Non mihi si linguae centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina possem

quae Judices per provincias justis, atque innocentibus, i runt. Vid. etiam Instit. l. V. c. 9. et Eus. H. VI

Ipsa denique 3. martyrum multitudo, tormenta exquisitae crudelitatis omne genus, aliaque exstantiora indicia, nos de acerbitate persecutionis dubitare non sinunt, Vid. Eus. ad Psalm. p. 333. et Basil. M. hom. in *Gordium martyrem* Oper. tom. II. Mox in principio, ut ex. gr. pauca proferam, *Imperiali jussu quotquot erant Nicomediae cultores acervatim cum suis familiis, alii gladio, flammis alii, periere.* Eus, H. VIII: 6. Deinde, aliis edictis subsequentibus, tradit ibid. *vix jam iniri numerum potuisse omnium, qui deinceps in singulis provinciis passi sunt martyrium.* Sic et Lactant. mort. pers. c. 15. *nec singuli*, inquit, *at gregatim, circumdato igni ambiebantur, adligatis ad collum molaribus mari mergebantur, porro tormentorum genera inaudita excogitabantur.* Idem Inst. V: 11. *Quae per totum orbem singuli gesserunt*, Praesides, *enarrare inpossibile est: quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia, genera crudelitatis?* Institit. VI: 17. *nova et inusitata tormenta*, in cultoribus Dei excruciandis, *excogitata fuisse*, tradit. Legi hac de re meretur Sagittarius de *martyrum cruciatibus.* Euseb. vero H. VIII: 14. inter poenarum et cruciatuum genera recenset *ignem ac ferrum, clavorum suffixiones, bestias, profundos maris gurgites, membrorum abscissiones ac perustiones, confixiones, et effossiones oculorum, totius denique corporis mutilationes: ad haec famem, metalla, vincula.* Illud memoratu in specie dignum est, inter supplicia fuisse damnationem *ad metalla*, cujus primus meminit Tertull. Sed postea plures, uti et Chrysost. *de Martyr. AEgypti.* Oper. tom. II. Legi de hoc supplicio meretur Vir Doctus in *Historia sapientiae et stultitiae Tomasii* tom. III. Sed Lact, et Eus. scripta forent describenda, si omnia sint in medium proferenda. Unum illud silentio non videtur involvendum, urbem quandam in Phrygia fuisse totam cum viris, mulieribus, et parvulis, Christum omnium Deum invocantibus, concrematam religionis causa; uti Eus. VIII: 11. refert. Mitto Niceph. H. E. VII: 6, qui tradit, viginti millia hominum in Templo Nicomediensi uno

die

die flammis fuisse absumta; quia autor est recentior, numerus fidem superat: dicta speciminis ergo sufficiunt.

§. CLXX. Circumstantiae denique *locorum* et *temp* diritatem persecutionis in clariore adhuc collocabunt l Respectu locorum dicit in genere Lactant. c. 16. *vex tur ergo universa terra, et, praeter Gallias, ab Oriente u ad Occasum tres acerbissimae bestiae saeviebant.* Gallia ex tur, quia ei praeerat Constantius Chlorus, qui, ut s observavi, manus non praebuit persecutioni, nisi quod T pla passus fuerit dirui, teste Lact., forte et alias vexati a plebe, vel praefectis, ortas, non inpediverit. Uti Lact. c. 24. cum scribit, *Constantinum suscepto inperio, prius habuisse, quam Christianos cultui ac Deo suo redd* Constantium aliquid communi furori permisisse haud ob re innuit. Eus. quoque de *martyr. Palaest.* fin. illud ip indicat, ubi inter Occidentis regiones, *quae vix duobus mis persecutionum annis furorem belli expertae sunt*, rece tur Gallia. Quibuscum qua ratione conciliandum sit q Eus. H. VIII: 13. *ne quidem aedes Ecclesiarum* a Consta fuisse subversas, adserit, vix perspicio, nisi ab ipso non tum et jussum, sed permissum, aut passum, esse, u Lact. l. c., vel potius a. *2do* persecutionis, quando Cons tius factus est Augustus, uti refert Eus. de Mart. Pal in fin. id contigisse statuatur. Conjicit quidem Baluz. Lact. viguisse ibi in initio persecutionem, occupato (stantio bello contra Barbaros: Pagi vero, ante ejus p cipatum, in initiis inperii Diocletiani, quando Hercule adhuc Caesarem, in Gallias misit contra Bagaudos: sed tia Diocletiani fuerunt Christianis ubique pacifica, ut pra notavi. Quicquid sit, Gallicanarum Ecclesiarum t tioni de multis ibi martyribus, sub Diocletiano et M miano, fidem non esse habendam, clare ex dictis con Figmenta quoque sunt, quae de legione Thebea, vel A nensibus martyribus, narrant martyrologia: de quo Bordieu. in Diss. Gallic. de *legione Thebea*, et autor Ep

lae, recensitae in Biblioth. *rationali* a. 1746. Silet quoque de eo casu Lactant., et occasionem forte praebere potuit narratio de Mauritio, tribuno militum, et 70 militibus Apameae in Syria a Maximiano causa religionis occisis.

§. CLXXI. Galliam non tantum, sed et Britanniam ac Hispaniam fuisse a persecutione liberam, ex eo jam collegit Dodwell., *quod cuncta trans Alpes Constantio credita* dicat Victor Schotti. Adferunt quidem Ruinart. et Pagi Hispaniam Herculeo, fide loci Lact. mort. Pers. c. 8. ubi de ipso traditur, *subjacerentque* (ei) *opulentissimae provinciae, vel Africa, vel Hispania:* sed, quin lectio sit vitiata, et voces, *vel Africa vel Hispania*, a sciolo, qui dubius haerebat, num Africa an Hispania sit intelligenda, primum margini additae, dein in textum intrusae, sint, equidem nullus dubitaverim, cum voces illae hic locum non reperiant, et Aurel. Vict. diserte dicat, *cuncta, quae trans Alpes Galliae, sunt Constantio commissa, Africa Italiaque Herculeo.* Ingens, quod observo, addit momentum Sozomen. H. I: 6. his verbis: *quamdiu superstes fuit Constantius, iis, qui ultra Italiam habitabant, Gallis* scilicet, *Britannis, et qui circa Pyrenaeum montem usque ad Occidentalem Oceanum incolunt, permissum fuit Christianam religionem profiteri.* Cum vero *Gallias* tantum excipiat Lactantius, et Eusebius de mart. Palaest. c. 13. fin. Hispaniam, Mauritaniam, et Africam, praeter Galliam, primis persecutionis annis duobus bello hoc fuisse vexatam, deinceps pace gavisam, tradat, eas provincias ab omni persecutione non ausim pronunciare liberas. Ex quibus pariter elucescit, quanti sit historicorum Britannorum narratio habenda, quae habet, religionem Christianam tunc fere in Britannia fuisse exstinctam; quae praeterea ab uno Gildae loco manavit, adeoque solido destituta fundamento Vid. Usser. Antiq. Britann.

§. CLXXII. Reliquis in orbis Romani partibus acerrimam saeviisse persecutionem ex modo dictis licet certum videatur, Dodwellus tamen contendit, eam in Maximiani

Herculei ditione, Italia puta et Africa, minus fuisse vel mentem, eo potissimum fundamento, quod Inperator e minus urserit, quodque alia edicta ibi fuerint promulga et Christiani alio non vexati nomine, quam quod *collet* celebraverint, vel libros sacros tradere recusaverint, si ex iis, quae in Africa gesta sunt, colligit. Cui opini sese opposuit Ruinart., nec male: variae enim rationes e falsi convincere et mihi videntur; quas verbo profer: 1. Lactant. c. 15. Maximianum *edictis emissis lubentem ruisse per Italiam*, *hominem non adeo clementem*, ipsis ve adserit, non itaque nova, et alius generis, sed eadem; adeo moderate ac clementer executioni mandavit. Sic c. *tres acerbissimas bestias* memorat saevientes, Diocletian Herculeum, et Galerium. 2. Optat. Milevit. contra I nat. l. III. Christianos vario nomine in Africa hoc t pore fuisse vexatos, adeoque et eo, quod Christiani esse idolis noluerint sacrificare, etc. clare testatur. Alii, *inq urgebantur templa Dei vivi subvertere*, *alii Christum neg alii thura ponere.* Comparat quoque ibid. persecutionem Diocletiano et Maximiano cum *urso* saeviente, nec u edictorum memorat differentiam. 3. Unde argumen Dodwelli facile fit solutu, quod habet, in Africa eos qua Christianos fuisse passos, quia non rogabantur, ess ne Christiani, sed *an collectas fecerint*, *scripturas ali habeant*, ut est in Actis Saturnini etc. a Baluzio edi in Miscell. p. I. Christiani enim vario modo ad confe nem compellebantur, alii quod sacrificare nollent, alii q collectas facerent etc., ne solum ob nomen *Christiani* vide tur eos persequi, sed ab iis quid fieri voluerunt, c Christianae religioni contrarium, et paganicae erat con taneum; ut ita *legitimam* praetenderent vexationis cau quia edictis Inperatorum obedire recusabant. Qua fata arte deinceps passim usi sunt, etiam inter Christianos sos, persecutores, quippe qui opiniones suas per Princi decreta curare solent confirmari, et dein dissentientes, haere

haereticos adpellant, tanquam rebelles, et edictis non obsequentes, insectantur.

§. CLXXIII. De *tempore* persecutionis, ejusque duratione, unice restat exponendum. Persecutionem, licet ejus praeludia jam a. 298. exstiterint, demum incepisse a. 303. Mens. Febr, ex supra dictis constat, nec minus certum est, eam *decem* ann. durasse; quod Eus. H. VIII: 15, 16. diserte adserit. Anno enim 312. Constantinus M., victo Maxentio, litteras dedit ad Maximinum, Orientis Inperatorem, pro Christianorum libertate. Vid. et Eus. in Chron. Sic etiam Sulp. Sev. H. l. II. persecutionem tradit per *decem continuos annos plebem Dei depopulatam esse*. Lactant. l. c. cap. 48., memorato Licinii de restituendis Ecclesiis edicto Nicomediae proposito, a. 313., sic concludit: *ab eversa Ecclesia usque ad restitutam fuerunt anni decem, menses plus minus quatuor*: scilicet, a die 23*to* Febr. anni 303. usque ad diem 13 Jun. ann. 313., quo illud edictum promulgatum est. Quo eodem anno, Maximino victo, *epocha* pacis Ecclesiae restitutae coepit. Ex quo liquet, persecutionem in Occidente quidem cessasse a. 312., quo Maxentius a Const. M. est debellatus, sed ann. 313. in Oriente, quippe quo a Maximino adhuc adflicti sunt Christiani.

§. CLXXIV. Nec tamen existimandum est, persecutionem ubique terrarum tam diu durasse, aut sine intermissione viguisse. Quod ut clariore in luce collocetur, res paulo distinctius enarranda est. 1. Anno *secundo* persecutionis finito, ingens accidit in Inperio mutatio, quae Christianis fuit favorabilis. Purpura enim a. 305. deposita a Diocletiano et Herculeo, divisum est Inperium inter Constantium et Galerium, et Constantio cessit Occidentale, quando in Occidente quoque cessavit persecutio, uti ex luculento Eus. de mart. Palaest. c. 13. elucescit testimonio, his verbis, postquam de Orientis vexatione esset locutus: *nam, quae ulterius sitae sunt regiones, Italia videlicet tota et Sicilia, Gallia quoque, et quaecunque ad occasum solis porriguntur, Hispania*,

nia, *Mauritania*, *et Africa*, *cum vix duobus primis annis gris furorem belli expertae essent*, *Divini Numinis praese mum auxilium et pacem brevi consecutae sunt*: mox, na Inperii in occidentem et orientem divisione, sic pe *harum partium alteram quicunque incolebant fratres pace bantur*. Quod idem patet ex concilio Cirthensi in A habito, *post finitam persecutionem* ann. 305. Vid. O Milev. contra Donat. l. I. et breviculum Collation. vero ab eo tempore adeo fuerit in Occidente exstincta secutio, ut toto illo decennio nunquam fuerit resusci quod Dodwell. opinatur, adfirmare non ausim. Constant et, qui ei, biennio nondum expleto, successit, Const num, a persecutione abstinuisse, et Christianis favisse, stat. Nec populus illis in regionibus adeo infensus Christianis, aut aliquid moliri ausus est: uti ex eo vic colligendum, quod Maxentius, qui inperium in Italia puerat, benevolum in Christianos adfectum simulare de rit, ut res suas stabiliret. Sed illud ipsum tamen, quod M entius pacem dederit Christianis, Praefectos in Itali Africa persecutionem aliquam instituisse, demonstrat. hibuit autem eam Maxentius duabus vicibus, priore in tio Inperii a. 306., ut subditorum captaret benevolent teste Eus. H. VIII: 14. qui ait, *principio quidem fidei trae professionem simulavit*, *ut in eo morem gereret*, *et bl retur populo Romano*; *itaque subditis suis praecepit*, *ut a per tione Christianorum desisterent*. Postea vero saevus factu rannus, quin et in Christianos furorem effuderit, dul vix videtur. Sub finem vero Inperii, cum Alexander, cae tyrannus, Christianos ibi persequeretur, Maxen eo profligato, Christianis altera vice pacem restituit. tat. Milev. l. c. lib. I. Illud tamen verum est, persec nis in Italia, post pacem priore vice concessam, nu occurrere mentionem: praesumendum nihilominus vide Christianos cum reliquis civibus gravia quoque ab i tyrannidem exercente, fuisse passos: ut ex Eus. l. c. p

qui etiam eum ib. c. 14 cum Maximino, acerrimo persecutore, comparat. Lucifer quoque Caralitanus l. I. pro *S. Athanasio* Maxentium et Neronem conjungit, eosque adpellat persecutores: modo lectio sana sit, et non Maximinus legendum.

§. CLXIII. In Orientali praeterea Inperii parte, ubi Galerius ex Maximinus horribiles inter Christianos ediderunt strages, quippe qui *innumera ibi* subiisse dicuntur ab Eus. *matyr. Palaest.* fin. *certamina*, concessum est Ecclesiae paulisper respirare, ann. 311., adeoque biennio ante finem persecutionis. Galerius enim, cum gravissimo in intestinis laboraret ulcere, conscientia quoque ipsum flagellante, uti vel ex edicto ipso liquet, quo innuit, se de Deo Christianorum nunc rectius sentire, et male fecisse ipsos oppugnando, licet religioni suae non renunciaverit, superiora edicta, novo publicato, revocavit Eus. H. VIII: 16, 17. Nec tamen hac pace ipsis frui permisit Maximinus, de quo Eus. ibid. c. 14. testatur, eum *acerbius* et *vehementius* quam superiores principes persecutum esse. Lactant. quoque c. 19. eum Orientem accepisse *calcandum* ac *conterendum*. Usus etiam est variis artibus Satanicis, ad Christianos reddendos invisos; ut supra observavi. Vid. Eus. H. l. IX. et Lact. c. 36. In principio quidem, cum Galerii emanasset edictum favorabile, judicibus mandavit, represso tamen eo edicto, ut a persecutione abstinerent, sed ne *sex.* quidem mensibus integris passus est *eum statum manere*. Eus. H. IX: 10.

§. CLXXVI. Historia persecutionum, paulo accuratius enarrata, et ad pacem stabilem usque, a Const. M. procuratam, perducta, clare, ni fallor, quod coronidis loco addendum est, elucescit, *characterem* periodi, a Decio ad Const. M., in persecutionibus esse collocandum, convenienter verbo Prophetico, ex. gr. Apoc. VI. in secundo sigillo: de qua in *method. prophet.* fusius disserui. 1. Haec sola periodus est, in qua publicae, universales, et gravissimae, incubuerunt Christianis persecutiones, cum antea particulares

et tumultuariae tantum viguerunt. 2. Harum persecut
ratione habita, superiora tempora fuerunt censita pa
haec vero sola *belli* praetulerunt speciem. Lact. Mort
sec. c. 3. fin. et 4. *Sed enim*, ipsis verbis inter alia
postea longa pax rupta est: exstitit enim post annos pl
execrabile animal Decius, qui vexaret Ecclesiam. Sic e
H. VIII: 13. Inperatores tradit, *pacem cum Christian*
pisse, et inexpiabile bellum iis concitasse. Vid supra,
sec. praecedens, dicta. 3. Hac sola periodo, ut ex su
re tractatione constat, in eo fuerunt toti Inperatore
Christianismum exstirparent. 4. Ante hanc periodum
nonnunquam inpetum in Christianos concesserunt; pos
debellatus est et superatus Paganismus: sola hac perioc
summa rei est decertatum. Denique 5. Persecutione
periodo constituerunt casum singularem, exstantiorem, e
tinuum, quocum nullus alius comparari potest, ut ex
rioribus constat. Verum quidem est, tempus intermec
post Aurelianum usque ad persecutionem Deocletianeam
tis pacificum fuisse et laetum: sed illud nostrae non
hypothesi, quia induciae alicujus temporis non inpec
quominus *belli* tempus adpelletur, et habeatur, quod ir
tio et fine gestum est. Tempus intermedium inducia
praeparationis novi belli magis, quam ejus cessationis,
conspectum. Gentiles et Christiani secum de summa
Decii tempore coeperunt decertare, quod certamen,
pro tempore omissum, non nisi cum alterius partis ir
tu finitum censeri potest. Est autem illud gratiae et *l*
volentiae Dei tribuendum, quod in media belli tempe
aliqua contigerint Ecclesiae halcyonia. Casus utique u
clesiae statum characterizet, sufficit, si magnam periodi
tem inpleverit, indeque inceperit, ac in eo cessaverit,
riodus. Quod praecedente periodo in propagatione E
siae itidem locum habuit, nec aliqua intermissio facier
parte mutat.

ERRATA CORRIGENDA.

Pag.	Lin.	Leg.
16	12	poſt verba ed. Grab. add. ipſe etiam Euſ. H. E. l. I. c. 5.
22	12	conſtet
91	25	τετέλεσθαι
98	24	obſtringant
125	28	IV: 16.
140	23	Fid.
162	31	externa
307	25	origine
316	19	languidiora
346	16	ſtrenue
364	20	cod. 125
413	13	p. 66.
——	14	*Altiſſimi*
414	7	ab ea
683	1	*obtemperari*
736	ultima	conceſſa
737	prima	ſa





